Universidad de Deusto
Biblioteca

D.
HIERONYMI
OPERA

T. 3-4

Universidad de Deusto
Biblioteca

D▸ HIERONYMI OPERVM

TERTIVS TOMVS

QVI EST VLTIMVS LIBRORVM

EPISTOLARIVM, COMPLECTENS TA ΕΞΗΓΗΜΑ-
τικὰ, nempe quæ ad expoſitionem diuinæ
ſcripturæ faciunt: unà cum argumentis
& ſcholijs DES. ERASMI
ROTERODAMI.



Del Carmen de Sangüesa
COLEGIO DE S. FRANCISCO JAVIER TUDELA DE NAVARRA

BASILEAE M D LIII▸

Universidad de Deusto
Biblioteca

A

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC D. D. GVILHELMO VVARAMO ARCHIEPIscopo Cantuariensi, totius Angliæ primati & legato nato, Erasmus Roterodamus S. D.

IN hoc uolumen cõgessimus libellos aut epistolas, quibus uir doctissimus diuersorum hominum quæstionibus satisfecit: non alium ordinem sequuti, quàm qui librorum est, unde quæstiones huiusmodi proferuntur. Paucula quædam, quæ partim huius generis non erant, partim ne speciem quidem habebant epistolarum, semouimus, alijs adiungenda tomis, quibus magis congruunt. Admiscuimus autem huic uolumini præfationes, quæ in uulgatis codicibus in frontispicio sacrorum uoluminum præfiguntur, quo posthac & emendatiores habeantur, & scholijs additis intelligibiliores, sed eas duntaxat quæ uere Hieronymi sunt. Sunt enim inter has προλεγόμενα nonnullæ, quas adnotauimus quidem, uerum non adiecimus, ne quid hic esset alienum. Cæterum posteaquam in operis progressu uidimus uoluminis exiguitatem, adiecimus Hebraicas traditiones cum alijs nonnullis, quæ nihil habent epistolare. Volumẽ igitur hoc habet τὰ ἐξηγηματικὰ, hoc est, quæ ad enarrationẽ scripturæ diuinæ faciunt: quod quidem eo consilio uoluimus ultimum habere locum, quo magis congruat cum reliquis illius libris, quibus enarrat diuinæ scripturæ uolumina. Neq; uero mihi male quadrat, opinor, ordinis ratio. Primus uitam ac mores instituit, quam curam omnium primam
B esse conuenit. Proximus fidei habet defensionem, ultimus sacram eruditionem. Bene ui uere est omnium: pro fide pugnare iam non tyronis est, sed exercitati militis. Porro doctoris personam suscipere, eius est, cui tum morum integritas, tum eruditio non uulgaris autoritatem cõciliarit. Atq; id quidem temporis summa erat omnium episcoporum autoritas, cui sæpe cesserit & Cæsarea maiestas, qua tum nihil in terris habebatur maius, quod multis argumentis ex ueterum monumentis docere licet: ac fortassis esset eadem nunc quoq;, ni paucorum fulgor cæterorum obscuraret splendorẽ: aut nisi pleriq; nũc ea negligerent, quibus olim episcopis apud populum tanta conciliabatur autoritas. Ea sunt uitæ integritas, doctrina sacra, ac de omnibus benemerẽdi studium indefatigabile. At Hieronymus episcopus non erat, & tamen tantum dignitatis illi conciliarat insignis eruditio cum summa uitæ sanctimonia coniuncta, quantum uix episcoporum ulli contigerat. Tanta enim erat apud omnes Hieronymiani nominis celebritas, ut ad unum ex omnibus totius orbis regionibus, uelut ad certissimum oraculum, concurreret, si quid in literis diuinis aut obscurum esset, aut cõtrouersum. Ad hunc uarijs de rebus quæstiones deferebantur ex Italia, ex Hispania, ex Africa, è Græcia, ex omnibus Galliarum partibus, ex extrema deniq; Germaniæ Getica, quæ sero cœpit mansuescere. Tamq; parata fuit sacræ eruditionis uis & ubertas, ut & unus & senex tot argumentis sufficerit. Nec puduit eruditos episcopos à presbytero doceri, quorum præter alios erat Augustinus. Proinde commouit me, præsul absolutissime, quum incomparabilis uiri dignitas, tum tua uoluntas, quam grauissimo cum iudicio semper coniunctam esse scio: ut primam editionẽ satis elaboratam, recognoscerem us: in quo negotio, sic nos gessimus, ut attentus lector facile deprehensurus sit, mihi laborem hunc nec sine causa, ~~nec sine fructu~~ fu sceptum fuisse: qui si candidus etiam erit & gratus, agnoscet se tuæ celsitudini, cui iam pridem debebat plurimum, nunc factum obstrictiorem, cuius benignitati penè totum

debet acceptum ferre, ~~si quam utilitatem publicis studijs attulimus~~. Quod si talis Mœcenas iuueni contigisset, poterat ERASMVS & inter felices numerari. Vtinam aût quod conati sumus cõtingat, ut tui nominis memoria tam plausibilis sit apud posteros, quàm tui sanctissimi mores promerentur omnium bonorum amorem. Scio tuam pietatem à nemine grãtiam expectare benefactorum, præter quàm à Deo: qui sic ad benefaciendum omnib. natus es, ut beneficium accepisse uidearis, si quem beneficio iuueris. Scio tuam modestiam nihil minus appetere, quàm laudem apud homines: sed nullis maiore meritò persoluitur laus, quàm his qui laudem ab hominibus non expetunt.

Dominus Iesus religiosam senectutem tuam publicis studijs & ecclesijs Britãniæ diu seruet incolumem. Basileæ Nonis Iunijs, Anno M D XXIIII

A D. ERASMI ROTERODAMI SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS IN SEQVENTEM EPISTOLAM ARGVMENTVM

Ethnicorum sapientum, & ecclesiasticorum exemplis prouocat ad studium literarũ, præcipue sacrarum, & in his quantum sit difficultatis ostendit. Deinde ceu mundum quendam diuinæ scripturæ exponit oculis ac ueluti per transennã ostendit, quo magis inflãmet ad huius studium, singulos eius libros, autores & argumenta elogijs quibusdam breuiter commendans.

HIERONYMVS PAVLINO

1 FRater Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit & suauissimas literas: quæ à principio amicitiarum, fidem iam probatæ fidei & ueteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata: quam non utilitas rei familiaris, nõ præsentia tantum corporum, non subdola & palpans adulatio: sed dei timor & diuinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in ueteribus historijs, quosdam lustrasse prouincias, nouos adisse populos, maria transisse: ut eos quos ex libris nouerant, coràm quoq; uiderẽt. Sic Pythagoras Memphiticos uates, sic Plato Aegyptum, Architam Tarentinũ, eamq́; oram Italiæ, quæ quondã magna Græcia dicebaẽ, laborioſissime peragrauit: ut qui Athenis magister erat & potens, cuiusq́; doctrinã Academiæ gymnasia personabant, fieret peregrinus atq; discipulus, malens aliena uerecũde discere, q̃ sua impudenter ingerere. Deniq; cum literas quasi toto fugientes orbe persequitur, captus à piratis atq; uenundatus, etiã tyranno crudelissimo paruit, captiuus, uinctus, & seruus. Tamen quia philosophus, maior emente se fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquẽtiæ fonte manantẽ, de ultimis Hispaniæ, Galliarũq́; finibus quosdã uenisse nobiles legimus: & quos ad contemplationẽ sui Roma nõ traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditũ omnibus seculis celebrandumq́; miraculum, ut tantã urbẽ ingressi, aliud extra urbem quærerent. Apollonius siue ille magus ut uulgus loquitur, siue philosophus ut Pythagorici tradũt, intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremũ latissimo Physon amne trãsmisso peruenit ad Brachmanas: ut Hiarchã in throno sedentẽ aureo, & de Tantali fonte potantẽ, inter paucos discipulos, de natura, de motibus syderũ ac dierũ cursu audiret docentẽ: inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæstinos, reuersus Alexãdriã, perrexit Aethiopiam: ut gymnosophistas & famosissimã solis mensam uideret in sabulo. Inuenit ille uir ubiq; quod disceret: & semper proficiẽs, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo uoluminibus Philostratus. Quid loquor de seculi hominibus? cũ apostolus Paulus uas electionis & magister gentiũ, qui de conscientia tanti in se hospitis loquebatur: An experimentũ quęritis eius qui in me loquitur Christus? post Damascũ Arabiamq́; lustratã, ascenderit Hierosolymã, ut uideret Petrum, & manserit apud eum diebus quindecim. Hoc enim mysterio hebdomadis & ogdoadis, futurus gentiũ prędicator instruẽdus erat. Rursumq́; post annos quatuordecim, assumpto Barnaba & Tito exposuerit apostolis euangeliũ, ne forte inuacuũ curreret aut cucurrisset. Habet eñ nescio quid
4 latẽtis ~~ὠδῆς~~ εἴας uiua uox: & in aures discipuli de autoris ore transfusa fortius sonat. Vnde & Aeschines, cũ Rhodi exularet: & legeret illa Demosthenis oratio, quã aduersus eũ habuerat, mirantibus cunctis atq; laudantibus, suspirans ait: Quid si ipsam audissetis bestiam, sua uerba resonantẽ? Hæc non dico, quod sit in me aliquid tale, quod uel possis, uel uelis discere: sed quod ardor tuus ac discendi studium, etiam absq; nobis per se probari debet. Ingeniũ docile & sine doctore laudabile est. Nõ quid inuenias, sed quid quæras cõsideramus. Mollis cera & ad formandum facilis, etiã si artificis & plastę cessent manus, tamen uirtute totum est, quicquid esse potest. Paulus apostolus ad pedes Gamalielis legem domini & prophetas didicisse se gloriatur, ut armatus spiritualibus telis, postea diceret confidenter: Arma militiæ nostræ, nõ carnalia sunt; sed potentia deo, ad de-

Universidad de Navarra Biblioteca

ſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes: & omnẽ altitudinẽ extollentẽ ſe aduerſus ſcientiã dei, & captiuantẽ omnem intellectũ, ad obediendum Chriſto: & ſubiugare parati cunctam inobedientiã. Ad Timotheũ ſcribit ab infantia ſacris literis eruditum: & hortatur ad ſtudiũ lectionis, ne negligat gratiã quæ data ſit ei per impoſitionem manus presbyteri. Tito præcipit, ut inter cæteras uirtutes epiſcopi, quem breui ſermone depinxit: ſcientiã quoq; eligat ſcripturarũ. Obtinentẽ, inquit, eum qui ſecundũ doctrinam eſt fidelem ſermonem: ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere. Sancta quippe ruſticitas ſolum ſibi prodeſt: & quantũ ædificat ex uitæ merito eccle ſiam Chriſti, tantũ nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Malachias propheta: imò per Malachiam dominus interrogauit ſacerdotes legem. In tantum ſacerdotis officiũ eſt, interrogatum reſpondere de lege. Et in Deuteronomio legimus. Interroga patrem tuum, & annunciabit: ſeniores tuos, & dicent tibi. In pſalmo quoq; centeſimo decimo octauo. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Et in deſcriptione iuſti uiri, cũ eum Dauid arbori uitæ, quæ eſt in paradiſo, cõpararet: inter cæteras uirtutes & hoc intulit: In lege domini uolũtas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſſimæ uiſionis, iuſtos ait fulgere ſicut ſtellas: & intelligẽtes, hoc eſt doctos, quaſi firmamentũ. Vides quantũ inter ſe diſtent, iuſta ruſticitas, & docta iuſticia? Alij ſtellis, alij cœlo cõparantur: quanquã iuxta Hebraicam ueritatẽ, utrũq; de erudi tis poſſit intelligi: Ita enim apud eos legimus: Qui aũt docti fuerint, fulgebũt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſticiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus apoſtolus uas electionis? Nempe quia legis & ſanctarum ſcripturarum armarium eſt. Phariſæi ſtupent ad doctrinam domini: & mirantur in Petro & Ioanne quomodo legem ſciant, cum literas nõ didicerint. Quicquid enim alijs exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet, illis ſpiritus ſanctus ſuggerebat. Et erãt iuxta quod ſcriptum eſt θεοδίδακτοι. Duodecim annos ſaluator impleuerat, & in templo ſenes de quæſtionibus legis interrogans, magis docet, dum prudenter interrogat. Niſi forte ruſticum Petrum, ruſticum dicimus Ioannem: quorum uterque dicere poterat: Et ſi imperitus ſermone, non tamen ſcientia. Ioannes ruſticus, piſcator, indoctus? Et unde uox illa obſecro: In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbum? λόγος enim Græce multa ſignificat. Nã & uerbũ eſt, & ratio, & ſupputatio, & causa uniuſcuiuſq; rei, per quã ſunt ſingula quæ ſubſiſtũt. Quæ uniuerſa recte intelligimus in Chriſto. Hoc doctus Plato neſciuit: hoc Demoſthenes eloquẽs ignorauit. Perdã, inquit, ſapientiã ſapientũ, & prudentiã prudentiũ reprobabo. Vera ſapiẽtia perdet falſam ſapientiam: & quanquã ſtulticia prædicationis in cruce ſit, tamẽ Paulus ſapientiã loquit inter perfectos. Sapientiã aũt nõ ſeculi huius, nec principũ iſtius ſeculi, quæ deſtruitur: ſed loquitur dei ſapientiã in myſterio abſconditã, quã prædeſtinauit ante ſecula. Dei ſapientia Chriſtus eſt. Chriſtus enim dei uirtus, & dei ſapientia. Hæc ſapientia in myſterio abſcondita eſt: de qua & noni pſalmi titulus prænotatur, pro occultis filij: in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi: & qui in myſterio abſconditus erat, prædeſtinatus eſt ante ſecula, Prædeſtinatus autẽ, & præfiguratus, in lege & prophetis. Vnde & prophetæ appellabanẽ uidentes: quia uidebant eum, quem cæteri nõ uidebant. Abraham uidit diem eius, & lætatus eſt. Aperiũtur cœli Ezechieli: qui populo peccatori clauſi erant. Reuela, inquit Dauid, oculos meos: & cõſiderabo mirabilia de lege tua. Lex enim ſpiritualis eſt: & reuelatione opus eſt, ut intelligatur, ac reuelata facie dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypſi ſeptem ſigillis ſignatus oſtenditur: quem ſi dederis homini ſcienti literas, ut legat, reſpõdebit tibi: Non poſſum, ſignatus eſt emẽ. Quanti hodie putant ſe noſſe literas, & tenent ſignatũ librũ: nec aperire poſſunt, niſi ille reſeraverit, qui habet clauem Dauid: qui aperit & nemo claudit: claudit & nemo aperit? In actibus apoſtolorũ ſanctus Eunuchus: imò uir (ſic enim eum ſcriptura cognominat) cum legeret Eſaiã, interrogatus à Philippo: Putásne intelligis quæ legis? reſpondit, quomodo

modo poſſum niſi aliquis me docuerit? Ego (ut de me loquar iterim) nec ſanctior ſum hoc Eunucho, nec ſtudioſior: qui de Aethiopia, id eſt, de extremis mundi finibus uenit ad templũ, reliquit aulam regiam, & tãtus amator legis diuinæq; ſciẽtiæ fuit, ut etiam in uehiculo ſacras literas legeret: & tamẽ cum librũ teneret, & uerba domini cogitatione cõciperet, lingua uolueret, labijs perſonaret, ignorabat eum quem in libro neſciẽs uenerabatur. Venit Philippus, oſtẽdit ei Ieſum, qui clauſus latebat in litera. O mira doctoris uirtus. Eadem hora credit eunuchus, baptizatur: & fidelis & ſanctus factus eſt, ac de diſcipulo magiſter: plus in deſerto fonte eccleſiæ, quàm in aurato ſynagogę templo reperit. Hæc à me breuiter perſtricta ſunt (neq; em epiſtolaris anguſtia, euagari lõgius patiebatur) ut intelligeres te in ſcripturis ſanctis, ſine præuio & mõſtrante, ſemitam nõ poſſe ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoricis, philoſophis, geometris, dialecticis, muſicis, aſtronomis, aſtrologis, medicis: quorũ ſciẽtia mortalibus uel utiliſſima eſt, & in tres partes ſcinditur, τὸ δόγμα, τῶν μάθοδον, τῶν ἐμπειρίαν. Ad minores artes ueniã, & quæ nõ tam lingua q̃ manu adminiſtrãtur. Agricolæ, cemẽtarij, fabri metallorũ, lignorumue cęſores, lanarij quoq; & fullones, & cęteri qui uariã ſupellectilẽ & uilia opuſcula fabricantur, abſq; doctore nõ poſſunt eſſe quod cupiunt. Quod medicorũ eſt, promittũt medici: tractãt fabrilia fabri. Sola ſcripturarũ ars eſt, quã ſibi omnes paſſim uindicẽt. Scribimus indocti doctiq; poemata paſſim. Hanc garrula anus, hãc delirus ſenex, hãc ſophiſta uerboſus, hanc uniuerſi præſumũt, lacerant, docent antequam diſcant. Alij adducto ſupercilio, grandia uerba trutinãtes, inter mulierculas de ſacris literis philoſophantur. Alij diſcunt (proh pudor) à fœminis, quod uiros doceãt: & ne parum hoc ſit, quadam facilitate uerborũ, imò audacia ediſſerũt alijs, quod ipſi nõ intelligunt. Taceo de meiſimilibus, qui ſi forte ad ſcripturas ſanctas, poſt ſeculares literas uenerint, & ſermone cõpoſito aurem populi mulſerint: quicquid dixerint, hoc legem dei putant: nec ſcire dignantur, quid prophetæ, quid apoſtoli ſenſerint. Sed ad ſenſum ſuũ incõgrua aptant teſtimonia, quaſi grande ſit, & nõ uitioſiſſimum docẽdi genus, deprauare ſentẽtias, & ad uoluntatem ſuam, ſcripturam trahere repugnãtem. Quaſi nõ legerimus Homerocentonas, & Vergiliocentonas: ac nõ ſic etiam Maronem ſine Chriſto poſſimus dicere Chriſtianũ, quia ſcripſerit: Iam redit & uirgo, redeũt Saturnia regna. Iam noua ꝓgenies cœlo demittit alto. Et patrem loquẽtem ad filiũ: Nate, meæ uires, mea magna potẽtia ſolus. Et poſt uerba ſaluatoris in cruce. Talia perſtabat memorans, fixusq; manebat. Puerilia ſunt hęc, & circulatorũ ludo ſimilia, docere quod ignores, imò ut cũ ſtomacho loquar, ne hoc quidẽ ſcire quod neſcias. Videlicet manifeſtiſſima eſt Geneſis, in qua de natura mũdi, de exordio generis humani, de diuiſione terræ, de cõfuſione linguarũ & gẽtium, uſq; ad exitũ ſcribitur Hebræorũ. Patet exodus, cũ decem plagis, cũ decalogo, cũ myſticis diuinisq; præceptis. In promptu eſt Leuiticus liber, in quo ſingula ſacrificia, imò ſingulæ penè ſyllabæ: & ueſtes Aaron, & totus ordo Leuiticus, ſpirãt cœleſtia ſacramenta. Numeri uero, nõne totius arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarũ peregrinum mãſionum myſteria cõtinent? Deuteronomiũ quoq; ſecũda lex, & euãgelicæ legis præfiguratio: nõne ſic ea habet quæ priora ſunt, ut tamẽ noua ſint omnia de ueteribus? Hucuſq; Moyſes, hucuſq; pẽtateuchus: quibus quinq; uerbis, loqui ſe uelle Apoſtolus in eccleſia gloriaẽ. Iob exemplar patientiæ, quæ nõ myſteria ſuo ſermone cõplectitur? Proſa incipit, uerſu labit, pedeſtri ſermone finitur: omnesq; leges dialecticæ, propoſitione, aſſumptione, cõfirmatione, cõcluſione determinat. Singula in eo uerba, plena ſunt ſenſibus. Et (ut de cæteris ſileã) reſurrectionẽ corporũ ſic prophetatur ut nullus de ea uel manifeſtius, uel cautius ſcripſerit. Scio, inquit, quod redẽptor meus uiuit, & in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum, & rurſum circũdabor pelle mea, & in carne mea uidebo deũ. Quẽ uiſurus ſum ego ipſe, & oculi mei cõſpecturi ſunt, & nõ alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Veniã ad Ieſum Naue, qui typus dñi nõ ſolũ geſtis, ſed etiam nomine, trãſijt Iordanẽ, hoſtiũ regna ſubuertit, diuiſit terrã uictori populo,

& per ſingulas urbes, uiculos, mõtes, flumina, torrẽtes, atq; cõfinia, eccleſiæ cœleſtisq; c
Hieruſalem ſpiritualia regna deſcribit. In Iudicũ libro quot principes populi, tot figurę
ſunt. Ruth Moabitis, Eſaiæ explet uaticiniũ, dicentis: Emitte agnũ domine dominatorẽ
terræ, de petra deſerti, ad montem filiæ Sion. Samuel in Heli mortuo, & in occiſo Saul,
ueterẽ legem abolitã mõſtrat, Porrò in Sadoch atq; Dauid, noui ſacerdotij, nouiq; im-
perij ſacramẽta teſtaĩ. Malachim, id eſt Regum tertius & quartus liber à Solomone uſ-
que ad Ieconiã: & ab Hieroboam filio Nabath, uſq; ad Oſee, qui ductus eſt in Aſſyrios,
regnum Iuda & regnũ deſcribit Iſrael. Si hiſtoriã reſpicias, uerba ſimplicia ſunt. Si in li-
teris ſenſum latentẽ inſpexeris, eccleſiæ paucitas, & hæreticorũ cõtra eccleſiã bella nar-
rantur. Duodecim ꝓphetæ in unius uoluminis anguſtias coartati, multo aliud q̃ ſonant
in litera, præfigurant. Oſee crebro nominat Ephraim, Samariã, Ioſeph, Iezrael, & uxorẽ
fornicariã & fornicationis filios, & adulterã cubiculo clauſam mariti, multo tẽpore ſe-
dere uiduã: & ſub ueſte lugubri, uiri ad ſe reditũ præſtolari. Iohel filius Phatuel, deſcri-
bit terram duodecim tribuũ, eruca, brucho, locuſta, rubigine uaſtante corruptam: &
poſt euerſionẽ prioris populi, effuſum ſpiritũ ſanctum ſuper ſeruos dei, & ancillas, id
eſt ſuper centum uiginti credentiũ nomina, qui effundẽdus erat in cœnaculo Sion: qui
centum uiginti, ab uno uſq; ad quindecim paulatim & per incremẽta ſurgẽtes, quinde-
cim graduũ numerũ efficiunt: qui in pſalterio myſtice cõtinentur. Amos paſtor & ru
ſticus & ruborũ mora deſtringẽs, paucis uerbis explicari nõ põt. Quis eñ digne expri-
mat tria aut quatuor ſcelera Damaſci, Gazę, Tyri, & Idumeæ, & filiorũ Ammõ, & Mo-
ab, & ĩ ſeptimo octauoq; gradu Iudææ & Iſrael? Hic loquit̃ ad uaccas pingues, quę ſunt
in monte Samarię, & ruiturã dom maiorẽ minoremq; teſtaĩ. Ipſe cernit fictorem locu-
ſtæ: & ſtantem dominum ſuper murum litum uel adamantinũ, & uncinũ pomorum, at
trahentem ſupplicia peccatoribus, & famem in terram: nõ famẽ panis, nec ſitim aquæ,
ſed audiendi uerbum dei. Abdias qui interpretatur ſeruus dei: pertonat cõtra Edom
ſanguineum, terrenumq; hominẽ. Fratris quoq; Iacob ſemper æmulum, haſta percutit D
ſpirituali. Ionas columba pulcherrima, naufragio ſuo paſsionem domini præfigurãs,
mundum ad pœnitentiam reuocat: & ſub nomine Niniue, ſalutem gentibus nunciat.
Micheas de Moraſti cohæres Chriſti, uaſtationem annũciat filiæ latronis, & obſidionẽ 8
ponit cõtra eam: quia maxillam percuſſerit iudicis Iſrael. Nahum cõſolator orbis, in
crepat ciuitatem ſanguinum, & poſt euerſionem illius loquitur: Ecce ſuper montes pe-
des euangelizantis & annũciantis pacem. Habacuk luctator fortis & rigidus, ſtat ſu-
per cuſtodiam ſuam, & figit gradum ſuper munitionem: ut Chriſtum in cruce cõtem-
pletur, & dicat: Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena eſt terra. Splẽdor eius, ut
lux erit, cornua in manibus eius, ibi abſcõdita eſt fortitudo eius. Sophonias ſpecula-
tor & arcanorum domini cognitor, audit clamorem à porta piſciũ, & eiulatũ à ſecun-
da, & cõtritionem à collibus. Indicit quoq; ululatũ habitatoribus pilæ: quia cõticuit om
nis populus Chanaam: diſperierunt uniuerſi, qui inuoluti erant argẽto. Aggeus feſti-
uus & lætus: qui ſeminauit in lachrymis, ut in gaudio meteret, deſtructum templũ ædi-
ficat, dominũq; patrem inducit loquentẽ: Adhuc unũ modicum, & ego cõmouebo cœ
lum & terrã & mare & aridam, & mouebo omnes gẽtes: & ueniet deſideratus cunctis
gentibus. Zacharias memor domini ſui, multiplex in ꝓphetia, Ieſum ueſtibus ſordi-
dis indutum, & lapidẽ oculorũ ſeptẽ, candelabrumq; aureũ cum totidẽ lucernis, quot
oculis, duas quoq; oliuas à ſiniſtris lãpadis cernit & dextris: ut poſt equos uarios, & ru-
ſos, & albos, & diſsipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Hieruſalẽ, pauperẽ regẽ
uaticinet̃ & prædicet, ſedentem ſuper pullum filium aſinæ ſubiugalis. Malachias aper
te, & in fine omniũ ꝓphetarum, de abiectione Iſrael & uocatione gẽtium: Nõ eſt mihi,
ait, uoluntas in uobis, dicit dñs exercituum, & munus nõ ſuſcipiam de manu ueſtra. Ab
ortu eñ ſolis uſq; ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco
ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Eſaiam, Hieremiam, Ezechielẽ, &
Danielem

A Danielem quis poſsit uel intelligere, uel exponere? Quorum primus nõ prophetiam mi
hi uidetur texere, ſed euangeliũ. Secundus uirgã nuceam, & ollam ſuccenſam à facie A-
quilonis, & pardum ſpoliatum ſuis coloribus: & quadruplex diuerſis metris nectit al-
phabetum. Tertius principia & finem tantis habet obſcuritatibus inuoluta: ut apud He
bræos iſtæ partes cum exordio geneſeos ante annos triginta nõ legantur. Quartus uero
qui & extremus inter quatuor prophetas, temporũ conſcius, & totius mundi philoſto-
ros, lapidem præciſum de mõte ſine manibus, & regna omnia ſubuertentẽ, claro ſermo
ne pronunciat. Dauid Simonides noſter, Pindarus & Alcæus, Flaccus quoq;, Catullus
& Serenus, Chriſtum lyra perſonat, & in decachordo pſalterio ab inferis ſuſcitat reſur-
9 gentem. Solomon pacificus & amabilis domini, mores corrigit, naturam docet, eccle
ſiam iungit & Chriſtũ, ſanctarumq; nuptiarũ dulce canit epithalamium. Heſter in ec-
cleſiæ typo populũ liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas,
partes conuiuij & diem celebrem mittit in poſteros. Paralipomenon liber, id eſt, in-
ſtrumenti ueteris ἐπιτομή, tantus ac talis eſt: ut abſq; illo ſi quis ſcientiam ſcripturarũ ſi-
bi uoluerit arrogare, ſeipſum irrideat. Per ſingula quippe nomina iũcturasq; uerborũ,
& prætermiſſæ in Regũ libris tangunt̃ hiſtorię, & innumerabiles explicant̃ euãgelij quę
ſtiones. Eſdras & Neemias, adiutor uidelicet & conſolator à domino, in unũ uolumẽ
coartantur: inſtaurant templũ, muros extruũt ciuitatis: omnisq; illa turba populi rede-
untis in patriã, & deſcriptio ſacerdotũ, leuitarũ, Iſraelis, proſelytorũ, ac per ſingulas fa-
milias murorũ ac turrium opera diuiſa: aliud in cortice præferunt, aliud retinẽt in me-
dulla. Cernis me ſcripturarũ amore raptũ exceſsiſſe modũ epiſtolæ: & tamẽ nõ impleſſe
quod uolui. Audiuimus tantũ quid noſſe, quid cupere debeamus, ut & nos quoq; poſ-
ſimus dicere: Cõcupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tẽpore. Cæ-
terum Socraticũ illud implẽt in nobis: Hoc tantũ ſcio quod neſcio. Tangã & nouum
B breuiter teſtamentũ. Mattheus, Marcus, Lucas & Ioannes, quadriga domini, & uerum
Cherubim, quod interpretaĩ ſcientiæ multitudo, per totũ corpus oculati ſunt, ſcintillæ
emicant, diſcurrunt fulgura, pedes habent rectos & in ſublime tendentes, terga penna-
ta & ubiq; uolitãtia. Tenent ſe mutuo, ſibiq; perplexi ſunt, & quaſi rota in rota uoluun
tur, & pergunt quocũq; eos flatus ſancti ſpiritus perduxerit. Paulus apoſtolus ad ſep-
tem eccleſias ſcribit, octaua eñ ad Hebrẽos à pleriſq; extra numerũ ponitur: Timotheũ
inſtruit ac Titũ, Philemonẽ pro fugitiuo famulo deprecaĩ. Super quo tacere melius pu-
to, q̃ pauca ſcribere. Actus apoſtolorũ nudã quidẽ ſonare uidẽt̃ hiſtoriã, & naſcen-
tis eccleſiæ infantiã texere: ſed ſi nouerimus ſcriptorẽ eorum Lucã eſſe medicum, cuius
laus eſt in euangelio: animaduertemus pariter omnia uerba illius, animæ languẽtis eſſe
medicinã. Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas apoſtoli, ſeptem epiſtolas ediderũt tam my-
ſticas, q̃ ſuccinctas, & breues pariter & lõgas, breues in uerbis, lõgas in ſententijs, ut ra-
rus ſit qui nõ in earũ lectione cæcutiat. Apocalypſis Ioannis tot habet ſacramenta, quot
uerba. Parũ dixi pro merito uoluminis. Laus omnis inferior eſt: in uerbis ſingulis multi
plices latent intelligentiæ. Oro te frater chariſsime, inter hæc uiuere, iſta meditari, nihil
aliud noſſe, nihil quærere, nõne tibi uidet̃ iã hic in terris regni cœleſtis habitaculũ? No-
lo offendaris in ſcripturis ſanctis ſimplicitate, & quaſi uilitate uerborũ: quæ uel uitio in
terpretũ, uel de induſtria ſic ꝓlata ſunt, ut ruſticã concionẽ facilius inſtruerẽt: & in una
eadẽq; ſentẽtia, aliter doctus, aliter audiret indoctus. Nõ ſum tã petulãs & hebes, ut hæc
me noſſe pollicear, & eorũ fructus capere, quorũ radices in cœlo fixæ ſunt: ſed uelle fa-
teor. Sedẽti me præfero: magiſtrũ renuẽs, comitẽ ſpondeo. Petenti datur, pulſanti aperi
tur, quærẽs inuenit. Diſcamus in terris, quorũ nobis ſciẽtia perſeueret in cœlo. Obuijs
te manibus excipiã: & ut inepte aliquid ac de Hermagoræ tumiditate effundã, quicquid
quæſieris, tecũ ſcire conabor. Habes hic amantiſsimũ tui fratrẽ Euſebium, qui literarũ
tuarum mihi gratiam duplicauit, referens honeſtatẽ morum tuorum, contemptum ſe-
culi, fidem amicitiæ, amorẽ Chriſti. Nam prudentiam & eloquij uenuſtatẽ, etiam abſq;
illa

illa ipsa epistola præferebat. Festina quæso te, & hærentis in salo nauiculæ funem magis præcide quàm solue. Nemo renunciaturus seculo bene potest uendere, quæ contempsit ut uenderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est: Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est. Infidelis etiam obolo indiget. Sic uiuamus tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Victus & uestitus, diuitiæ Christianorũ sunt. Si habes in potestate rem tuam, uende: si non habes, proijce. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper recrastinans, & diem de die trahens, caute & pedetẽtim tuas possessiunculas uendideris, non habet Christus unde alat pauperes suos. Totũ deo dedit, qui seipsum obtulit. Apostoli nauem tantum & retia reliquerunt. Vidua duo æra misit in gazophylacium, & præfertur Cræsi diuitijs. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

C

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

QVæ à principio amicitiarum fidem.] Hunc locũ esse deprauatũ, uel ex hoc liquet, quod exemplaria nulla inter se cõsentiunt. Forte sic legendũ est: Quæ à principio probatæ iam fidei fidem, & ueteris amicitiæ noua præferebant argumenta. Apparet Paulinum in initio epistolæ suæ locutũ fuisse de necessitudine sua quã habebat cũ Hieronymo. Eam cũ uetus esset, nouis argumentis renouauit. Catalogus exemplorum quæ sequuntur eò pertinet, ne quis sibi statim uindicet scientiam sacrarum scripturarum, sed diu discat priusquam doceat. Sic Pythagoras Memphi.] De studio Pythagoræ, meminerunt Valerius Maximus lib. viij. & Diogenes in illius uita. Iuuenis adhuc Ægyptum adijt: nam Ægypti ciuitas est Memphis, eiusq; gentis literas ac sermonem perdidicit. Tum uatum Memphiticorum arcanos cõmentarios scrutans, innumerabilium seculorum obseruationem cognouit. Hinc ad Persas profectus, magorum disciplinas omnes didicit. Deinde in Cretam nauigauit, ibiq; cum Epimenide descendit in antrũ Idæum. Profectus est & in Lacedæmoniam, ut eorum politiam & instituta cognosceret, Post hęc descendit ad certamen Olympicum. Deniq; Italiam adijt. Nam à Samo patria, iam tyrannide oppressa, discesserat. Crotone docuit, & leges Italis dedit. Plato Ægyptum.] De Platone refert eodem in loco Valerius, & Laertius in ipsius uita, Is cum post poeticam: nam hanc primum fuit amplexus, cõtulisset se ad philosophiæ studium, audisseteq; post Socratis mortem Cratylũ & Hermogenem annos iam natus duodetrigínta, Megaram profectus est ad Euclidem mathematicum: post Cyrenem Africæ ciuitatem adijt: autore Plutarcho. Hinc in Italiam ad Pythagoricos, Philolaum & Eurytum. Dehinc Ægyptum adijt, & sacerdotũ arcana didicit. Lõgius autem amore philosophiæ peregrinaturus, bellis Asiæ coactus, Athenas redijt. Architam Tarentínum.] Huius non meminit Laertius, sed Valerius. Architas Pythagoricus erat, cuius epitaphiũ in Odis scripsit Horat. Hunc audiuit Tarenti. Locris autem audiuit Timæum, Arionem, & Chœtũ. Oram Italiæ.] Id est finẽ, quia mari obiacet ea pars Italiæ. Magna Græcia.] Sic Valerius. In Italiæ etiã partem, quæ tũc maior Græcia dicebatur, perrexit. Et Plin. Quotam partem ex ea appellando Græciam magnam. Apparet autem illic olim Italos Græce fuisse locutos, ob commercia Græcæ gentis: quando quidem & Hercules huc peruenisse legitur. Vt qui Athenis m.e.] Videtur imitatus Valeriũ, sic enim ille. Quoq; tempore à studiosis iuuenib. certatim Athenæ Platonem doctorẽ quærẽtibus petebãtur, ipse Nili fluminis inexplicabiles ripas, uastissimosq; campos, effusam barbariem, & flexuosos fossarum ambitus, Aegyptiorum senum discipulus lustrabat. Academię gymnasio.] Villa Platonis, in qua docebat semotus ab urbe, dicebatur Academia. Gymnasia, dicuntur loca, in quibus exercebantur palestritæ, aut similes: postea philosophorum quoq; cõuentus gymnasia dicta: nam γυμνάζειν Græcis est exercere. Captus à piratis.] Nec is, qui Platonis uitam collegit, nec Laertius meminit huius rei. Narrant aũt Platonem primũ Siciliam adisse, ut Ætnæ ardentis uideret miraculum: ibi euocatus à Dionysio ad colloquium, cum liberius quiddam dixisset, offensus grauiter tyrannus, occidere parabat, uerũ exoratus à Dione, tradidit Polidi legato Lacedæmoniorum, ut eum uenderet. Is Æginam adductum uendidit. At Æginitæ legem tulerant, ut capitale esset, si quis Athenienſis Æginam ueniret. Itaq; capitis accersitus est. Absolutus est autem, cum patronus diceret, legẽ dicere: si quis homo, at hunc esse philosophum. Sed amicorum pecunia redemptus, liber Athenas remissus est. De hac re loqui Hieronymum satis apparet, cum addat, maior ementę se fuit. Sed fieri potest, ut ille historicũ aliquẽ secutus sit, qui rem paulo diuersius exposuerit, id quod sæpe faciunt. Ad Titum Liuium.] Plin. in epistola ad Nepotem. Nunquã ne legisti Gaditanũ quendam Titi Liuij nomine gloriaq; commotum, ad uisendum eum ab ultimo terrarũ orbe uenisse, statimq; ut uiderat, abisse? Gades autẽ in Hispania sunt. Apollonius.] Tyaneum intelligit, qui uixit magni nominis, sub Claudio & Nerone usq; ad tẽpora Neruæ. Huius peregrinationes ac uitam omnem scripsit Philostratus sophista, nugacissimis deliramentis, & prodigiosis somnijs refertã. Vnde Hieronymus dubitat, utrũ magũ eum

1

2

3

A -eum appellare debeat, an philosophũ. Physon amne transmissũ.] Physon Hieronymus in locis Hebraicis eundem putat, quem autores Gangen appellant, qui & ipse in India est, influens in Oceanum Austrinum. Peruenit ad Brachmanas.] Brachmanes populi sunt Indiæ, de quibus incredibilia produnt autores. Sunt uitæ temperatissimæ, nullum illic animal quadrupes, nulla agricultura, nullum ferrum, nõ domus, nõ ignis, non aurum, nõ argentum, nõ panis, nõ uinum, sed aeris salubritate paucissimis arborum fœtibus & limpidissimæ aquæ potu q; diutissime uiuunt, pietatis & iusticiæ obseruantissimi. Aliaq; complura mira narratu, quæ persequi non est huius instituti. Ad hos & Alexandrum uisendi causa legimus peruenisse. Vt larcham in throno &.] Philostratus in uita Apollonij lib. iij. scribit, apud Brachmanas sapientes esse, quorũ princeps, ipsorum opinor lingua, larchas uocetur. Hos uisit Apollonius, à quibus ita est acceptus. larchas in æreo sedebat throno, aureis exornato statuis, is Apollonium nominatim salutabat. Infra larcham in sellis humilioribus sedebant cæteri. Deinde post dissertionem philosophicam larchas ostendit Apollonio statuam, Tantali subscriptione notatam, lõgam cubitos quatuor, similem manu phialam porrigenti. In hãc humor perennis ita distillat, ut nunquam tamen exundet. Ex ea phiala bibunt Indici philosophi, priusquã eant cubitum. Deinde thoris herbaceis incumbentes dormiunt: ex eadem propinant, si quem in amicitiam recipiunt. De Tantali fonte.] Fontem uocat phialã, quod in ea uelut è fonte subscatens semper exuberet humor aquæ. Tantali uocat, quod statua quæ phialam tenet, Tantali titulũ habeat. Nam hunc putant humanissimum fuisse. Inter paucos discip.] Nam Apollonius refert duode uiginti fuisse. Vt gymnosophistas.] Gymnosophistæ sunt ultra Indoscythas, ita uocati, quod nudi in syluis agant, uoluptatum omnium expertes, quibus mortaliũ uita corrumpitur. De his quoq; mira dictu prodiderunt autores, quæ nihil ad hunc pertinẽt locum. Famosissimam solis mẽsam.] Locus est in Æthiopia, nempe pratum quoddam, semper multa carnium copia refertum, quas illic noctu magistratus ponunt, ut exorto sole liceat unicuiuis qui uelit accedere uesciq;, unde uulgus putat eam ciborum uim diuinitus innasci campo: proinde locum ἁλιστράπεζαν, id est, solis mensam uocant. Ad hanc uisendam Cambyses rex legatos suos misit. Autores Herodotus in tertio, Solinus, & Pomponius Mela. Post Damascum Arabiamq;.] Sic enim ipse narrat in epistola ad Galatas: Sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres ueni Hierosolymã uidere Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Et paulo post. Deinde post annos quatuordecim, iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundũ reuelationem, & contuli cum illis euangelium, quod prædico in gentibus: seorsum autẽ ijs, qui uidebantur aliquid esse, ne forte in uacuũ currerẽ, aut cucurrissem. Hoc enim mysterio.] Quindecim septenarium & octonarium cõplectuntur. Septenarius ad Iudæos & legem Mosaicã pertinet, Octonarius ad euangelium. Sabbatum enim Iudæorum septem diebus finiebatur: huic succesſit euangelij gloria, & resurrectionis quies, quam octonarius numerus significat. Vnde tres psalmi sunt eodem inscripti titulo, nempe Pro torcularibus, qui omnes ogdoadis mysterium habent, octauus octogesimus, octogesimus tertius. Siquidẽ euangelij gloria coruscante, gentiũ torcularia nouo musto exuberabant, dilatato in octauum diem, Mosaicæ legis sabbato. Huiusmodi fermè Hilarius in psalmos.

B

4 Ideoq; addit Hieronymus, futurus gentiũ prædicator. Latentis energias.] ἐνέργεια cum per s scribitur, uim significat & efficaciam, ab ἐνεργέω, quod est ago, siue efficio in aliquo quippiam: cum per α euidentiam. Viua uox.] Sic uocant, nõ uocẽ scriptam, quæ quasi mortua est, sed ab ore docentis prolatam. Cicero in Tusc. quæst. Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen uiua illa, ut dicitur, uox alit plenius, præcipueq; præceptoris. Et Plinius in epistola quadam. Præterea magis, ut uulgo dicitur, uiua uox afficit. Quid si ipsum audisſetis.] Id Plinius in epistola ad Nepotẽ narrat hisce uerbis. Nisi uero falsum putamus illud Æschinis, qui cũ legisset Rhodijs orationem Demosthenis, admirantibus cunctis, adiecisse fertur, τί δὲ εἰ αὐτῶν θηρία ἀκηκόατε; id est, quid autem si ipsam beluam audisſetis? Et sine autore.] Alij codices habent, sine doctore. Et plastæ cesſ.m.] πλάττω Græce fingo, & πλαστὴς, qui fingit è materia, ueluti argilla, cera, gypso aut similibus. Ars dicitur πλαστικὴ, id est, plastice. Virtute totum est.] Semigræce locutus est, illi siquidem δυνάμει dicunt, id est potentia, quod actu nõ sit, sed quod esse possit, ut semen exiguũ, δυνάμει magna est arbor. Ad pedes Gamalielis.] De hoc legis Act. cap. v. Surgens autem quidã in cõcilio pharisæus, nomine Gamaliel, legis doctor, honorabilis uniuersæ plebi. Huius discipulus fuit Paulus, ut ipse testatur Act. cap. xxij. Ego sum uir Iudæus, natus Tharso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate, secus pedes Gamalielis eruditus iuxta ueritatem paternæ legis. Arma militiæ nostræ.] Ad Corinthios ij. cap. x. Quanq; editio uulgata nonnihil discrepat à uerbis Hieronymi. Malachias propheta.] Ita legimus Malachiæ cap. ij. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Intantum sacerdotis.]



[redacted]. Interroga patrem.] Patrem intelligit episcopum, qui patres esse de- 5
berent nō domini. Patres sua omnia transfundunt in filios. Domini ad suum cōmodum seruis utuntur & abutuntur. Seniores autem uocat presbyteros. Græce enim πρεσβύτερος senior dicitur. Cum eum arbori uitæ.] Tanquam lignū, quod plantatum est secus decursus aquarum. Meditabitur.] Id est exercebitur, hoc enim significat & Latine meditari, & Græce μελετᾶν. In doctrinā, rationem, & usum.] Hoc loco desunt Græca, quæ ex ueterum codicū uestigijs restituimus ad hunc modum, τὸ λόγικον, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν, id est, decretum, rationem & experientiam. Homero 6
centonas.] Latini uestem è pannis uersicoloribus consutam uocant centonem, Græci κέντρωνα. Nam Latini detrahunt ρ in ea dictione. Vnde & carmen ex uarijs uersuum fragmentis, hinc atque inde consutis, cōtextum, centonem appellamus. Qualis est Ausonij centon nuptialis, ex Vergilianorum carminum fragmentis cōcinnatus: extat & Probæ centon: extat & Homerocenton argumento consimili. Arbitror autem legendum nō Homerocentonas, sed Homerocentronas & Vergiliocentronas. Etenim cum compositio Græca sit, oportet & Græcam seruare dictionē. At ea habet ρ. Quanq; in Suida, & Etymologico Græco, ὁμηροκέντρωνας legimus, nō ὁμηροκέντρωνας, sed haud scio an deprauate. Est autem huic generi peculiare, autorū uerba in sensum longe diuersum detorquere, uelut illud Vergilij de inferis, Nulli fas casto sceleratum insistere limen, Ausonius detorquet ad coitum, & pudenda muliebria. Qui uolet huius carminis leges cognoscere, legat præfationem Ausonij in suum centonem. Iam redit & uirgo.] Hæc quidam trahunt ad Mariam uirginem ac matrem: & credidit D. Augustinus, sanctū spiritum per os inimicorum, uera fuisse locutum, cum Vergilius de Erigone sentiat. Quanq; illic poeta Sibyllæ uaticiniū recēsuit. Carmē est in Buccolicis. Nate meæ uires.] Carmen est ex primo lib. Æneidos. Atq; his uerbis Venus alloquitur Cupidinem filium. Quæ quidam stulte trahere conabant ad patrem æternū, & illius filiū Iesum. Talia perstabat me.] Verba sunt Æneæ apud Maronem secundo Æneidos libro, quæ quidā aceommodant Christo pendēti in cruce. Ne hoc quidem scire quod.] Quod, hoc loco coniunctio est. Perinde est, quasi dicat, ne hoc quidem scire, te insciū esse. Alludit ad Socratem, qui solitus est dicere, se unū illud scire, quod nihil sciret. Videlicet manifestissima est Geneſis.] Hæc legenda sunt nō simpliciter, sed per Ironiam, cū nulla pars scripturæ diuinæ difficilior sit q; Geneſis propter mysteriorum profunditatem: adeo ut olim Iudæi nō admiserint ad huius libri lectionē, nisi prouectiores ætate. Patet Exodus.] Et hoc κατ' ἀντίφρασιν dictum est, ut & illud, quod sequitur, in promptu est. Deuteronomium.] Expositum Græcam uocem. δεύτερος Græce secūdum significat, siue D
posteriorem, & νόμος legem. Hucusq; Moyses.] Horum quinq; uoluminum Moysen autorem 7
existimant. Pentateuchus.] πεντε quinq;, & τεῦχος uolumen, quod quinq; complectatur uolumina. Quibus quinq; uerbis.] Hic Hieronymus nonnullam facit uim uerbis Paulinis. Nam is in epistola prima ad Corinthios cap. xiiij. sentit, se malle paucula uerba loqui in ecclesia, sic ut audientes ædificentur, quàm decem milia, quæ solus intelligat, & nulli prosint ad ædificationem. Quanquam hodie sacerdotum uulgus magni faciat sua uerba, quæ nec ipsi qui sonant intelligunt. Prosa incipit.] Initium & finis Iob, oratione soluta composita sunt, ipsum opus carmine constat. Propositione &c.] His partibus constat syllogismus rhetoricus. Propositione, qua exponunt id quod constituunt probare. Assumptione, quam quidam rationem uocant, qua probant id quod propositum est. Confirmatione, quæ pluribus argumentis confirmat rationem. Cōclusione, quæ iam ueluti probatum repetit, id quod propositū fuerat. Quidam cōfirmationi subijciunt exornationem, quæ rationem & confirmationem exemplis locupletat. Ergo quod dialectici suo more colligūt aridius, hic rhetorice disserit. Super seruos dei.] Sic enim legimus Iohel cap. ij. Sed & super seruos & ancillas in diebus illis effundam spiritū meum. Super centum uiginti credentium nomina.] Tantus enim erat numerus cōgregatus post ascensionem Christi, ut narrat Lucas Actuū Apostolicorum capite primo. Qui locus adhuc ostendebatur uiuo Hieronymo in Hierusalem. In cœnaculo Sion.] In Hierusalem datus est spiritus sanctus, & in mōte Sion ædificata est Hierusalē, ut testatur in cōmentarijs Esaiæ. Maluit autem dicere, cœnaculū Sion, ut alluderet ad ascensum. Sion enim mōs, & Latine sonat speculam. Deniq; in psalmis quindecim graduum nominatim fit mentio Sion. Qui cōfidunt in domino sicut mons Sion, ut intelligas cœnaculum hoc significasse fastigium illud, ad quod quindecim perfectionis gradibus ascenderetur. Ab uno usq; ad quindecim.] Forte scriptum erat, ab imo usq; ad summum. Siquidem cœnaculum appellatur superior pars ædium, quæ procul à terra semota est. Quoniam igitur in cœnaculum gradibus ascenditur, admiscuit Hieronymus mysteriū quindecim graduum, qui sunt in psalmis, quibus significantur incrementa piorū ab imo ad summa paulatim proficiscentium. Verum hæc diuinatio non tantum ualuit apud nos ut scripturam mutaremus. Ipse cernit fictorem.] Sic eū legis Amos cap. vij. Et ecce fictor locustæ 9
in principio germinū. Micheas de Morasthi, cohæres Christi.] Morasthi uiculus est, iuxta Eleutheropolim urbē Palæstinæ ubi natus fuit ppheta Micheas, unde se Morasthiten uocat, uti scribit Hieron. in præfatione Cōmentariorum, quos in hunc edidit. Porrò Morasthi sermone Hebraico sonat hæredem. Vnde D. Hieronymus simul alluſit & ad Hebraicā uocem, & quod scripsit Paulus ad

A lus ad Romanos cap. viij. Hæredes quidem dei, cohæredes autē Christi. Habacuk luctator &c.] Nam hæc omnia significat Hebraice Habacuk. Sophonias speculator.] Nam Sophonias Hebraice sonat, specula domini, uel cognitor arcanorū domini. Aggeus festiuus & lætus.] Et hic alludit ad uocem Hebraicam, quæ illis significat festiuum ac lætum. Zacharias memor domini.] Zacharias Hebræa lingua memoria domini est. Testis Hieronymus in huius enarratione. Malachias aperte.] Obscurius quidem, sed tamen hic quoq; uidetur ad Hebræam uocem alludere. Malachias sonat angelus domini, uel annuncians dominum. Id enim est angeli, palàm annūciare Christum. Et quadruplex.] Hoc ad Threnos, id est, lamentationes pertinet. Verum quoniam id paucis explicari nō potest, qui uolet cognoscere, legat præfationē Hieronymi in Threnos Hieremiæ.
Istæ partes.] Principium & finis. Cum exordio.] Quoniam & hic multa fabulis simillima uideantur, nisi in ingenium incidant præparatum. Et totius mundi philohistoricus.] Non dubium est, quin hic locus sit deprauatus. Sunt qui legendum putent, polyhistor. Id enim cognominis additum fuit Appioni grammatico, qui singularum gentium historiam contexuit. Autor A. Gellius libro v. cap. xiiij. Aut certe polyhistoros, ne longius recedamus à scriptura. Polyhistor, siue polyhistoros Græce dicitur, qui multa nouit ac memorat: Præmisit enim, temporum conscius. Mihi potissimum arridet, ut legamus philistoros, id est, cognoscendi cupidus. Sic eū audiuit à Gabriele, quia uir desideriorum es. Danielis cap. ix. Simonides noster.] Quoniam Dauid Lyricis uersibus scripsit psalmos, & ab alijs scriptos cecinit, recenset poetas Lyricos ethnicorum, ad quorum distinctionem Dauid Simonidem nostrum uocat. Serenus.] Hic Serenus Sāmonicus præceptor fuit Gordiani iunioris, cuius meminit Capitolinus in uita Gordianorum, filius Sereni, cuius mentionem facit Spartianus. Ferunt & hodie extare nōnulla illius carmina: reliqui lyrici noti sunt. Ad inferis sustulit.] Alluſit ad id quod est in psalmo quinquagesimo sexto: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo. Solomon pacificus.] Nam hoc Hebræis sonat. Et amabilis
9 domini.] Id enim Hebræis יְדִידְיָה iedidia significat, quod nomen Solomoni à Nathan impositū est, ut habetur ij. Reg. xij. Epithalamium.] Id est carmen nuptiale. Significat autem canticū mysticum. Paralipomenon.] Græce sonat omissorum, siue prætermissorum. Ἐπιτομή.] Id est compendium, siue abbreuiatio.] Adiutor uidel. & consol.] Rursum exponit Hebræa nomina. In unum uolumen.] Apud Hebræos Esdræ & Neemiæ sermones in unum uolumen coartantur, ut testatur Hieronymus in præfatione in Esdram, ubi quæ tertio & quarto referuntur, somnia uocat. Itaque duos primos libros unum faciunt Hebræi, reliquos duos nō recipiunt. Scio quod nescio.]
B Ambiguis uerbis explicuit Socratis sententiā. Quod hic cōiuncto est, non nomen. Sensus est: hoc tantum scio, quod sum nescius. Octaua enim ad Heb.] In alio loco dixit, epistolam ad Hebræos nō recipi à Latinis, sicut nec Apocalypsim à Græcis. Nunc utrunq; complectitur ecclesiæ candor.
10 Pro fugitiuo.] Pro Onesimo. Hermagoræ timiditate.] Nōnulli codices habent tumiditate. Vterq; sensus est tolerabilis. Hermagoras rhetor erat, quē citat aliquoties M. Tullius in opere De inuentione. Auaro tam.] Senecæ dictum est, quod unum citat Gellius tanquam bene dictum. Totus mundus.] Mundus hic significat supellectilem repositam, unde & mundum muliebrem dicimus. Totum integrum dixit. Scilicet nisi tu.] Scilicet hic ironiam habet.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS.

Præfatio in pentateuchum, qua reddit rationem, quo consilio post æditionem Septuaginta, uetus testamentum ex Hebræorum uoluminibus Latine uerterit.

HIERONYMI IN PENTATEVCHVM MOSI PRAEFATIO.

DEsiderij mei desideratas accepi epistolas, qui quodā præsagio futurorū cum Daniele sortitus est nomē, obsecrantis ut translatū in Latinam linguā de Hebræo sermone pentateuchū, nostrorū auribus traderem. Periculosum opus certe & obtrectatorum meorum latratibus patens: qui me asserūt in Septua
1 ginta interpretū sugillationem, noua pro ueteribus cudere: ita ingeniū quasi uinū pro bantes: cū ego sępissime testatus sim, me pro uirili portione in tabernaculo dei offerre quæ possim, nec opes alterius aliorū paupertate fœdari. Quod ut auderē, Origenis me studiū prouocauit, qui æditioni antiquæ, translationē Theodotionis miscuit, asteriſco & obelo opus omne distinguēs: dū aut illucescere facit, quę minus ante fuerāt: aut superflua quęq; iugulat & cōfodit, maximeq; euangelistarū & apostolorū autoritas promulgauit. In quibus multa de ueteri testamēto legimus, quæ in nostris codicibus nō habētur: ut est illud: Ex Aegypto uocaui filiū meū: Et, quoniam Nazaræus uocabitur: Et, uidebunt in quē cōpunxerunt: Et, flumina de uētre eius fluent aquæ uiuæ: Et, quę nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt, quę parauit deus diligen-

tibus se: & multa alia quæ proprium σύνταγμα desiderant. Interrogemus ergo eos, ubi C
hæc scripta sint, & cum dicere nō potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primū te- 2
stimonium est in Osee: secundum in Esaia: tertium in Zacharia: quartū in prouerbijs:
quintum æque in Esaia: quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta sectantur,
& Hiberas nænias libris authenticis præferunt. Causas erroris nō est meum exponere.
Iudæi prudenti factum dicunt esse consilio, ne Ptolemæus unius dei cultor etiam apud
Hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant, quia
in Platonis dogma cadere uidebatur. Deniq; ubicunq; sacratum aliquid scriptura testa
tur de patre & filio & spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt:
ut & regi satisfacerent, & arcanum fidei nō uulgarent. Et nescio quis primus autor, se-
ptuaginta cellulas Alexandriæ mēdacio suo extruxerit, quibus diuisi, eadē scriptitarint:
cum Aristeas eiusdem Ptolemæi ὑπάσπιστὴς, & multo post tempore Iosephus, nihil ta- 3
le retulerint: sed in una basilica cōgregatos, contulisse scribant, nō prophetasse. Aliud
est enim uatem, aliud est esse interpretem. Ibi spiritus uentura prædicit, hic eruditio &
uerborum copia, ea quæ intelligit transfert. Nisi forte putandus est Tullius Oeconomi
cum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte, afflatus
rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per Septuaginta interpretes, a-
liter per apostolos spiritus sanctus testimonia texuit: ut quod illi tacuerunt, hi scriptum
esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus ueteres? Minime, sed post priorum studia, in
domo domini quod possumus, laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi,
& quod nesciebant, dubijs protulere sententijs: nos uero post passionem & resurre-
ctionem eius, non tam prophetiam, quàm historiam scribimus. Aliter enim audita, ali-
ter uisa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igit æmu-
le, obtrectator ausculta, non damno, non reprehendo Septuaginta, sed cōfidenter cun
ctis illis apostolos præfero. Per istorum os mihi Christus sonat, quos ante ꝓphetas in-
ter spiritalia charismata positos lego: in quibus ultimū penè gradum interpretes tenent.
Quid liuore torqueris? Quid imperitorū animos cōcitas? Si cubi in translatione tibi ui- D
deor errare, interroga Hebræos: diuersarū urbiū magistros cōsule. Quod illi habent de
Christo, tui codices nō habent. Aliud est, si cōtra se postea ab apostolis usurpata testi- 4
monia probauerint, & emendatiora sunt exemplaria Latina quàm Græca, & Græca
quàm Hebraica. Verum hæc cōtra inuidos. Nunc te precor Desideri charissime, ut me
quia tantum opus subire fecisti, & à Genesi exordium capere, orationibus iuues, quo
possim eodem spiritu quo scripti sunt libri: in Latinum eos transferre sermonem.

PRAECEDENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA

TAta ingenium quasi uinū probātes.] Alluſit ad id quod Horatius taxat eos, qui libros an- 1
nis æstimant, nō suis meritis. Nam uina meliora redduntur ætate, libri nō item. Ita & Iuue-
nalis, Atq; uni cedit Homero Propter mille annos. Pro uirili portion.] Virili, nō à uiro
dictum uidebatur, sed à uiribus, nisi reclamaret primæ syllabæ quātitas: quando quidē per
inde sonat, quasi dicas, pro modo uirium. Dicimus & pro parte uirili, nōnunquam pro uirili, ut sub-
audias, parte. Asterico & obelo.] Asteriſco legendū est. Est em̄ Græcis diminutiuū nomen, sicut
ἀνδρωπίσκος & ναωίσκος, ab ἀστὴρ, stella, quasi dicas stellula. ὀβελὸς gladij seu teli genus est, figura
uerū. Brito ille Minorita belle interpretat Astericū, ab aster, ꝙd est stella, & ycon imago, uel signū.
O impudentiā fusturario dignam. Nec in cor hominis ascendit.] Græcis est, ascenderūt: quem- 2
admodū plenius docuimus in Annotationibus, quas edidimus in Nouū testamentū recognitum.
Propriū syntagma.] Id est, uolumē, à συντάττω cōpono. Rursus hic occurrit eximius ille Brito:
Syntagma, inquit, idem est quod dogma, idq; graui nimirū autore Huguitione. Alij dicunt, inquit,
quod tassо est ordino, inde tassus siue taxus masculini generis, & tagma neutri generis. O docto-
res, ò seculū infelix, ò deplorāda ingenia, quæ in huius generis autorib. optimos annos pessime col
locant. Apocryphorū deliramenta.] κρύπτω occulto, ἀπόκρυφον recōditum siue occultum, quod
ea nō legerentur publicitus, sed priuatim ac domi, pro suo cuiusq; animo. Ab apos, inquit Brito, ꝙd
est de, & crysis secretū, quasi de numero secretorū: uel ab apo, quod est procul, & crysis iudiciū, qua
si lōge à iudicio. Hiberas nænias.] Ita subinde Hieronymus appellat portentosas nugas, quod
apud Hiberos magica miracula narrarent, ut apud Thessalos. Quia in Platonis dogma cadere ui
debatur

A debatur.] Id pertinet ad illud quod dixit. Ex Ægypto uocaui filium meum. Nam Plato in Timæo
deos facit incorporeos & immortales, & horū filios dæmones, immortales & ipsos, sed corporeos,
quorū opificio cōditus sit hic mundus, Cæterū quæ recēset hoc loco Brito, de noy & Thugathon,
& anima mūdi, mera sunt somnia, & ut maxime uera sint, ne tantulū quidem faciunt ad hūc locum.
Mendacio suo extruxerit.] Augustinus nōnihil tribuit huic historiæ, & itē Hilarius, quod nihil
3 addi uellēt Septuaginta. Eiusdē Ptolemæi hyperaspistes. ὑπάσπιστὴς, id est satelles & protector,
à clypeo, cuius obiectu satellites tegunt corpora principū. Festiuiter autē uocat defensorē regis, sa-
tellitem. Hyperaspistes, inquit Hugo cardinalis undiquaq; sui similis, est fidelis interpres: ipse parū
fidelis interpres, ab hyper, quod est ualde, & pistis fides, sed assem interim donat pauperibus. Et ne
quid addubites, probat testimonio Ioannis, nardi pistici precioſi. Nefas autē nō habere fidem euan
gelio. Et tamē si hoc parū probat, est altera interpretatio nō minus lepida. Hyperaspistes, inquit, est
notarius, ab hyper, quod est super, & pistam, assistens. Hæc nō referrem, nisi conduceret in commu-
ne, notari scriptorū huiusmodi non dicam imperitiam, sed impudentem arrogantiam, perinde qua-
si pecudibus aut truncis scribant, non hominibus, ut posthac qui sacræ theologiæ scientiam amāt,
ex bonis eam hauriant autoribus. Oeconomicum Xenophontis.] Liber est de administranda
re domestica. Liber extat, translatio Tulliana perijt. Platonis Pythagoram.] Protagoram legen
dum est, non Pythagoram, quod hoc titulo nullus sit liber Platonis. Illo extat elegantissimus dialo-
4 gus aduersus Sophistas, quanquam & hic à Cicerone uersus intercidit. Aliud est si contra se.]
Hunc locum insulsissime citat glossematarius, quisquis is fuit, in Decretis pontificum, distinctione
nona, cap. Vt ueterum librorum: putans Hieronymum uere sensisse, Græcorum exemplaria emen-
datiora esse quàm Hebræa, & Latina emendatiora quàm Græca. Et hunc nodū multis modis dissol
uit, nugacissime nugans in re non intellecta, uel dic, uel dic, uel dic. Tantum ne istis autoritatis, ut
cum rem prorsus non intelligant, tamen illis ius sit quicquid lubitum fuerit dicere. Nam Hierony-
mus inducit hoc uelut ἀδύνατον, & dictu absurdum, quo magis refellat, quod isti uolebant. Nec a-
liud est, recte interpretatur Carrēsis, aliud genus defensionis: imò quod Cicero dicere solet, nisi for-
te, hic suo more dicit, aliud est: ueluti si dicas, diuitiæ non reddunt hominem beatum, nisi forte men
titus est Christus, qui pauperes beatos appellat. Quid enim absurdius, quàm dicere hæc ab Septua
ginta probata, quę post Septuaginta dicta sint ab apostolis? Quod si uere sensit Hieronymus, id ꝙd
interpres ille somniat, quæ tandem insania fuit hoc laboris suscipere? Verum hæc absurdiora sunt
quàm ut refelli mereantur, & tamen haud indigna uidentur, quæ à magnis doctoribus magno su-
B percilio doceantur in scholis publicis.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS.

Refellit calumnias æmulorum: & hoc opere confecto, pollicetur sese ad intermissam propheta-
rum interpretationem rediturum.

HIERONYMI IN IOSVE PRAEFATIO.

1 IAndem finito pentateucho Moysi, uelut grandi fœnore liberati, ad Iesum
filium Naue manum mittamus, quem Hebræi Iosue Ben Nun, id est Iosue
2 filium Nun uocant: & ad Iudicum librū, quem Sophtim appellant: ad Ruth
quoq; & Hester, quos eisdem nominibus efferunt: Monemusq; lectorem,
ut syluam Hebraicorum nominum & distinctiones per membra diuisas, diligens scri-
ptor conseruet, ne & noster labor & illius studium pereat: Et ut in primis, quod sæpe
testatus sum, sciat me nō in reprehēsionem ueterum noua cudere, sicut inimici mei cri
minantur: sed pro uirili portione, offerre linguæ meæ hominibus, quos tamen no-
3 stra delectant: ut pro Græcorum ἁπλοῖς quæ & sumptu & labore maximo indigent,
editionem nostram habeant. Et si cubi in antiquorum uoluminū lectione dubitarint:
hæc illis conferentes, inueniant quod requirunt: maxime cum apud Latinos tot sint e-
xemplaria quot codices: & unusquisq; pro arbitrio suo, uel addiderit, uel subtraxerit
quod ei uisum est: & utiq; non possit uerum esse quod dissonat. Vnde cesset arcuato
uulnere contra nos insurgere scorpius: & sanctum opus uenenata carpere lingua, uel
suscipiens si placet, uel contemnens si displicet, memineritq; illorum uersuum: Os tuū
abundauit malicia, & lingua tua cōcinnabat dolos: sedens aduersus fratrem tuū loque-
baris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti & tacui. Existima-
sti inique quod ero tui similis, arguam te & statuam contra faciem tuam. Quæ enim au-
dientis uel legentis utilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahēdo laborare: dole-
re Iudæos quod calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio, & ecclesiæ
homines id despicere, imò lacerare, unde aduersarij torqueant? Quod si uetus eis tantū

interpretatio placet, quæ & mihi nõ displicet: & nihil extra recipiendũ putãt: cur ea quæ C
sub asteriscis & obelis, uel addita sunt uel amputata, legũt & negligunt? Quare Danielẽ
iuxta Theodotionis traditionem ecclesiæ susceperũt? Cur Origenem mirantur & Eu-
sebium Pamphili cunctas æditiones similiter differentes? Aut quæ fuit stulticia, postquã
uera dixerint, proferre quæ falsa sunt? Vnde autem in nouo testamento probare pote-
runt assumpta testimonia quæ in libris ueteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omni
no calumniantibus tacere uideamur. Cæterũ post sanctæ Paulę dormitionem, cuius ui-
ta uirtutis exemplũ est, & hos libros quos Eustochio uirgini Christi negare nõ potui: de
creuimus dum spiritus hos regit artus, prophetarũ explanationi incũbere, & omissum
iamdiu opus, quasi quodã post liminio repetere: præsertim cũ & admirabilis sanctusq;
uir Pammachius hoc idem literis flagitet: & nos ad patriã festinãtes, mortiferos Sirena-
rum cantus surda debeamus aure transire.

PRAECEDENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA.

Inito pentateucho.] πώρει quinq;, τεύχῳ uolumen, quod ea pars quinq; constet uo- 1
luminibus. Grandi fœnore.] Id est, debito siue ære alieno, quod mora temporis au-
getur. Iosue ben Nun.] Ben בֶּן filius. Filium Nun dixit ad differentiam Iosue filij
Iosedech sacerdotis. Quem Sophtim.] Sophet שׁוֹפֵט iudex est, sophtim שׁוֹפְטִים
iudicum. Iisdem nominibus.] Nimirum earum fœminarũ, de quibus tractant, quem
admodum & Iob inscribitur: nec alius est titulus apud nos quàm apud Hebræos. Vt syluam He
braicorum nominum.] Materiam rudem & temere congestam, Latini syluam uocant, ducta me- 2
taphora à materijs arborum. Et hic nugatur carrensis, quanquam ubi non facit idem. Per mem-
bra diuisas.] κῶλα sentit. Si quidem omnis oratio distinguitur κώλοις, κόμμασιν & περιόδοις. Car-
rensis membra interpretatur capitula. Pro Græcorum hexaplis.] Origenes composuit opus, in
quo per singulas columnas digessit uarias æditiones, sic ut prima haberet Hebrẽa suis literis. Secun 3
da, eadem Græcis literis, tertia Aquilæ æditionem, quarta Symmachi, quinta Septuaginta, sexta
Theodotionis. Qua de re dictum est nobis aliàs. Ad patriam festinantes.] Alluxit ad fabulam
Vlyssis Ithacam properantis.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS D

Omnium sacræ scripturæ uoluminum uelut indicem facit, numerũ & ordinem indicans, quæ pri
mæ notæ sint, quæ hagiographa, quæ apocrypha & extra canonem. At hodie recepta sunt in cano
nem quæ tum in canone non erant.

HIERONYMI IN LIBRVM REGVM PRAEFATIO.

Viginti & duas literas esse apud Hebræos, Syrorũ quoq; lingua & Chaldæorũ
testatur, quę Hebrẽæ magna ex parte cõfinis est. Nam & ipsi uiginti duo ele-
menta habẽt eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam pen-
tateuchũ Moysi totidẽ literis scriptitant, figuris tãtum & apicibus discrepan-
tes. Certũq; est, Esdrã scribam legisq; doctorẽ, post captã Hierosolymã, & instaurationi-
nem tẽpli sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nũc utimur: cũ ad illud usq; tem
pus ijdẽ Samaritanorũ & Hebrẽorũ characteres fuerint. In libro quoq; Numerorũ hęc
eadem supputatio, sub leuitarũ ac sacerdotũ censu mystice ostẽditur. Et nomẽ domini 1
tetragrammaton in quibusdam Græcis uoluminibus usq; hodie antiquis expressum li-
teris inuenimus. Sed & psalmi tricesimus sextus & cẽtesimus decimus & cẽtesimus un-
decimus, & centesimus decimus octauus, & cẽtesimus quadragesimus quartus, quanquã
diuerso scribãtur metro, tamẽ eiusdem numeri texũtur alphabeto. Et Hieremiæ lamen-
tationes, & oratio eius: Salomonis quoq; in fine Prouerbia ab eo loco in quo ait: Mulie
rem fortẽ quis inueniet? eisdẽ alphabetis uel incisionib. supputantẽ. Porrò quinq; literæ
duplices apud Hebrẽos sunt: caph, mem, nun, phe, sade. Aliter emẽ scribuntẽ per has prin 2
cipia, medietatesq; uerborũ, aliter fines. Vnde & quinq; à plerisq; libri duplices æstimã
tur: Samuel, Malachim, Dibre haiomim, Esdras, Hieremias cũ Cinoth: id est, lamẽtatio-
nibus suis. Quõ igit uiginti duo elemẽta sunt per quæ scribimus Hebraice omne qd loq
quimur, & eorum initijs uox humana comprehẽditur: ita uiginti duo uolumina suppu
tantur: quib. quasi literis & exordijs, in dei doctrina tenera adhuc & lactẽs uiri iusti eru
ditur infantia. Primus apud eos liber uocatẽ Breschith, quẽ nos genesim dicimus. Secun
dus

A dus Elle smoth: qui Exodus appellatur. Tertius uaijkra, id est, Leuiticus. Quartus uaie-
4 dabber, quẽ numeri uocamus. Quintus elle hadborim: qui Deuteronomiũ prẽnotatur.
Hi sunt quinq; libri Moysi: quos proprie thora: id id est legẽ appellant. Secundum pro
phetarum ordinem sciunt, & incipiũt ab Iesu filio Naue, qui apud illos Iosue ben Nun
dicitur. Deinde subtexũt sophthim, id est, Iudicum librum, & in eundẽ cõpingũt Ruth:
quia in diebus Iudicũ facta eius narratur historia. Tertius sequitur Samuel, quẽ nos re-
gnorum primũ & secundũ dicimus. Quartus Malachim, id est Regũ, qui tertio & quar-
to regnorum uolumine cõtinetur. Meliusq; multo est Malachim, id est regum, q̃ mala
choth, id est regnorũ dicere. Nõ emi multarum gentiũ regna describit: sed unius Isra-
elitici populi, qui tribubus duodecim continetur. Quintus est Esaias. Sextus Hieremias.
5 Septimus Ezechiel. Octauus, liber duodecim prophetarũ, qui apud illos uocatur the-
re asar. Tertius ordo hagiographa possidet. Et primus liber incipit ab Iob. Secundus à
Dauid, quẽ quinq; incisionibus & uno psalmorũ uolumine cõprehendunt. Tertius est
6 Salomon, tres libros habẽs: Prouerbia quæ illi parabolas, id est, misle appellãt. Quartus
7 Ecclesiasten: id est, coeleth. Quintus est Canticũ canticorũ, quẽ titulo sir hasirim appel
lant. Sextus est Daniel. Septimus dibre haiomim, id est, uerba dierũ, quod significãtius
χρονικὸν totius diuinæ historiæ possumus appellare: qui liber apud nos Paralipomenon
primus atq; secũdus inscribit. Octauus Esdras: qui & ipse similiter apud Grẽcos & La-
tinos in duos libros diuisus est. Nonus Hester. Atq; itaq; ita fiunt pariter ueteris legis li
bri uigintiduo: id est, Moysi quinq;, & prophetarũ octo: hagiographorũ nouẽ, quanq̃
nonnulli Ruth & Cinoth inter hagiographa scriptitent: & hos libros in suo putent nu-
mero supputandos: ac per hoc esse priscæ legis libros uigintiquatuor, quos sub nume-
ro uigintiquatuor seniorũ, Apocalypsis Ioannis inducit, adorantes agnum, & coronas
suas prostratis uultibus offerẽtes, stantibus coràm quatuor animalibus oculatis ante &
retro: id est, in præteritũ & in futurũ respicientibus, & indefessa uoce clamantibus: San
B ctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotẽs, qui erat & qui est, & qui uenturus est.
Hic prologus scripturarũ quasi galeatũ principiũ, omnibus libris quos de Hebræo uer
timus in Latinũ, cõuenire potest: ut scire ualeamus quicquid extra hos est, inter apocry
pha esse ponẽdum. Igitur sapiẽtia quæ uulgo Salomonis inscribitur: & Iesu filij Sirach
liber, & Iudith & Tobias & Pastor, nõ sunt in canone. Machabæorum primũ librũ He
8 braicum reperi. Secundus Græcus est: quod ex ipsa quoq; phrasi probari potest. Quæ
cum ita se habeãt: obsecro te lector, ne laborẽ meum reprehẽsionem existimes antiquo
rum: in templo dei offert unusquisq; quod potest. Alij aurũ, argẽtum, & lapides precio-
sos: alij byssum & purpuram & coccum offerũt & hyacinthum. Nobiscũ bene agitur, si
obtulerimus pelles & caprarũ pilos. Et tamẽ Apostolus contemptibiliora nostra magis
necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species ec-
clesiæ præsentis futuræq; distinctio, pellibus tegitur & cilicijs, ardoremq; solis & iniu-
riam imbrium ea quæ uiliora sunt, prohibent. Lege ergo primũ Samuel & Malachim me
um. Meum, inquã, meũ. Quicquid emi crebrius uertẽdo & emendando sollicitius & di-
dicimus & tenemus, nostrũ est. Et cũ intellexeris quod antea nesciebas: uel interpretem
me existimato, si gratus es: uel paraphrasten, si ingratus. Quanq̃ mihi omnino conscius
nõ sim, mutasse me quippiã de Hebraica ueritate. Certe si incredulus es, lege Græcos co
dices & Latinos, & cõfer cum his opusculis quæ nuper emẽdauimus, & ubicunq; dis-
crepare inter se uideris, interroga quẽlibet Hebræorũ, cui magis accõmodare debeas si
9 dem, & si nostra firmauerit, puto quod eum nõ existimes cõiectorem, ut in eodẽ loco
mecũ similiter diuinauerit. Sed & uos famulas Christi rogo quę dñi discũbentis precio
sissima fidei myrrha ungitis caput, quæ nequaq̃ saluatorẽ quæritis in sepulchro, quibus
iam ad patrẽ Christus ascẽdit: ut cõtra latrantes canes, qui aduersum me rabido ore de-
sæuiunt, & circumeunt ciuitatẽ, atq; in eo se doctos arbitrantẽ, si alijs detrahant, oratio-
num uestrarũ clypeos opponatis. Ego sciens humilitatẽ meam, illius semper sententiæ

record abor: Dixi custodiam uias meas, ut nō delinquam in lingua mea. Posui ori meo c
custodiam: cum consisteret aduersum me peccator. Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis.

PRAECEDENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA

Euitarum ac sacerdotum censu.] Quod horum uiginti duæ familiæ censeant̃: uel quod 1
uero propius est, quod omnes quos numerauerūt Moyses & Aaron, iuxta præceptū domini, per familias suas in genere masculino à mense uno & supra fuerūt uiginti duo milia, ut habetur Numerorū ij. Nam familiæ uiginti quatuor fuisse leguntur Paralipom. xxiiij.

Et nomen domini tetragrammaton.] Quod hisce quatuor scribebatur literis, יהוה Alphabetis uel incisionibus.] Cōmata sentit, quibus distinguitur oratio, quemadmodum & colis. Carrensis homo suauissimus, incisiones interpretat̃ literas. Idq; probat carmine Nasonis: Verbaq; correctis incidere talia ceris. Duplices sunt apud Hebræos.] Hoc est duplici figura. Nam caph in 2
principio mediōq; dictionis scribit̃ hac forma ב, in fine hac ך. Mem in fine hoc modo ם, alibi sic מ. Nun in fine notatur hoc pacto ן, in alijs locis sic נ. Phe in calce hanc habet figuram ף, in cæteris hanc פ. Sade in fine pingitur hoc typo ץ, alijs in locis hoc צ. Malachim Dibre haiomim.] Id est, regum ac uerba dierum. מֶלֶךְ melech, rex, דָּבָר dabar, uerbum. יוֹם iom, dies. Cum Cinoth.] קִינוֹת, Cinoth lamentationes. Vocatur Bresith.] בְּרֵאשִׁית id est, in principio. Hāc uocem Hilarius ait tria significare Hebræis, in principio, in capite, & in filio. Notant enim librum primis uocibus unde liber incipit. Secundus uelle smoth.] וְאֵלֶּה שְׁמוֹת id est, & hæc sunt nomina, Nam id exordiū exodi. Cæterum ἔξοδος exitus est Latinis. Tertius Vaiqra.] וַיִּקְרָא id est, & uocauit. Sic enim incipit Leuiticus. Quartus Vaiedabber.] וַיְדַבֵּר & locutus est. Hoc initiū libri Numerorum. Quintus Ellehadbarim.] אֵלֶּה הַדְּבָרִים hæc sunt uerba. His uerbis exordit̃ Deuteronomium. Porrò δευτερονόμιον Græcis perinde sonat, quasi dicas secunda lex, aut posterior 4
lex. Qui apud illos uocatur There asar.] תְּרֵי עָשָׂר id est, duodecim. Nam There duo sunt, & 5
asar decem. Tertius ordo hagiographa possidet.] ἁγιόγραφα, id est, sancta scripta, siue sanctorum scripta, quæ proximæ sint autoritatis: cū illa tribuant̃ deo, hæc sanctis. Quinq; incisionibus.] Id est, distinctionibus, quas Græci uocant τμήματα, nos uulgo partes. Quæ illi parabolas.] παραβολὴ similitudo siue collatio, ut Cicero uertit, à παραβάλλω cōfero, cum sententia metaphoræ inuolucro cōuestitur. Eam Hebræi uocāt misle, מִשְׁלֵי. 6
D
Quartus ecclesiasten.] ἐκκλησιαστὴς Græce concionator, hoc est qui loquitur apud populū, à nomine ἐκκλησία cōcio, unde ἐκκλησιάζω, & hinc uerbale nomen ecclesiastes. Hebræis dicitur קֹהֶלֶת coeleth. Quem titulo Sirhasirim.] שִׁיר, sir cantio, שִׁירִים Sirim cantionū, ut eximiū canticum intelligas iuxta proprietatē Hebræi sermonis. 7
Quod significantius chronicon.] χρόνος tempus, χρονικὰ uocāt Græci quæ Latini annales, cum res digesta temporibus recensetur. Apud nos Paralipomenon.] παραλειπόμενων, id est, omissorū, Est 8
hoc titulo liber Xenophōtis. Quasi galeatū principium.] Opinor quod in summis malis, & in capite poni soleat galea. Tobias & pastor.] Tobias extat, Pastor nuper emersit in lucem. Ex ipsa phrasi.] Id est dictione, siue genere sermonis. φράζω dico, φράσις dictio, hoc est, quicquid ad instructam orationem pertinet. Vide lector, ut Hieronymus stili argumento potissimū colligit, librū nō esse Hebræum. Sunt em̃ qui stili iudicio parum tribuūt. Vel paraphrasten si ingratus.] Paraphrasis est interpretandi genus liberius, cū à uerbis autoris disceditur, & ita sententia redditur, ut aliquid addas & de tuo, nōnulla dilucidius dicas, quædam exponēs interim, ut Themistius Paraphrastes erat Aristotelis. Æstimes cōiectorem.] Cōiectores, diuinorū genus est, qui ex coniecturis futura 9
quædam aut arcana proferunt. Precios̃issima fidei myrrha.] Quum exemplaria cōsentirent, nō ausus sum immutare scripturam, tametsi sensus uidebatur absurdus. Quando em̃ factum est, ut aliquis ungeret caput hominis uiui myrrha? Sed quidā codices ansam dederūt diuinandi id quod arbitror ab Hieronymo fuisse scriptū. In quodam em̃ legitur myrro. Id cum nihil significaret, alius uertit in myrra. Vnde nihil dubitandū est, quin Hieron. scripserit, myro, μύρῳ, id est, unguento. Alluſit enim ad mulierē quæ effudit alabastrū unguenti precios̃i in caput domini discumbentis. Et euangelica uoce delectatus, maluit dicere μύρῳ, q̃ unguento: tum Græca uox aptior est. Nam Latinis unguentis oblinuntur & scabios̃i: sed Græcis μύρον non dicitur nisi fragrans & aromaticum.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS.

In nōnullis codicibus ex fragmentis primæ præfationis, cuius initium: Tantus ac talis: & hac epistola, nescio quis unam conflauerat præfationem, & artifex connexuerat: per sed interiectum.

HIERONYMI IN LIBRVM PARALIP. PRAEFATIO.

SI septuaginta interpretū pura, & ut ab eis in Græcū uersa est, æditio permaneret, superflue me Chromati episcoporū sanctis̃ime atq; doctis̃ime impelleres, ut Hebræa uolumina Latino sermōe transferrē. Quod em̃ semel aures hominū occupauerat, & nascētis ecclesiæ roborauerat fidē: iustū erat etiam nostro silentio cōprobari. nūc uero cū pro uarietate regionū, diuersa ferant exem 1
plaria

A plaria, & germana illa antiquaq; translatio corrupta sit atq; uiolata: nostri arbitrij putas aut è plurib. iudicare quid uerū sit: aut nouū opus in ueteri opere cudere, illudentibusq; Iudæis cornicū (ut dicitur) oculos cōfigere. Alexādria & Aegyptus in Septuaginta suis Esychium laudat autorē. Cōstantinopolis usq; Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ, Palæstinos codices legūt, quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus uulgauerūt. Totusq; orbis hac inter se trifaria uarietate
2 cōpugnat. Et certe Origenes nō solum exempla composuit quatuor editionum: è regione singula uerba describens, ut unus dissentiens, statim cæteris inter se consentientibus arguatur: sed quod maioris audaciæ est, in editione Septuaginta, Theodotionis editionē miscuit, asteriscis uidelicet designans, quæ minus fuerant, uirgulis quæ ex superfluo uidebantur apposita. Si igitur alijs licuit non tenere, quod semel susceperant, & post Septuaginta cellulas, quæ uulgo sine autore iactantur, singulas cellulas aperuere, hocq; in ecclesijs legitur, quod Septuaginta nescierunt: cur me non suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione ueteri, ita nouam condidi, ut laborem meum Hebræis, & quod his maius est, apostolis autoribus cōprobem? Scripsi nuper librum De optimo genere interpretandi, ostendens illa de euāgelio, Ex Aegypto uocaui filium meum: Et, quoniam Nazarens uocabitur: Et, uidebunt in quem compunxerunt: Et illud apostoli: Quæ oculus non uidit, nec auris audiuit: & nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus diligentibus se: cæteraq; his similia, in Hebræorum libris inueniri. Certe apostoli & euangelistæ, Septuaginta interpretes nouerāt, & unde eis hæc quæ in Septuaginta interpretibus non habentur? Christus dominus noster, utriusq; testamenti conditor, in euangelio secundum Ioannem: Qui credit, inquit, in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Vtiq; scriptum est, quod saluator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est? Septuaginta non habent: apocrypha nescit ecclesia. Ad Hebræos igitur re
B uertendum est: unde & dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Hæc pace ueterum loquor, & obtrectatoribus meis tantū respondeo, qui canino dente me rodūt, in publico detrahentes & legentes in angulis: ijdem & accusatores & defensores, cum in alijs probent quod in me reprobant: quasi uirtus & uitium non in rebus sit, sed cum autore mutetur. Cæterum, memini editionem Septuaginta translatorum olim de Græco emēdatam tribuisse me nostris, nec inimicum debere existimari eorū, quos in cōuentu fratrū semper edissero. Et quod nūc Dibre haiomim: id est uerba dierum interpretatus sum: idcirco feci: ut inextricabiles moras & syluam nominū, quæ scriptorū confusa sunt
3 uitio, sensuumq; barbariē, apertius et per uersuum cola digererem, mihimetipsi & meis iuxta Ismeniam canens, si aures surdæ sunt cæterorum.

PRAECEDENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA

PVra, & ut ab eis in Græcum.] Tribuit nonnihil animo Chromatij, apud quē sciebat, sanctam esse Septuaginta autoritatē, nam aliàs aliter sentit de ijsdē. Illudentibusq; Iudæis cornicum, ut dicitur, oculos cōfigere.] Prouerbium est apud Ciceronē & Macrobium, dici solitū de ijs qui re uehemēter ingeniosa prodita, efficiant ut cæteri nihil scire uideantur. Nam ante à Iudæis in huiusmodi rebus uelut oracula petebant̃. At Hieronymus sua correctione
2 præstitit, ut nihil iam opus esset illos consulere. Exemplaria cōposuit.] Nōnulli codices habebant exempla. Ipsa uarietas mihi suspicionē facit legendū esse hexapla: quæ prodidit Origenes, ex diuersis editionibus. Canino dente.] Idem dictus est genuinus, medius inter planos primores & molares. Per uersuum cola.] κῶλον membrū. unde apparet singulos uersus singulis colis finiri solere.
3 Iuxta Ismeniam.] Ridiculū dictu, quod Hugo Carrensis, siue quisquis alius is fuit, nā mihi subolet nō unius hois esse collectanea, ut in his arduis negocijs iuxta prouerbiū, ἀδελφὸς ἀδελφῷ πάντα solet, Ismeniū fluuiū facit, iuxta quē Orgia Bacchi solita sint celebrari. Aut si minus placet fluui⁹, ille philosophū facit è fluuio, nimirum qua pollet autoritate. Cæterū historiæ meminit Val. Maximus libro Rerum memorabiliū tertio, cap. vij. Antigenidas tibicen discipulo docto, sed parum populo grato: Mihi, inquit, cane & Musis. Ismeniam legendum est, non Ismenium.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS

Ostendit utilem esse Geographiam ad diuinæ scripturæ cognitionē. Duos Paralipomenon li-

bros, qui apud Hebræos unus est, cum Iudæo quodam Tyberiadensi diligẽter collatos restituit. Ex Hebræorum uoluminibus addita, stellulis prænotauerat: ab Septuaginta interpretibus adiecta, obeliscis signauerat. A

AD DOMN. ET ROGAT. IN LIBRVM PARALIP. PRAEFATIO

QVomodo Græcorũ historias magis intelligũt, qui Athenas uiderint: & terti 1
um Vergilij librũ, qui à Troade per Leucaten, & Acroceraunia ad Siciliã: & inde ad ostia Tyberis nauigauerint: Ita sanctã scripturã lucidius intuebit, qui Iudęam oculis contẽplatus sit: & antiquarũ urbium memorias locorũq; uel eadẽ uocabula, uel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit cũ eruditissimis Hebræorum hunc laborẽ subire: ut circũiremus prouinciam, quam uniuersæ Christi ecclesiæ sonant. Fateor enim mi Domnion & Rogatiane charissimi, nunq̃ me in diuinis uoluminibus proprijs uiribus credidisse: nec habuisse opinionẽ meã, sed ea etiã: de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitũ, Quãto magis de his, super quibus anceps eram? Deniq; cũ à me nuper literis flagitassetis: ut uobis Paralipomenon Latino sermõe transferrem, de Tyberiade quendã legis autorẽ, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi: & contuli cum eo à uertice (ut aiunt) usq; ad extremũ unguem: & sic confir- 2
matus, ausus sum facere quod iubebatis. Libere enim uobis loquor. Ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominũ liber uitiosus est: ut non tam Hebræa quàm Barbara quædã & Sarmatica nomina cõiecta arbitrandũ sit. Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui spiritu sancto pleni: ea quæ uera fuerunt transtulerant, sed scriptorũ culpę asscribendũ, dum de emendatis inemendata scriptitant: & sæpe tria nomina: subtractis è medio syllabis, in unum uocabulũ cogunt: uel è regione unũ nomen propter latitudinẽ suã in duo uel tria uocabula diuidunt. Sed & ipsæ appellationes, non homines ut pleriq; existimant, sed urbes & saltus & prouincias sonãt: & oblique sub interpretatione & figura eorũ quædam narrantur historiæ. De quibus in regnorum libro dicitur: Nónne ecce hæc scripta sunt 3
in libro uerborum dierum regum Iuda? Quæ utiq; in nostris codicibus non habentur. Hoc primũ sciendum quod apud Hebræos liber Paralipomenon unus sit, & apud illos uocatus Dibre haiomim, id est uerba dierum, qui propter magnitudinẽ apud nos diuisus est. Quod nonnulli etiam in Bruto Ciceronis dialogo faciunt: ut eum in tres partes secent, cum unus à suo autore sit editus, Deinde etiam illud attendendum: quod frequenter nomina, non uocabula hominum, sed rerum (ut dixi) significantias sonant. Ad extremum: quod omnis eruditio scripturarum in hoc continetur: & historiæ quæ uel prætermissæ sunt in suis locis, uel perstrictæ leuiter, hic per quædam uerborũ cõpendia explicentur. Orationũ itaq; uestrarũ adiutus auxilio: misi librũ beneuolis placiturũ: tamẽ inuidis displiciturum esse non ambigo. Optima enim quæq; (ut ait Plinius) malunt contemnere pleriq; quàm discere. Si quis in hac interpretatione uoluerit aliquid reprehendere: interroget Hebræos: suam conscientiã recolat: uideat ordinẽ textumq; sermonis: & tunc nostro labori fi potuerit detrahat. Vbicũq; ergo asteriscos, id est, stellas, radiare in hoc uolumine uideritis: ibi sciatis de Hebræo additũ quod in Latinis codicibus non 3
habetur. Vbi uero obelus, transuersa scilicet uirga præposita est: illic signatur quid Septuaginta interpretes addiderint: uel ob decoris gratiam, uel ob spiritus sancti autoritatem: licet in Hebræis uoluminibus non legatur.

PRAECEDENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA

QVomodo Græcorum.] Hieronymo non satis erat, nomina situsq; locorum ex Geographorum libris habere cognita, nisi lustratis regionib. singula diligentius & oculis lustrasset. At hodie multis mei similibus theologis, sat est si tantũ sciant nomen esse loci: quanq̃ 1
sunt qui ex loco nonnunq̃ pecudem reddant, tam supinus est huius partis contemptus.

A Troade per Leucaten.] Troas est ipsa regio, in qua erat urbs Troia, eadem dicta Ilium & Teucria & Dardania. Leucates promontoriũ est Epiri, quẽadmodũ & Acroceraunia, hinc dicta, quod ob celsitudinem crebro fulmine tangantur. Vel eadem uocabula.] Et hinc ingentes nonnunquã tenebræ

c tenebræ, quod eidem loco sæpenumero quaterna aut sena sunt uocabula, ueluti Iebus, Salem, Hie-
2 rusalẽ, Hierosolymę, Ælia, eiusdẽ urbis uocabula sunt. A uertice, ut aiunt, usq; ad extremũ unguẽ.] Ita totum hominẽ prouerbiali schemate significamus, à summo uertice capitis usq; ad extremos ungues pedum. Et Sarmatica nomina.] Sarmatę barbarie sua nobiles olim erant, ut Thraces & Scythæ. Qui spiritu sancto pleni.] Hoc Hieronymus Domnionis, ad quem scribit, animo tribuere ut
3 detur. Nã aliàs his diuersa scripsit, nec id uno sanè loco. Vbicunq; ergo asteriscos.] Quis hæc absq; dolore legat, intelligens & Hieronymi uigilias, & nostrã utilitatẽ in hac parte librariorũ incuria periisse? Nam si quod hæc distinxit Hieronymus, nihil ad rem pertinebat: stultus fuerat oportet, qui in re infrugifera sudandum putarit. Sin id ad scripturæ diuinæ synceritatẽ faciebat, impie fecerunt, qui notas huiusmodi sustulere de uoluminibus. Vel ob spiritus sancti autoritatẽ.] Et hoc illorum affectibus ad quos scribit dedisse uidetur Hieronymus.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS

Duos Esdræ & Neemiæ libros probat, qui apud Hebræos unico uolumine continentur: tertium & quartum improbat.

HIER. AD DOMN. ET ROGAT. IN ESDRAM ET NEEMIAM PRAEFATIO

VTrum difficilius sit facere quod poscitis, an negare, necdũ statui. Nam neq; uobis aliquid imperantibus abnuere sententiæ est, & magnitudo oneris impositi ita ceruices premit: ut ante sub fasce ruendum sit, q̃ leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne quod scribimus, reprehendendũ putant. Et interdum contra se conscientia repugnante publice lacerant, quod occulte legunt: intantum ut clamare compellar & dicere: Domine libera animã meam à labijs iniq̃s, & à lingua dolosa. Tertius annus est, quod semper scribitis atq; rescribitis, ut Esdræ librum & Hester uobis de Hebræo transferam: quasi non habeatis Græca & Latina uolumina: aut quicquid illud est quod à nobis uertitur, nõ statim ab omnibus cõspuendũ sit. Frustra aũt (ut ait quidã) niti, neq; aliud fatigando, nisi odium quærere, extremæ de-
1 mentiæ est. Itaq; obsecro uos mi Domnion & Rogatiane charissimi, ut priuata lectio-
D ne contenti, libros non efferatis in publicum: nec fastidiosis cibos ingeratis: uitetisq; eorum supercilium: qui iudicare tantum de alijs, & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum sunt quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar, admonentes ut Hebræa nomina (quorum grandis in hoc uolumine copia est) distincte & per interualla transscribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emẽdatio, librariorũ diligentia conseruetur. Nec quenquam moueat, quod unus à nobis liber editus est: nec apocryphorũ tertij & quarti libri somnijs delectetur: quia & apud Hebræos Esdræ Neemiæq; sermones in unum uolumen coartantur: & quæ non habentur apud illos, nec de uigintiquatuor senibus sunt procul abijcienda. Si quis aũt Septuaginta uobis opposuerit interpretes: quorum exemplaria uarietas ipsa lacerata & inuersa demonstrat: nec potest utiq; uerum asseri quod diuersum est: mittite eum ad euangelia, in quibus multa ponuntur quasi de ueteri testamento, quæ apud Septuaginta interpretes non habentur, uelut illud: Quoniam Nazarẽus uocabitur: Et, ex Aegypto uocaui filium meum: Et, uidebunt in quem cõpunxerunt: multaq; alia, quæ latiori operi reseruamus: & quærite ab eo ubi scripta sint. Cumq; proferre non potuerit: uos legite de his exemplaribus quæ nuper à nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed ut ad compendium ueniam: certe quod illaturus sum, æquissimum est: edidi aliquid quod nõ habetur in Græco:
2 aut aliter habetur q̃ à me uersum est? Quid interpretem laniant? Interrogẽt Hebræos: & ipsis autoribus translationi meæ, uel arrogẽt uel derogent fidem. Porrò aliud est si clausis, quod dicitur, oculis mihi uolunt maledicere: & nõ imitantur Græcorũ studiũ ac beneuolentiam: qui post Septuaginta translatores iam Christi euangelio coruscante, Iudæ-
3 os & Hebionitas legis ueteris interpretes, Aquilam uidelicet & Symmachũ & Theodotionẽ, & curiosè legunt, & per Origenis laborẽ in exaplois ecclesijs dedicarunt. Quanto magis Latini grati esse deberẽt, quod exultantẽ cernerẽt Græciã à se aliquid mutuari. Primum enim magnorũ sumptuũ est & infinitæ difficultatis, exemplaria posse habere omnia: deinde etiã qui habuerint, & Hebręi sermonis ignari sunt, magis errabũt: ignorãtes

quis

quis è multis uerius dixerit. Quod etiã sapientissimo cuidã nuper apud Græcos accidit, c
ut interdum scripturæ sensum relinquẽs, uniuscuiusq; interpretis sequeret errorẽ. Nos aũt qui Hebrææ linguæ saltem paruam habemus scientiã, & Latinus nobis utcunq; sermo nõ deest: & de alijs magis possumus iudicare, & ea quę ipsi intelligimus in nostra lingua promere. Itaq; licet hydra sibilet, uictorq; Sinon incẽdia iactet: nunquã meũ (iuuante Christo) silebit eloquiũ: etiã præcisa lingua balbutiet. Legant qui uolunt, qui nolunt abijciant. Euentilent apices, literas calumnientur. Magis uestra charitate prouocabor ad studium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.

PRAECEDENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA

Vretisq; eorum supercilium.] Supercilium fastuosam arrogantiam dixit. Mire uero taxauit quorundã mores, qui uelut è sublimi pronunciãt de scriptis aliorũ tanquã Areopagitæ, neq; quicquã illis satis facit, cum ipsi neq; possint quicquã edere si uelint, neq; uelint si possint. Nec Apocryphorum tertij & quarti.] Mirum cum Hieronymus tertium & quartum Esdræ librũ inter apocrypha numeret: & quod in eis scriptũ est, somnia uocet: qui factum sit, ut ijdem nunc citra discrimen ullum legant̃ à nobis. Quæ latiori operi.] Nimirũ libro De optimo genere interpretandi. Porrò aliud est.] Eadẽ est sermonis forma, quam annotauimus in secunda præfatione. Clausis quod dicitur oculis.] Quod est Andabatarũ, quẽadmodum latius explicuimus in Chiliadibus nostris in Prouerbio Andabatæ. Et Hebionitas.] Hæreticos, semijudæos & semichristianos. Et per Origenis laborem in ἑξαπλοῖς.] In quibusdam uetustis non erat in hexaplis, sed exaplis. Dedicarunt ecclesijs dixit, quod Origines ea admiscuerit editioni quæ legebatur in ecclesijs. Itaq; licet hydra sibilet.] In uetustis legimus, licet excetra sibilet. Victorq; Sinon.] Ruffinum opinor notat hoc hemistichio Vergiliano.

IN SEQVENTEM PRAEFATIONEM CENSVRA

Cum hic liber nec sit apud Hebræos, & inter hagiographa censeatur, autore Hieronymo, tamen à nobis inter præcipua receptus est.

HIERON. AD CROMA. ET HELIO. IN TOBIAM PRAEFATIO

Mirari non desino exactionis uestræ instantiã. Exigitis enim ut librũ Chaldęo sermone conscriptũ ad Latinum stilum traham: librum utiq; Tobiæ, quem D
Hebræi de catalogo diuinarũ scripturarũ secantes, his quæ hagiographa memorant manciparunt. Feci satis desiderio uestro, nõ tamen meo studio: Arguunt enim nos Hebræorum studia, & imputant nobis contra suum canonẽ, Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans pharisæorũ displicere iudicio, & episcoporum iussionibus deseruire, institi ut potui. Et quia uicina est Chaldæorũ lingua sermoni Hebraico, utriusq; linguæ peritissimũ loquacẽ reperiens, unius diei laborem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis uerbis expressit, hoc ego âccito notario sermonib. Latinis exposui. Orationibus uestris mercedem huius operis cõpensabo, cum gratum uobis dicero, me quod iubere estis dignati complesse.

SEQVENTIS PRAEFATIONIS CENSVRA

Non affirmat approbatum hunc in synodo Nicena, sed ait, legitur cõputasse. Subijcitur hoc loco aliud argumentum, sed indoctum & parum dignum Hieronymo, proinde non adiunximus.

HIERONYMI IN IVDITH PRAEFATIO

Apud Hebræos liber Iudith inter hagiographa legit̃, cuius autoritas ad roboranda illa quæ ad cõtentionẽ ueniunt minus idonea iudicat̃. Chaldæo tamen sermone cõscriptus, inter historias cõputatur. Sed quia hunc librũ synodus Nicena in numero sanctarum scripturarũ legitur cõputasse: acquieui postulationi uestræ imò exactioni: & sepositis occupationibus quib. uehemẽter artabar, huic unam lucubratiunculã dedi, magis sensum è sensu, q̃ ex uerbo uerbũ transferens. Multorum codicũ uarietatẽ uitiosissimam amputaui: sola ea quæ intelligentia integra in uerbis Chaldęis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith uiduam castitatis exẽplum: & triumphali laude, perpetuis eam præconijs declarate. Hanc enim nõ solum fœminis, sed & uiris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator uirtutem ei talem tribuit, ut inuictum omnibus hominibus uinceret, & insuperabilem superaret.

Librum

A HIERONYMI IN LIBRVM HESTER PRAEFATIO

Librum Hester, uarijs translationibus constat esse uitiatũ, quem ego de a- eum no-
I uis Hebræorũ releuans, uerbum è uerbo expressius transtuli. Quem librum len editio uulgata lacinijosis hincinde uerborũ sinibus trahit: addens ea quæ ex tẽpore dici poterant & audiri: sicut solitũ est scholaribus disciplinis sumpto themate excogitare: quibus uerbis uti potuit qui iniuriã passus est: uel qui iniuriã fecit. Vos aũt ó Paula & Eustochium quoniam & bibliothecas Hebræorũ studuistis intrare, & interpretum certamina cõprobastis, tenentes Hester Hebraicum librum, per singula uerba: nostram translationẽ aspicite, ut possitis agnoscere me nihil etiam augmẽtasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter sicut in Hebræo habetur historiã Hebraicã latinæ linguę tradidisse. Nec affectamus laudes hominũ, nec uituperationes expauescimus. Deo enim placere curantes, minas hominũ penitus nõ timemus: quia deus dissipat ossa eorum, qui hominibus placere desiderant: & secundũ Apostolũ, qui eiusmodi sunt, serui Christi esse non possunt. Rursum in libro Hester alphabetum ex minio usq; ad theta literam fecimus diuersis in locis: uolẽtes scilicet Septuaginta interpretum ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum ordinem prosequi etiam in Septuaginta editione maluimus.

PRAECEDENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA

I Quem ego de archiuis Hebræorum reuelans.] Pro Reuelans, lege Releuans. Lacinijosis hinc inde uerborum sinibus.] Flexuosa laxitas uestis non astrictæ, sed fluentis lacinia dicitur. Sinus item flexus dicuntur. Rursum hic notas, quas ex minio addiderat Hieronymus, desideramus.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS

Ostendit se bis uertisse Iob, semel iuxta editionem Septuaginta, additis obelis & asteriscis: ac rursum ex Hebræis uoluminibus. Hæc utra sit, incertum est

HIERONYMI IN LIBRVM IOB PRAEFATIO

B Cogor per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorũ respõdere maledictis, qui interpretationẽ meã reprehẽsionẽ Septuaginta interpretũ criminantur, quasi nõ & apud Græcos Aquila, Symmachus & Theodotio, uel uerbũ è uerbo, uel sensum è sensu, uel ex utroq; cõmixtũ & medie tẽperatum genus translationis expresserint: & omnia ueteris instrumẽti uolumina Origenes obelis asterisci sq; distinxerit: quos uel additos uel de Theodotione sumptos, translationi antiquæ inseruit: probans defuisse quod additũ est. Discant igit̃ obtrectatores mei recipere in toto, quod
I in partibus susceperũt: aut interpretationẽ meam cum asterisci s suis radere. Neq; enim fieri potest, ut quos plura intermisisse susceperint: nõ eosdem etiã in quibusdã erasse fateãtur: præcipue in Iob, cui si ea quæ sub asterisci s addita sunt subtraxeris, pars maxima detruncabitur: & hoc duntaxat apud Græcos. Cæterũ apud Latinos ante eã trãslationẽ, quam sub astericis & obelis nuper edidimus: septingenti fermè, aut octingẽti uersus desunt: ut decurtatus & laceratus corrosusq; liber, fœditatẽ sui publice legẽtibus præbeat. Hæc aũt translatio nullũ de ueteribus sequit̃ interpretẽ, sed ex ipso Hebraico Arabicoq; sermone, & interdũ Syro, nunc uerba, nunc sensus, nunc simul utrunq; resonabit. Obliquus enim etiã apud Hebræos totus liber fertur & lubricus: & quod Græci rhetores uocant eschematismenos: dũ qui aliud loquit̃, aliud agit: ut si uelis anguillã uel murenam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memini me ob intelligentiã huius uoluminis Lyddeũ quendã præceptorẽ, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, nõ paruis redemisse nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio. Hoc unum scio, nõ potuisse me interpretari, nisi quod ante intellexerã. A principio itaq; uoluminis usq; ad uerba Iob apud Hebræos prosa oratio est. Porro uerbis Iob in quibus ait: Pereat dies in qua natus sum: & nox in qua dictũ est, cõceptus est homo: usq; ad eum locũ, ubi ante finẽ uoluminis scriptũ est: Idcirco ipse me reprehẽdo & ago pœnitentiã in fauilla & cinere: hexametri uersus sunt, dactylo spõdeoq; currentes, & propter

linguæ

quis ea ut in[illegible] idioma crebro recipiẽtes & alios pedes, nõ earundem ſyllabarũ, ſed eorundem c
aũt porũ. Interdũ quoq; rhythmus ipſe dulcis & tinnulus fertur numeris pedum ſolu-
tus. Quod metrici magis q̃ ſimplex lector intelligunt. A ſupradicto aũt uerſu uſq; ad fi-
nem libri, paruum comma quod remanet, proſa oratione contexitur. Quod ſi cui ui-
detur incredulum, metra ſcilicet eſſe apud Hebræos: & in morem noſtri Flacci Græciq; 2
Pindari & Alcæi & Sapphus, uel Pſalteriũ, uel Lamentationes Hieremiæ, uel omnia fer-
me ſcripturarum Cantica cõprehendi: legat Philonem, Ioſephum, Origenem, Cæſarien
ſem Euſebium, & eorum teſtimonio me uerum dicere cõprobabit. Audiãt quapropter
canes mei, idcirco me in hoc uolumine laboraſſe: non ut interpretationẽ antiquã repre-
henderem, ſed ut ea quæ in illa aut obſcura ſunt, aut omiſſa, aut certe ſcriptorũ uitio de-
prauata: manifeſtiora noſtra interpretatione fierent: qui & Hebræorũ ſermonẽ ex parte
didicimus, & in Latino penè ab ipſis cunabulis inter grãmaticos & rhetores & philoſo
phos detriti ſumus. Quod ſi apud Græcos poſt ſeptuaginta editionẽ iam Chriſti euange
lio coruſcante, Iudæus Aquila & Symmachus ac Theodotio Iudaizantes hæretici ſunt
recepti, qui multa myſteria ſaluatoris ſubdola interpretatione cælarunt: & tamen in ἑξα-
πλοῖς habentur apud eccleſias, & explanantur ab eccleſiaſticis uiris: quanto magis ego
Chriſtianus & de parentibus Chriſtianis natus, & uexillum crucis in mea fronte portãs:
cuius ſtudium fuit omiſſa repetere, deprauata corrigere, & ſacramenta eccleſiæ puro et
fideli aperire ſermone, uel à faſtidioſis uel à malignis lectoribus non debeo reprobari.
Habeant qui uolunt ueteres libros uel in membranis purpureis, auro argentoq; deſcri-
ptos: uel uncialibus (ut uulgo aiunt) literis onera magis exarata quàm codices, dũmodo 3
mihi meisq; permittant pauperes habere ſchedulas, et nõ tam pulchros codices quàm
emendatos. Vtraq; aũt editio & Septuaginta iuxta Græcos: & mea iuxta Hebræos in La
tinum meo labore translata eſt. Eligat unuſquiſq; quod uult, & ſtudioſum me magis d
quàm maleuolum probet.

PRAECEDENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA

Vſceperint] Lege perſpexerint. Nam ijſdem uerbis utitur Tomo ſecũdo aduerſus Ruf- 1
finum: Neq; eũ fieri poteſt, ut quos plura intermiſiſſe perſpexerint. Schematiſmenos]
Scribendum ἐχηματισμένον, id eſt figuratum, q̃d non ſit ſimplex oratio. Carenſis, ut hoc
riſus gratia notem obiter, exponit uocẽ dictam à ſchema & mene, citans cantatorẽ neſcio
quem, qui dixerit legendum eſſe, cacosfallotronmenos: à cacos malus, allotrion alienum, & mene
defectus. Eamus nunc, & hos autores dignos exiſtimemus qui leganť. Et Alceí & Sappho.] Sap- 2
phus legendũ eſt, non Sappho: ſicut à Dido, Didus. Vncialibus, ut uulgo aiunt.] Vncialibus, hoc 3
eſt magnis: nã uncia nõ ſolũ ad pondus & ad numerũ, uerũ et ad menſurã pertinet. Nõnulli codices
habebãt initialibus: q̃d primores literę ſoleãt eſſe maiores & inauratę nõnunq̃. Et ſtudioſum me.]
Refragantib. licet exẽplaribus, ipſe ſenſus admonet pro me, legẽdũ ſe. Deprecať eũ malitiæ crimen
apud eos, quib. nõ placet ipſa uerſio, qui ſi minus probãt euentũ, tñ ſtudiũ & conatũ probare debẽt.

ARGVMENTVM PRAEFATIONIS SEQVENTIS

Hæc eſt præfatio in Iob è Septuaginta uerſum, ſed additis notulis. Addiť & tertia præfatio, cuius
initium, In terra quidem: quæ non eſt Hieronymi.

ALIA PRAEFATIO

SI aut fiſcellam iunco texerem, aut palmarũ folia complicarem, ut in ſudore
uultus mei comederẽ panem: & uentris opus ſollicita mente pertractarem,
nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc aũt, quia iuxta ſententiam ſal-
uatoris, uolo operari cibum qui nõ perit: & antiquã diuinorũ uoluminum
uiam ſentibus uirgultisq; purgare, error mihi geminus infligiť: corrector uitiorũ, falſã
rius dicor: & errores nõ auferre, ſed ſerere. Tanta eſt enim uetuſtatis cõſuetudo, ut etiã
cõfeſſa pleriſq; uitia placeãt, dum magis pulchros habere uolunt codices q̃ emendatos.
Quapropter ó fratres dilectiſſimi, unicũ nobilitatis & humilitatis exemplar: pro flabel-
lo, calathis, ſportelliſq; munuſculis monachorũ, ſpiritualia hæc & manſura dona ſuſci-
pite, ac beatũ Iob, q. adhuc apud Latinos iacebat in ſtercore, & uermibus ſcatebat erro-
rum, integrũ immaculatũq; gaudete. Quomodo enim poſt probationẽ atq; uictoriam
duplicia

A duplicia ſunt ei uniuerſa reddita: ita ego in lingua noſtra (ut audacter loquar) feci eum
habere quæ amiſerat. Igitur & uos & unumquenq; lectorem ſolita præfatione commo-
neo: & in principijs librorum eadem ſemper annectens, rogo, ut ubicunque præceden
tes uirgulas uideritis, ſciatis ea quæ ſubiecta ſunt in Hebraicis uoluminibus non haberi.
Porrò ubi ſtellæ imago præfulſerit, ex Hebræo in ſermone noſtro addita ſunt. Necnon
& illa quæ haberi uidebantur, & ita corrupta erant ut ſenſum legentibus tollerent: oran
tibus uobis magno labore correxi: magis utile quid ex ocio meo eccleſijs Chriſti uentu
rum ratus, quàm ex aliorum negocio.

HIERONYMI IN PROVERBIA SALOMONIS PRAEFATIO

LVngat epiſtola quos iungit ſacerdotiũ: imò charta nõ diuidat, quos Chriſti ne
ctit amor. Commentarios in Oſee, Amos & Zachariam, Malachiã quoq; po-
ſcitis: ſcripſiſſem, ſi licuiſſet præ ualetudine. Mittitis ſolatia ſumptuũ: notarios
noſtros & librarios ſuſtentatis, ut uobis potiſſimũ noſtrũ deſudet ingeniũ. Et ecce ex la-
tere frequens turba diuerſa poſcentiũ: quaſi aut æquũ ſit me uobis eſurientibus, & alijs
laborare: aut in ratione dati & accepti: cuiq̃ præter uos obnoxius ſim. Itaq; longa ægro-
tatione fractus, ne penitus hoc anno reticerẽ: & apud uos mutus eſſem, tridui opus no-
mini ueſtro cõſecraui, interpretationẽ uidelicet trium Solomonis uoluminum: Miſle,
quod Hebræi parabolas, uulgata aũt editio prouerbia uocat: Coeleth, quẽ Græce Eccle-
ſiaſten, Latine concionatorẽ poſſumus dicere: Sir haſirim, quod in lingua noſtra uertiť
1 Canticũ canticorũ. fertur & panæretos Ieſu filij Sirach liber: & alius pſeudepigraphus,
qui ſapientia Solomonis inſcribitur. Quorũ priorem Hebraicum reperi, non eccleſiaſti
cum ut apud Latinos, ſed parabolas prænotatum. Cui iuncti erant Eccleſiaſtes & Canti-
cum canticorũ: ut ſimilitudinẽ Solomonis non ſolum numero librorum, ſed etiam ma
teriarũ genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nuſquã eſt, quin & ipſe ſtilus Græ-
B cam eloquentiã redolet: & nonnulli ſcriptorum ueterũ hunc eſſe Iudæi Philonis affir-
mant. Sicut ergo Iudith & Tobiæ & Machabæorũ libros legit quidem eccleſia, ſed eos
inter canonicas ſcripturas nõ recipit: ſic & hæc duo uolumina legat ad ædificationẽ ple
bis, non ad autoritatẽ eccleſiaſticorũ dogmatũ confirmandam. Si cui ſanè Septuaginta
interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neq; enim no-
ua ſic cudimus, ut uetera deſtruamus. Et tamen cum diligentiſſime legerit: ſciat magis
noſtra ſcripta intelligi, quæ nõ in tertiũ uas transfuſa coacuerint: ſed ſtatim de prælo pu
riſſime commendata teſtæ, ſuum ſaporem ſeruauerint.

SCHOLIVM

Fertur & panæretos.] παναίρετος, id eſt, eximius ac præcipuus.

1 HIERONYMI IN LIBRVM ECCLESIASTEN PRAEFATIO

VEmini me ante hoc fermè quinquenniũ cũ adhuc Romæ eſſem, & eccleſia-
ſten ſanctæ Bleſillæ legerẽ, ut eam ad cõtemptũ mundi huius prouocarem:
& omne quod in mundo cerneret, putaret eſſe pro nihilo: rogatum ab ea ut
in morem cõmentarioli obſcura quæq; diſſererem: ut abſq; me poſſet intel-
ligere quæ legebat. Itaq; quoniã in procinctu noſtri operis ſubita morte ſubtracta eſt: &
ubi non meruimus ò Paula & Euſtochium talem uitæ noſtræ habere conſortẽ: tantoq;
uulnere tunc percuſſus obmutui, & nunc in Bethlehem poſitus, anguſtiore uidelicet ci
uitate, & illius memorię & uobis reddo quod debeo: hoc breuiter admonẽs, quod nul-
lius autoritatẽ ſequutus ſum: ſed de Hebræo transferens, maxime Septuaginta interpre-
tum conſuetudini me coaptaui, in his duntaxat quæ non multum ab Hebraicis diſcrepa
bant. Interdũ Aquilæ quoq; & Symmachi & Theodotionis recordatus ſum: ut nec no-
uitate nimia, lectoris ſtudium deterrerem: nec rurſum contra conſcientiam meam, fon-
te ueritatis omiſſo, opinionum riuulos conſectarer.

SEQVENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA

Verſibus eſſe deſcriptos.] Et proſæ orationis eſſe uerſus hinc liquet: nec enim omnis uerſus eſt
carmen. Per cola & commata.] id eſt, per membra & inciſa.

AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM IN TRANSLATIONEM C
Esaiæ ex Hebraica ueritate, præfatio.

NEmo cum prophetas uersibus uiderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de psalmis & operib. Solomonis: sed quod in Demosthene & in Tullio solet fieri, ut per cola scribãtur & cõmata: qui utiq; prosa & nõ uersibus cõscripserunt: nos quoq; utilitati legentiũ prouidẽtes, interpretationẽ nouã nouo scribendi genere distinximus. Ac primũ de Esaia sciendũ, quod in sermone suo disertus sit, quippe uir nobilis & urbanę eloquẽtiæ: nec habens quicquã in eloquio rusticitatis admixtũ: unde accidit ut præ cæteris floꝛem sermonis eius, translatio nõ potuerit conseruare. Deinde etiã hoc adijciendũ, quod non tam propheta dicendus sit q̃ euangelista. Ita enim uniuersa Christi ecclesiæq; mysteria ad liquidum prosequutus est: ut non putes eum de futuro uaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde conijcio noluisse tunc tẽporis Septuaginta interpretes, fidei suæ sacramẽta perspicue ethnicis prodere: ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent. Quæ cum hanc editionẽ legeritis, ab illis animaduertetis abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere: nec facile quempiã posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit ante quæ legerit: nos quoq; patere morsibus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi nõ ualent, despiciunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum: & nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor, ut quõ Græci post Septuaginta translatores Aquilam & Symmachũ & Theodotionem legunt, uel ob studium doctrinæ suæ: uel ut Septuaginta magis ex collatione eorũ intelligant: sic & isti saltem unum post priores habere dignentur interpretẽ. Legant prius & postea despiciant, ne uideantur non ex iudicio, sed ex odij præsumptione ignorata dãnare. Prophetauit autem Esaias in Hierusalem & in Iudæa, necdum tribubus in captiuitatem ductis: ac de utroq; regno nunc cõmixtim, nunc seꝑatim texit oraculum. Et cum interdum ad præsentem respiciat historiam: & post Babyloniæ captiuitatem reditum populi significet in Iudæam: tamen omnis eius cura de uocatione gentium, & de aduentu Christi est. Quem quãto plus amatis ò Paula & Eustochium, tanto magis ab eo petite: ut pro obtrectatione præsenti, qua me indesinenter æmuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione sudasse, ne Iudæi de falsitate scripturarum ecclesiis eius diutius insultarent.

SEQVENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIVM

Hieremías propheta.] Et in hoc bona pars Hieronymiani laboris intercidit, nec uersuũ manet distinctio: nec distinctio uisionum. Et Baruch additus est, quem ille prætermiserat.

HIERONYMI IN HIEREMIAM PRAEFATIO

HIeremias propheta, cui hic prologus scribit, sermone quidẽ apud Hebræos Esaiæ & Oseę, & quibusdam alijs prophetis uidet esse rusticior, sed sensibus par est: quippe qui eodẽ spiritu prophetauerit. Porrò simplicitas eloquij, à loco ei in quo natus est, accidit. Fuit em̃ Anathotites, qui est usq; hodie uicus, tribus ab Hierosolymis distans milibus: sacerdos ex sacerdotibus, & in matris utero sanctificatus, uirginitate sua euangelicũ uirũ Christi ecclesiæ dedicans. Hic uaticinari ex orsus est puer, & captiuitatẽ urbis atq; Iudææ nõ solum spiritu, sed & oculis carnis intuitus est. Iam decem tribus Israel Assyrij in Medos transtulerant: iam terras earũ coloniæ gentium possidebant. Vnde in Iuda tantũ & in Beniamin prophetauit: & ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto: quod nos mẽsura metri, uersibusq; reddidimus. Præterea ordinẽ uisionũ, qui apud Græcos & Latinos omnino cõfusus est, ad pristinam fidem correximus. Libri aũt Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur nec habetur, prætermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes: quibus me necesse est, per singula opuscula respondere. Et hoc patior, quia uos me cogitis. Cæterũ ad compendiũ mali rectius fuerat modum furori eorũ, silentio meo ponere, q̃ quotidie noui aliquid scriptitantem, inuidorum insaniam prouocare.

DIVI

A EZechiel propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem, ibiq; his qui cum eo capti fuerant, prophetauit, pœnitentibus quod ad Hieremiæ uaticinium se ultro aduersarijs tradidissent: & uiderent adhuc urbẽ Hierosolymam stare, quam ille casuram esse prædixerat. Tricesimo autem ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad cõcaptiuos loqui. Et eodem tempore, licet posterior, hic in Chaldæa, Hieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusticus est, sed ex utroq; medie temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Hieremias: principia uoluminis & finem magnis habẽs obscuritatibus inuoluta. Sed & uulgata eius editio nõ multum distat ab Hebraico. Vnde satis miror, quid causæ extiterit, ut si eosdem in uniuersis libris habemus interpretes, in alijs eadem, in alijs diuersa transtulerint. Legite igitur & hunc iuxta translationem nostram: quoniam per cola scriptus & commata, manifestiorem legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei & hunc subsannauerint, dicite eis, quod nemo eos compellat ut scribant. Sed uere
1 or ne illud eis eueniat, quod Græce significantius dicitur, ut uocentur phagolœdori, quod est manducantes senecias.

PRAECEDENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA

1 VT uocentur phagolœdori.] Non paulo facilius est docere scripturã hanc nõ carere mendo, quàm restituere quod deprauatum est. Primum si φαγολοίδοροι compositum est ex φαγεῖν & λοιδορία, ne consistit quidem compositio: neq; enim dicimus φαγόλωτος, sed λωποφάγος. Iam quod adiectum est, quod est manducantes senecias, palam est ab Hieronymo non fuisse asscriptum, sed ab alio quopiam Græce perito, qui subito quod scriptum offendit, uertit utcunq;. Deinde scriba quispiam ex conuicijs fecit senecias. Pudet enim referre quid hic nugentur interpretes de senecijs: quibus senecia in plures uertitur formas q̃ apud poetas Empusa. Senecia immũdum est animal, senecia labium senis, senecia rubrum illud quod est sub aure piscis: sic enim illi loquuntur: senecia labia corrosa, senecia illusa piscium, quod equidem quid sit non intelligo: senecia
B saliua desluens per genas, quasi uero ex oculis defluat saliua. Verum his nihil interest inter mẽtum & genam, imò ne inter uentrem quidem & caput. Senecia mus est, sed immundus: senecia herba est. At quanto simplicius erat dicere, nescio, quàm ad hunc nugari modũ? Nam quod Plinius meminit herbæ senecionis, quæ Græce dicatur erigeron, non uideo quid pertineat ad λοιδορίαν, quæ uox & ipsa Græca est. Proinde quod unum licet, quandoquidem exemplaria uetusta nihil opitulantur, conijcio scriptum fuisse φιλολοίδοροι, quibus studio est calumniari & carpere, uelut id suo morbo faciant, non merito aliorum.

DIVI HIERONYMI IN DANIELEM PRAEFATIO

DAnielem prophetã, iuxta Septuaginta interpretes, dñi saluatoris ecclesiæ nõ legunt, utẽtes Theodotionis editione: et hoc cur acciderit, nescio. Siue quia sermo Chaldaicus est, & quibusdã proprietatib. à nostro eloquio discrepat: noluerunt Septuaginta interpretes easdẽ linguæ lineas in trãslatione seruare, siue sub nomine eorũ ab alio, nescio quo, nõ satis Chaldææ linguã sciente, editus est liber: siue aliud quid causæ extiterit ignorãs: hoc unũ affirmare possum, quod multum à ueritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Sciendũ quippe est Danielẽ maxime
1 & Esdram Hebraicis quidẽ literis, sed Chaldæo sermone cõscriptos & unam Hieremiæ pericopen, Iob quoq; cũ Arabica lingua plurimam habere societatẽ. Denicq; & ego adulescentulus post Quintiliani & Tullij lectionẽ ac flores rhetoricos, cùm me in linguæ huius pistrinũ recludissem: & multo sudore, multoq; tempore uix cœpissem anhelantia stridentiaq; uerba resonare: & quasi per cryptam ambulans, rarum desuper lumen aspicerẽ, impegi nouissime in Danielẽ: & tanto tædio afficetus sum, ut desperatione subita, omnem laborẽ ueterẽ uoluerim contẽnere. Verũ adhortãte me quodã Hebræo, & illud mihi crebrius in suã linguã ingerente, labor omnia improbus uincit: qui mihi uidebar sciolus inter Hebræos, cœpi rursus esse discipulus Chaldaicus. Et ut uerũ fatear, usq; ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere quàm sonare. Hęc idcirco refero, ut difficultatẽ uobis Danielis ostenderem: qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiã, nec hymnũ trium puerorum, nec Belis draconis fabulas, quas

nos,quia in toto orbe diſperſæ ſunt,ueru antepoſito easq; iugulante ſubiecimus, ne ui- c
deremur apud imperitos magnã partẽ uoluminis detruncaſſe. Audiui ego quendam de 2
præceptoribus Iudęorũ cũ Suſannæ derideret hiſtoriã:& à Græco, neſcio quo,eã dice-
ret eſſe confictã,illud opponere,quod Origeni quoq; Aphricanus oppoſuit, etymolo-
gias has ἀπὸ τῆ σχίνε σχίσαι, ἢ ἀπὸ τῆ πρίνε πρίσαι, de Græco ſermone deſcẽdere. Cuius rei
nos intelligentiã noſtris hanc poſſumus dare:ut uerbi gratia,dicamus,de arbore ilice di
xiſſe eũ,ilico pereas:& à lẽtiſco,in lentẽ te cõminuat angelus:uel nõ lente pereas, aut len
tus,id eſt flexibilis ducaris ad mortẽ:ſiue aliud quid ad arboris nomẽ cõueniens. Dein-
de tantũ fuiſſe ocij,tribus pueris cauillabaẽ,ut in camino æſtuãtis incẽdij metro luderẽt,
& per ordinẽ ad laudem dei omnia elemẽta prouocarẽt, Aut quod miraculũ diuinæq;
aſpirationis indicium, uel draconem interfectum offa picis, uel ſacerdotũ Belis machi-
nas deprehenſas:quæ magis prudentia ſolertis uiri,q̃ prophetali eſſent ſpiritu perpetra-
ta? Cum uero ad Habacuk ueniret,& de Iudæa in Chaldęam raptum diſcophorum lecti 3
taret,quærebat exemplum,ubi legiſſemus in toto ueteri teſtamento,quenquam ſancto-
rum graui uolaſſe corpore:& in puncto horæ tanta terrarum ſpacia tranſiſſe. Cui cum
quidam è noſtris ſatis ad loquendũ promptulus, Ezechielem adduxiſſet in medium: &
diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuiſſe translatum,riſit hominem: & ex ipſo uolumi-
ne demonſtrauit Ezechielem in ſpiritu ſe uidiſſe tranſpoſitũ:Deniq; & Apoſtolum no-
ſtrum,uidelicet ut eruditũ uirum,& qui legẽ ab Hebræis didiciſſet, nõ fuiſſe auſum affir
mare ſe raptum in corpore, ſed dixiſſe: Siue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, deus
ſcit.His & talibus argumentis apocryphas in libro eccleſiæ fabulas arguebat. Super qua
re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud
Hebræos inter prophetas,ſed inter eos,quia hagiographa conſcripſerunt. In tres ſiquidem
partes omnis ab eis ſcriptura diuiditur:in legem, in prophetas, & in hagiographa,
id eſt,in quinq;,& octo, & in undecim libros: de quo non eſt huius temporis diſſerere.
Quæ aũt ex hoc propheta, imò contra hunc librũ Porphyrius obijciat: teſtes ſunt Me- D
thodius,Euſebius & Apollinarius,qui multis uerſuũ milibus eius ueſanię reſpõdentes,
neſcio an curioſo lectori ſatisfecerint. Vnde obſecro uos, ò Paula & Euſtochiũ, funda-
tis pro me ad dñm preces:ut quamdiu in hoc corpuſculo ſum,ſcribam aliquid gratũ uo
bis,utile eccleſiæ,dignũ poſteris.Præſentium quippe iudicijs oblatrantiũ nõ ſatis moue
or,qui in utranq; partem aut amore labuntur aut odio.

PRAECEDENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA

Tunã Hieremiæ pericopen.] Ἀποκόπτω reſeco, q̃ ea pars reſecta ſit à reliquo corpore 1
prophetię. Qui apud Hebræos.] [redacted]

2

Diſcophorum.] δισκοφόρου, quod diſcum adferret. 3

IN SEQVENTEM PRAEFATIONEM SCHOLIA

Et Oſee ſynchronon Eſaiæ.] σύγχρονοι qui ĩſdem uixere tẽporibus,quaſi dicas cõtemporaneos. 1
Extrema prophetarum minorum argumenta decerpta ſunt ex epiſtola,Frater Ambroſius.

HIERO-

A NOn eſt idem ordo duodecim prophetarũ apud Hebræos, qui eſt apud nos.
Vnde ſecundũ id quod ibi legitur, hic quoq; diſpoſiti ſunt. Oſee cõmaticus
eſt, & quaſi per ſẽtẽtias loquẽs.Iohel planus in principijs, in fine obſcurior,
& uſq; ad Malachiã habent ſinguli proprietates ſuas,quem Eſdram ſcribam,
legisq; doctorẽ Hebræi autumant.Et quia longũ eſt nunc de omnibus dicere, hoc tan
tum uos ò Paula & Euſtochiũ admonitas uolo:unũ librum eſſe duodecim prophetarũ,
1 & Oſee ſynchronon Eſaiæ:Malachiã uero Aggei & Zachariæ fuiſſe tẽporibus. In qui-
bus aũt tempus non præfertur in titulo,ſub illis eos regibus prophetaſſe, ſub quibus &
hi qui ante eos habent titulos,prophetauerunt.

Cætera in minores prophetas argumẽta, partim q̃ nihil habeãt difficultatis, partim quod ex pri
ma decerpta ſint epiſtola,nõnullis etiã incertũ autorẽ præferentibus, non curauimus adijcere.

HIERONYMI IN IOHELEM PRAEFATIO

SAnctus Iohel apud Hebræos poſt Oſee ponitur. Et ſicut ibi ſub nomine E-
phraim ad decẽ tribus cõfertur uaticiniũ,uel quæ Samaria uel Iſrael ſæpe me
morantur:ſic in hunc prophetam omne quod dicitur, ad tribum Iuda & ad
Hieruſalem pertinere credendũ eſt:& nullã omnino Iſraelis,id eſt, decẽ tri-
buum in hoc fieri mentionẽ.Tempora quoq; quibus prophetauit,eadem debemus acci
pere,quæ in Oſee legimus,in diebus Oziæ,Ioathan & Achaz, & Ezechiæ regũ Iuda: &
in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrael. Porrò factũ eſſe ſermonẽ domini, ad meritũ
eius refertur cui fit:non ad conditionẽ eius qui fieri dicitur, ut alibi legimus: Dominus
factus eſt mihi ad ſalutem. Auditus aũt in ſcripturis ſanctis nõ eſt iſte qui ad aures ſonat,
ſed qui corde percipitur:iuxta illud quod dñs loquitur in euangelio:Qui habet aures au
diendi,audiat.Quod autem dicitur Hebraice haazenu הַאֲזִינוּ Græce ἐνωτίσασθε,& Latine
ſonat, auribus percipite:proprie non aure,ſed corde percipitur. Qui ſenes ſunt & cœle
B ſtes,audiunt ſpiritualiter:qui autem habitant in terra,appellanturq; terreni, auribus per
cipiunt.Vbicunq; autem hæc duo uerba iũcta ponuntur,nõ ad ſimplicem tantum uer-
borum ſonum, ſed ad reconditam quoq; dictorum intelligentiã pertinere intelligendũ
eſt.In Geneſi Lamech loquit̃ ad uxores ſuas,Ada & Sella:Audite uerba mea uxores La-
mech:auribus percipite ſermones meos: quia uirum occidi in uulnus meum, & iuuenẽ
in liuore meo.Et Eſaias:Audite cœli, & auribus percipe terra.

HIERON. IN QVATVOR EVANGELIA AD DAMASVM PRAEFATIO

1 NOuum opus me facere cogis ex ueteri,ut poſt exẽplaria ſcripturarũ toto orbe
diſperſa,quaſi quidã arbiter ſedeã: & quia inter ſe uariant, quæ ſint illa quæ
cum Græca conſentiant ueritate,decernam.Pius labor, ſed periculoſa præ-
ſumptio,iudicare de cæteris ipſum ab omnibus iudicandũ:ſenis mutare lin-
guam,& caneſcentẽ iam mundũ ad initia retrahere paruulorũ. Quis enim doctus pari-
ter uel indoctus,cũ in manus uolumen aſſumpſerit:& à ſaliua quã ſemel imbibit uiderit
diſcrepare quod lectitat: nõ ſtatim erumpat in uocem,me falſariũ, me clamitans eſſe ſa-
crilegum,qui audeã aliquid in ueteribus libris addere,mutare,corrigere.Aduerſus quã
inuidiam duplex cauſa me conſolatur:quod & tu qui ſummus ſacerdos es,fieri iubes:&
uerũ nõ eſſe quod uariat, etiam maledicorũ teſtimonio cõprobatur. Si enim Latinis ex
emplaribus fides eſt adhibenda,reſpondeant quibus:tot enim ſunt exẽplaria penè quot
codices.Sin aũt ueritas eſt quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originẽ reuerten
tes,ea quæ uel à uitioſis interpretibus male reddita:uel à præſumptorib. imperitis emen
data peruerſius,uel à librarijs dormitãtib. aut addita ſunt aut mutata, corrigimus? Neq;
uero ego de ueteri diſputo inſtrumẽto,quod à Septuaginta ſenioribus in Græcã linguã
uerſum tertio gradu ad nos uſq; peruenit.Nõ quęro quid Aquila,qd Symmachus ſapi-
ant:quare Theodotiõ inter nouos & ueteres medius incedat. Sit illa uera interpretatio,
2 quam apoſtoli probauerunt.De nouo nunc loquor teſtamento, quod Græcum eſſe nõ

dubium est, excepto apostolo Matthæo, qui primus in Iudæa euãgelium Christi Hebrai C
cis literis edidit. Hoc certe cum in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorum
tramites ducit, uno de fonte quærendũ. Prætermitto eos codices, quos à Luciano & He
sychio nuncupatos paucorũ hominũ asserit peruersa cõtentio: quibus utiq; nec in toto
ueteri instrumẽto post Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo pro
fuit emendasse: cum multarũ gentiũ linguis scriptura ante translata doceat falsa esse quæ
addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur, quatuor tantũ euangelia, quo-
rum ordo est iste: Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes: codicũ Græcorũ emendata colla-
tione: sed & ueterum, nec quæ multũ à lectionis Latinæ consuetudine discreparent. Ita
calamo tẽperauimus, ut his tantũ quæ sensum uidebantur mutare, correctis: reliqua ma
nere pateremur ut fuerant. Canones quoq; quos Eusebius Cæsariensis episcopus, Al-
xandrinum sequutus Ammoniũ, in decẽ numeros ordinauit: sicut in Græco habẽtur ex
pressimus. Quod si quis de curiosis uoluerit nosse, quæ in euangelijs uel eadem, uel ui-
cina, uel sola sint, eorum distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic in nostris codi-
cibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius euangelista plus dixit: in alio quia mi-
nus putauerint, addiderunt: Vel dum eũdem sensum alius aliter expressit, ille qui unum
è quatuor primum legerat, ad eius exemplum cæteros quoq; existimauerit emẽdandos.
Vnde accidit ut apud nos mixta sint omnia: & in Marco plura Lucæ atq; Matthæi, rur-
sus in Matthæo plura Ioannis & Marci, & in cæteris reliquorũ quæ alijs propria sunt, in
ueniantur. Cum itaq; canones legeris, qui subiecti sunt, confusionis errore sublato, & si
milia omnium scies, & singulis sua quæq; restitues. In canone primo concordant quatu
or, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secundo tres, Marthæus, Marcus, Lucas. In ter
tio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quin-
to duo, Matthæus, Lucas. In sexto duo, Matthæus, Marcus. In septimo duo, Matthæus,
Ioannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo pro-
pria quiq; quæ non habentur in alijs ediderunt. Singulis uero euangelijs ab uno incipi- D
ens usq; ad finem librorum, dispar numerus accrescit. Hic nigro colore prescriptus, sub
se habet alium ex minio discolorem numerum, qui ad decem usq; procedens, indicat,
prior numerus in quo sit requirendus. Cum ergo aperto codice (uerbi gratia) illud siue
illud capitulum scire uolueris cuius canonis sit: statim ex subiecto numero doceberis:
& recurrẽs ad principia, in quibus canonum est distincta congeries: eodemq; statim ca-
none ex titulo frontis inuento, illum quem quærebas numerũ, eiusdem euangelistæ, qui
& ipse ex inscriptione signatur, inuenies: atq; è uicino cæterorum tramitibus inspectis,
quot numeros è regione habeant, annotabis: cum scieris, recurres ad uolumina singulo
rum: & sine mora repertis numeris, quos ante signaueras, reperies & loca in quibus uel
eadem uel uicina dixerunt. Sciendum tamen, ne quis ignarum ex similitudine numero
rum error inuoluat, quod sicubi in subnotatione canonum distinctorũ in canone quo
libet tres euangelistæ bis, ter uel quater, aut etiam amplius eundem numerum per ordi-
nem habuerint annotatum, & quartus econtrario, discrepantes, quod id tres illi in eo lo
co semel dixerint, quartus toties in corpore uoluminis sui ponat, quoties diuersi nume-
ri in eius canone positi stant contra prædictorum numerorũ continuatas similitudines.
Item si in uno quolibet eorũ aut etiam duobus, idem in canone numerus bis, ter, & qua
ter, aut eo amplius reperiatur in ordine collocatus, & dispares inueniantur in cæteris,
dubium non erit, quin id quod illius illorúmue canonis numerus bis terq; repetitum ab
his in uolumine semel dictum esse ostendit, alter alteriúe eorum toties uno atq; eodem
sensu loquantur, quoties prætulerint in numerorũ annotatione distãtiam. Et hoc in om
nium nouem canonum collatione seruabitur. Cæterũ in decimo, quoniam propria sin
gulorum tantũmodo continentur, non potest contra id cõparatio esse quod solum est.
Opto ut in Christo ualeas, & memineris mei papa beatissime.

PRAE

A ANNOTATIONES IN HIERONYMVM SPARSIM ADIECTAE.

I PRAECEDENTIS PRAEFATIONIS SCHOLIA.

Senis mutare linguã.] Cum ad omnia magis docilis est puerítia q̃ senectus, tũ facillime linguã ea ætas arripit, quod seni difficillimũ est. Vnde prouerbiũ: Senex psittacus negligit ferulã. Et è saliua quam semel imbibit.] Saliuam appellat gustũ & animi iudiciũ: metaphora sumpta à nutricibus, quæ præmãsum cibũ pueris in os inserũt, cui assueti, recusant ab alio præmansum. Nec omnino gustus est,

2 nisi lingua contingat palatũ interueniẽte saliua. Quod Græcũ esse.] [redacted]

Censura præfationis in Marcum.

Marcus Euangelista.] Stilus arguit hanc præfationem non esse Hieronymi, licet eruditam esse fa rear, sed è Græco translatam apparet. Et consentaneum est, Hieronymũ unica præfatione fuisse con tentum in quatuor Euangelia.

Censura præfationis in Lucam.

Lucas Syrus.] De hac nemo dubitabit, quin è Greco sermone trãslata sit, qui uel illa legerit plane Græca, etiã cũ sint Latina: Cui ideo post baptismũ filij dei, à perfectione generationis in Christo cõ pletæ, repetẽdæ à principio natiuitatis humanæ potestas permissa est: ut requirentib. demõstraret in quo apprehendens erat, per Nathan filiũ Dauid, introitu recurrẽtis in deũ generationis admisso in dissparabilis dei, &c. Quæso te lector, quis Græcus potuit dicere magis Græce, q̃ hic dixit Latinus.

Censura præfationis in Ioannem.

Hic est Ioannes.] Nec hanc opinor esse Hieronymi. Argumenta cætera, quoniam nihil habent quod scholijs sit explicandum: deinde certum cuius sint, omisimus. Adiecimus his uelut auctarium, annotatiunculas aliquot in reliquas diui Hieronymi præfationes. Id quicquid est, quoniam lucro ac cedit, boni consules lector.

In præfatione secundi libri in Osee.

B Amasinios ac Rabirios.] Legendũ arbitror, Asinios ac Rabirios: nam Asinius Pollio fuit infen sus ingenio Ciceronis. Subest aũt tacita allusio, ad asinũ & rabiẽ maledicentiæ: sentit enim de Ruffi no & eius fautoribus. Hydramq; & scorpiũ.] Alluslt ad fabulam Herculis, qui eodem tempore de pugnauit aduersus hydram Lernæam, & cancrũ qui hydræ uenerat auxilio. Alterũ refert ad Ruffi num, alterũ ad Palladiũ eius adiutorem. Aduras cauterio.] Alluslt ad illud, quod Hercules igni Græco exusserit hydram, & scorpij soleis obterunt, nam cancer ille pedem Herculis momorderat, quem obtriuit excitus dolore. Virens sylua.] Respexit ad Homericã collationem, qua genus ho minum foliis arborum comparat, quod alijs defluentibus alia succedunt.

In præfatione Iohel.

Spiritalẽ nobis ψαρίσμῳ.] Id est suffragatorẽ. Cæterũ quid hoc ad uenena scorpij? Nos in uetusto quodã exẽplari, q̃d præbuerat bibliotheca monasterij sancti Blasij, scriptũ reperimus Græcis ac La tinis literis Psyllea. cõstat aũt Psyllos fuisse Libyæ populos: quib. hoc natura datũ est, ut non solũ ipsi non lædant à serpentibus, uerũ etiam ab alijs qui morsi fuerint, uenenũ exugãt. Vnde ψυλλίκα uocat Pammachiũ, q̃ ψυλλεύει, id est, Psyllum quendã agat, succurrens aduersus obtrectatorũ uenena.

In præfatione tertij libri Commentariorum in Amos.

φιλοπονωτάτους.] Id est maxime industrijs & laborioſis, q̃ miro studio feruerent cognitionis diui næ. πθσφώνησε.] Id est, promisi siue dedicaui. Vtit hoc uerbo M. Tullius aliquoties in Epist.

In præfatione in Micheam.

ῥόπαλῳ contundere.] ῥόπαλος Græce claua: atq; id fuit Herculis gestamen, qui uicit hydram mul torum capitum.

Ex præfatione decimi libri in Esaiam.

In suo pure moriturum.] Pleriq; codices habebant, in suo puluere. At ex fide uetustissimorum co dicum restituimus pure, hoc est ueneno. Sic Horatius: Rupuli pus atq; uenenum.

Ex præfatione duodecimi.

Milesias fabel.] Milesias uocat molles ac lasciuas, id quod explicauit copiosissime politissimus il le Politianus in suis Miscell. & nos nõnihil attigimus in prouerbio: Domi nõ hic Milesia. Grũnij Corocottæ.] Ridiculũ fuit argumentũ de testamẽto porci, q̃d hodieq; extat. Quale est & Plutarchi de Gryllo. Lucius Lauinius.] Hic fuit obtrectator Terentij, sub cuius nomine notat Ruffinum.

Ex præfatione libri tertij in Hieremiam.

Per Alpinũ canẽ.] Alluslt ad Cerberũ, quẽ Hercules extraxit ab inferis: ex cuius spuma cautibus

excepta natũ eſt aconitũ. Vnde & Alpinũ uocat, q illic ſint maximi ac ferociſſimi. Scoticæ gẽtis] c
Quæ humanis ueſcebaſ carnibus. Sentit aũt de Palladio, quẽ Ruffinus ſubornarat in Hieronymũ.
Percutiendus eſt clauo.] Lege claua, ut accipias de claua Herculis, qui ſolus domuit Cerberũ.

Ex præfatione primi commentarij in Ezechielem.

Scorpiusq; inter Enceladum & Porphyriũ.] Velut ænigmate notauit Ruffinum, & huius adiuto
res. Enceladus & Porphyrius gigantes erant, aggreſſi louem deturbare cœlo: hi fulmine deiecti ſub
Ætna monte Siciliæ, quæ à figura triũ promontoriorũ Trinacria dicta eſt, premunt. Porrò ſcorpius
clàm molitur perniciem. Et haud ſcio an recte alluſerit ad Porphyrium philoſophum, quem in Sici-
lia uixiſſe, & aduerſus Chriſtianos ſcripſiſſe legimus.

Ex præfatione Danielis.

Quoſdam μεμψιμοίρους.] Id eſt, querulos, & quibus nunquam ſit ſatis: uerbum eſt frequens apud
Lucianum.

HIERONYMO DAMASVS ROMANVS EPISCOPVS.

DOrmientẽ te longo iam tempore, legentẽ potius q̃ ſcribentẽ, quæſtiunculis ad te miſsis excitare diſpoſui: non quo & legere nõ debeas, hoc enim ueluti quotidiano cibo alitur & pingueſcit oratio: ſed quo lectionis ſit fructus iſte ſi ſcribas. Itaq; quoniam & heri tabellario ad me remiſſo, nullas iam te epiſtolas habere dixiſti: exceptis his, quas aliquando in eremo dictaueras, quasq; tota auiditate legi atq; deſcripſi: & ultro pollicitus es te furtiuis noctiũ operis aliqua ſi uellẽ poſſe dictare, libenter accipio ab offerẽte quod rogare uoluerã, etiam ſi negaſſes. Neq; uero ullam puto digniorẽ diſputationis noſtræ confabulationẽ fore, q̃ ſi de ſcripturis ſermocinemur inter nos: id eſt, ut ego interrogẽ, tu reſpondeas. Qua uita nihil puto in hac luce iucundius, quo animæ pabulo omnia mella ſuperant. Quàm dulcia (inquit propheta) gutturi meo eloquia tua ſuper mel ori meo. Nam cum idcirco (ut ait præcipuus orator) homines à beſtijs differamus, quod loqui poſſumus: qua laude dignus eſt, qui in ea re cæteros ſuperat, in qua homines beſtias antecellunt? Accingere igitur & mihi quæ ſubiecta ſunt ediſſere, ſeruans utrobiq; moderamen, ut nec propoſita ſolutionẽ deſiderẽt, nec epiſtola breuitatem. Fateor quippe tibi, eos quos mihi iam pridem Lactantij dederas libros, ideo non libenter lego: quia & plurimæ epiſtolæ in eis uſq; ad mille ſpacia uerſuum tenduntur, & raro de noſtro dogmate diſputant: quo fit, ut & legenti faſtidium generet longitudo: & ſi qua breuia ſunt, ſcholaſticis magis ſint apta quàm nobis, de metris & regionum ſitu & philoſophis diſputantibus. Quid ſibi uult, quod in Geneſi ſcriptum eſt: Omnis qui occiderit Cain, ſeptẽ uindictas exoluet. Si omnia deus fecit bona ualde, quare Noe de mundis & immundis animalibus præcepit, cum immundum nihil bonũ eſſe poſsit? Et in Nouo teſtamento poſt uiſionem quæ Petro fuerat oſtenſa dicenti: Abſit domine à me, quoniam commune & immundum nunquam introiuit in os meum: uox de cœlo reſpondit: Quod deus mundauit, tu ne commune dixeris. Quur deus loquitur ad Abraham, quod quarta progenie filij Iſrael eſſent de Aegypto reuerſuri, & poſtea Moyſes ſcribit: Quinta autem progenie filij Iſrael exierunt de terra Aegypti: quod utiq; niſi exponatur, uidetur eſſe contrarium. Cur Abraham fidei ſuæ ſignum in circunciſione ſuſcepit? Cur Iſaac uir iuſtus, & deo charus, non illi cui uoluit, ſed cui noluit, deceptus errore benedixit?

SEQVENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

αὐτοχεδιάσει ibi confeſtim.] αὐτοχεδιάζω, id eſt, ruditer, ex tempore, & impræmeditate rem tracto. Vnde & αὐτοχεδιάσει aduerbium, tumultuanter & ruditer. Propter hoc uerbũ nõ intellectũ, in pleriſq; codicibus aliquot uerba fuerant omiſſa, quæ ex peruetuſtis exemplaribus reſtituimus. 1

In quarto Pauli ad Romanos homo.] Sic habent exemplaria pleraq;: uerũ pro homo reponẽda ſunt duo uerba: ad Romanos ἐξηγήσεως τόμῳ, id eſt, enarrationũ tomo, ſiue ſectione. Nam quædam opuſcula ſua uocauit τόμους, quædam ὁμιλίας. Antelatis itaq; problematibus.] Id eſt, propoſitis in fronte quæſtionibus. Id enim ſignificat problema. πρόβλημα à προβάλλω, propono. 2 3

Ex prima quæſtione.

Cataclyſmum.] Id eſt, inundationem ſiue diluuium, κατακλυσμόν.

Ex ſecunda quæſtione.

Ita tranſtulit.] καὶ ἐνοπλισάμενοι ἀνέβησαν οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ ἐκ τῆς γῆς αἰγύπτου.

Hieronymus

POſtquam epiſtolam tuæ ſanctitatis accepi, confeſtim accito notario, ut exciperet imperaui, quo ad officium præparato, quod eram uoce prompturus, antè mihi cogitatione pingebam. Interim tamen & ego linguam, & ille articulum mouebamus, cum ſubito Hebræus interuenit, deferens nõ pauca uolumina, quæ de ſynagoga quaſi lecturus acceperat. Et ilico: Habes, inquit, quod poſtulaueras: meq; dubium & quid facerem neſcientem, ita feſtinus exterruit, ut omnibus prætermiſsis ad ſcribẽdum tranſuolarem: quod quidem uſq; ad præſens facio. Verum quia heri diacono ad me miſſo, ut tu putas epiſtolam, ut ego ſentio commentarium te expectare dixiſti, breuem reſponſionem ad ea deſiderans, quæ ſingula magnorum uoluminum prolixitate indigent, αὐτοχεδιάσει & ibi confeſtim diſcuſsi, duabus tantum quæſtiunculis prætermiſsis: nõ quo nõ potuerim & ad illas aliquid reſpõdere, ſed quod ab eloquentiſsimis uiris, Tertulliano noſtro ſcilicet & Nouatiano, Latino ſermone ſint editę: & ſi noua uoluerimus afferre, ſit latius diſputandum. Certè expecto quid placeat: utrum ne epiſtolari breuitate ſententias tibi uelis digeri, an ſingulorũ libros confici. Nam Origenes in quarto Pauli ad Romanos ἐξηγήσεως τόμῳ de circuncisione magnificè diſputauit: & de mundis atq; immundis animalibus in Leuitico plura diſſeruit: ut ſi ipſe inueni re nihil poſſem, de eius tamen fontibus mutuarer: & ut uerius loquar, Didymi de ſpiritu ſancto librum in manibus habeo, quem translatum tibi cupio dedicare: ne me exiſtimes tantummodo dormitare, qui lectionem ſine ſtilo ſomnum putas. Antelatis itaq; problematibus, quæ epiſtolæ tuæ ſubiecteras, quid mihi uideretur annexui, ueniam poſtulans, & feſtinationis pariter & morarum. Feſtinationis, quia ad unam lucubratiunculam dictare uoluerim multorum opus dierum. Tarditatis, quia alio opere detentus, non ſtatim ad interrogata reſcripſi. 1 2

Prima quæſtio.

QVid ſibi uult quod in Geneſi ſcriptũ eſt, Omnis qui occiderit Cain, ſeptẽ uindictas exoluet. Antequã de quæſtione aliquid dicamus, rectũ uidetur, ut editiones interpretũ ſingulorũ cum ipſo Hebraico conferẽtes ſermone, digeramus, quo facilius ſcripturæ ſenſus poſsit intelligi: וַיֹּאמֶר לוֹ יְהוָה לָכֵן כָּל הֹרֵג קַיִן שִׁבְעָתַיִם יֻקָּם Vaiomer lo adonai lachen col horeg Cain ſibathaim iucam. Aquila. Et dixit ei dominus: Propterea omnis qui occiderit Cain, ſeptempliciter ulciſcetur. Symmachus: Et dixit ei dñs: Non ſic, ſed omnis q occiderit Cain, hebdomada ſiue ſeptimus uindicabit. Septuaginta & Theodotion: Et dixit ei dñs: Non ſic, ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptẽ uindictas exoluet. Poſtquã Cain occiderat fratrẽ, interrogatus à dño: Vbi eſt Abel frater tuus? contumelioſe reſpõdit, neſcio: nunquid cuſtos fratris mei ſum? Quãobrem maledictione damnatus, ut gemẽs & tremẽs uiueret ſuper terrã: noluit ueniã deprecari, ſed peccatis peccata congeminãs, tantũ putauit nefas, cui à domino nõ poſſet ignoſci. Deniq; reſpondit dño: Maior eſt cauſa mea, q̃ ut dimittar: id eſt, plus peccaui, quàm ut merear abſolui. Ecce reijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero gemens & tremẽs ſuper terrã: & erit omnis qui inuenerit me, occidet me. Eijcior, inquit, à conſpectu tuo, & conſciẽtia ſceleris tremebundus, lucẽ ipſam ferre nõ ſuſtinens, abſcondar ut latitẽ: eritq; omnis qui inuenerit me, occidet me, dũ ex tremore corporis & furiatæ mẽtis agitatu, eum eſſe intelligit, qui mereaẽ interfici. Verum deus nolens eum compendio mortis finire cruciatus, nec tradens pœnæ, qua ſe ipſe dãnarat, ait: Non ſic, id eſt non ut exiſtimas morieris, & mortẽ pro remedio accipies: uerum uiues uſq; ad ſeptimã generationẽ, & conſciẽtiæ tuæ igne torqueberis: ita ut quicunq; te occiderit, ſecundum duplicẽ intelligentiam, aut in ſeptima generatione, aut ſeptimo te liberet cruciatu. Non quod ipſe qui occiderit Cain, ſeptem ultionibus ſubijciendus ſit: ſed quod ſeptẽ uindictas, quæ in Cain tanto tempore cucurrerunt, ſoluat interfector, occidens eum qui uitæ fuerat derelictus ad pœnã. Vt autem quod dicimus manifeſtius fiat, quotidianę conſuetudinis ponamus exemplum. Loquitur inter uerbera ſeruus ad dominum: quia incendi

domum

domum tuam,& uniuerſam ſubſtantiam tuã diſsipaui,interfice me.Dominusq; reſpõ- C
det,Nõ ut uis,morieris,& finies morte ſupplicia:uerum lõgo tempore cuſtodieris ad
uitam:& tam infeliciter in hac luce uerſaberis,ut quicunq; te occiderit, beneficiũ præ-
ſtet occiſo:dum te de tam multis liberet cruciatibus: & ſecundum Septuaginta quidem
editionem hic ſenſus nobis uidetur. De eo autẽ quod Aquila poſuit, ſeptempliciter : &
Symmachus,hebdomade ſiue ſeptimus ulciſcetur:maiorũ noſtrorum iſta ſentẽtia eſt,
quod putent in ſeptima generatione à Lamech interfectum Cain.Adam quippe genuit
Cain.Cain genuit Enoch. Enoch genuit Irad. Irad genuit Mahiuael. Mahiuael genuit
Mathuſalem.Mathuſalẽ genuit Lamech,qui ſeptimus ab Adam, non ſponte (ut in quo
dam Hebræo uolumine ſcribitur) interfecit Cain: ut ipſe poſtea cõfitetur,quia uirũ oc-
cidi in uulnere meo,& iuuenem in liuore meo:quoniam ſepties uindicabitur de Cain:
de Lamech autẽ ſeptuagies ſepties.Hoc quidẽ de Cain, quod in ſeptima generatione à
Lamech interfectus ſit, & iuxta aliam editionẽ pœnam ſui ſceleris dederit: quod tot ge-
nerationibus gemens & tremens uiueret ſuper terram. Nihil obſcuri arbitror remãſiſ-
ſe.Nuncillud quod nõ interrogaueras,dum aliud agimus,irrepit,quæ ſint ſeptuaginta
ſeptem uindictæ,quæ in Lamech exoluendæ ſunt.Aiunt ab Adam uſq; ad Chriſtũ gene
rationes ſeptuagintaſeptẽ.Lege Lucã Euangeliſtã,& inuenies ita eſſe, ut dicimus.Sicut
ergo ſeptima generatione Cain peccatũ eſt diſſolutũ,nõ emẽ uindicabit deus bis in idip-
ſum:& qui ſemel recepit mala in uita ſua,nõ eoſdẽ cruciatus patietur in morte, quos eſt
paſſus in uita:ita & Lamech peccatũ,id eſt,totius mundi atq; ſanguinis qui effuſus eſt,
Chriſti ſoluetur aduentu:qui tulit mundi peccata,qui lauit amictũ ſuũ in ſanguine uuæ,
& torcular calcauit ſolus:qui de Edom ad cœlum rubicundus aſcẽdens, clamãtibus an
gelis miraculũ præbuit:Eleuate portas principes ueſtras,& introibit rex gloriæ.&c. Re
ferebat mihi quidã Hebræus in apocryphorũ libris ſeptuagintaſeptẽ animas ex Lamech
progenie reperiri,quæ diluuio deletæ ſint:& in hoc numero de Lamech factam eſſe uin- D
dictam,quod genus ipſius uſq; ad cataclyſmũ perſeuerauit. Alij de ſeptẽ uindictis Cain
uaria ſuſpicant.Primũ eius aſſerũt fuiſſe peccatũ,quod nõ recte diuiſerit. Secundũ, qd
inuiderit fratri ſuo. Tertiũ,quod doloſe egerit,dicẽs: Tranſeamus in campũ. Quartum,
quod interfecerit. Quintũ,quod procaciter negauerit,dicẽs:Neſcio,nũquid cuſtos fra-
tris mei ſum? Sextũ,quod ſeipſum damnauerit,dicẽs:Maior culpa mea eſt,q̃ ut dimittar.
Septimũ,quia nec damnatus egerit pœnitentiã ſecundũ Niniuitas,& Ezechiam regẽ Iu
da:qui imminentẽ mortẽ lachrymis diſtulerũt,ut qui damnati fuerãt,nõ perirẽt, ſed a-
gentes pœnitẽtiam,impetrarẽt miſericordiã dei. Nam tradunt illũ à clemẽtiſsimo deo,
ideo uſq; ad ſeptẽ generationes fuiſſe dilatũ,ut ſaltẽ malis ipſis & longæuitate mœroris
cõpulſus,pœnitẽtiam ageret,ut mererẽt abſolui. Nõnulli ſeptenariũ numerũ plenũ &
perfectum interpretantur,de multis ſcripturarũ locis teſtimonia cõtrahentes : & hunc
eſſe ſenſum,quẽ ſupra perſtrinximus:quod qui interfecerit Cain,ab ingẽti eum affligtio
ne,& omnia ſupplicia tranſeunte liberarit pœna.Sunt autẽ qui & de Euangelio interro
gationẽ Petri replicent: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?
uſq; ſepties? Dicit ei Ieſus:Nõ dico tibi ſepties,ſed uſq; ſeptuagies ſepties.Et putãt mor-
tem atq; peccatũ in ſeptima progenie ſabbatizaſſe,quando Enoch raptus eſt, & nõ in-
ueniebatur,quia tranſtulit illum deus. De ſeptuaginta aũt & ſeptẽ,illam expoſitionẽ ſe-
quuntur:in aduentu Chriſti,mortis atq; peccati aculeum eſſe cõfractum.Ponam & aliã
opinionẽ,ne quid uidear prætergreſſus.Quidam ſeptimum annum remiſsionis & quin
quageſimũ iubilæi,& quadringenteſimũ nonageſimũ,quod uolũt intelligi ſeptuagies,
ſepties,multis modis interpretantur:aſſerẽtes ob hanc cauſam quinquageſimi & quin-
gẽteſimi numeri ſacrati,in Euãgelio poſitum debitorẽ, & quinquageſimũ pſalmũ pœ-
nitẽtiæ,qui ſeptẽ cõficitur ſeptimanis, & in principio ogdoadis erumpit. Verum ne
longius ſermo procedat, hucuſq; ſuper hoc loquutum eſſe ſufficiat: quia & ex his
quæ reſperſimus,ingentem tibi diſputationis ſyluam poteris ipſe cõficere: ſciens Ori-
genem

A genem,duodecimũ & tertiũdecimũ in Geneſim librũ de hac tantũ quæſtione dictaſſe.

Secunda quæſtio.

QVr deus loquitur ad Abraham,quod quarta progenie,filij Iſrael eſſent de Ae-
gypto reuerſuri,& poſtea Moyſes ſcribit: Quinta aũt progenie aſcenderunt fi
lij Iſrael de terra Aegypti.Quod utiq; niſi exponatur,uidet eſſe contrariũ.Hoc
uero problema cum legiſſem,cœpi mecum tacitus æſtuare,& eueſtigio Geneſim Exo-
dumq; percurrens,reperi loca,in quibus ſcripta ſunt quæ uidentur facere quæſtionẽ.
Ac primum exiſtimabam ſpiritalibus ſpiritalia cõparans,indiſſolubilia eſſe,ſicut & mul
ta ſunt alia.Nam & Mathuſalẽ quatuordecim annos poſt diluuiũ uixiſſe ſcribitur,nec ta
men ingreſſus eſt arcam cũ Noe.Et cum ipſe deus loquutus ſit Abraham : Sciẽdo ſcies,
quia peregrinum erit ſemẽ tuũ in terra nõ ſua,& in ſeruitutem redigent eos & affligẽt,
& humiliabunt eos annis quadringentis:poſtea Moyſes ſcribit in Exodo: Et factum eſt
poſt quadringentos & triginta annos,exiuit omnis populus domini de terra Aegypti.
Agar quoq; Iſmaelem,quaſi lactantem & tenerum portat in humeris,cum decem & o-
cto fermè & amplius reperiatur annorũ:& ridiculum ſit tam grandem iuuenẽ matris ſe
diſſe ceruicibus.Roboam uero filius Salomonis quadrageſimoprimo ætatis ſuæ anno
regni ſumpſit exordiũ,& regnauit in Hieruſalẽ annis ſedecim: cũ utiq; pater eius duo-
decimo anno regnare incipiens,annis quadraginta regnauerit,& undecimo anno filiũ
generare nõ quiuerit.Dum hæc & multa iſtiuſmodi mecũ ſollicitus uoluerem, aperuit
mihi oſtium,qui habet clauem Dauid,& introduxit me in cubiculũ ſuum, poſuitq; me
in foramine petræ:ut poſt ſpiritum ſæuientem,poſt terræmotum, poſt incendium ig-
norantiæ quo urebar,uox ad me auræ lenioris accederet,diceremq;:Inueni quem quæ
ſiuit anima mea:tenebo eum,& nõ dimittam.Etenim cũ uideatur ſcriptura inter ſe eſſe
cõtraria,utrunq; uerũ eſt,cũ diuerſum ſit. Egreſſi ſunt quarta generatiõe filij Iſrael de
terra Aegypti.Replica genealogiã Leui.Leui genuit Caath.Caath genuit Amram. Am-
B ram genuit Aaron.Aaron genuit Eleazar. Eleazar genuit Finees. Caath cum patre ſuo
Leui ingreſſus eſt Aegyptũ.Rurſum Eleazar cũ patre Aaron egreſſus eſt de Aegypto.
A Caath uſq; ad Eleazar cõputantur generatiões quatuor : licet quidam uelint ab Am-
ram uſq; ad Finees,ut nos in Eleazar fecimus,peruenire.Si uero uolueris diſparẽ nume
rum oſtẽdere,quõ ſecundum Exodum quinta generatione egreſſi ſunt filij Iſrael de ter
ra Aegypti,tribus tibi Iudæ ordo numerẽt.Iudas genuit Phares. Phares Eſrom. Eſrom
genuit Aram.Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naaſon. Naaſon genuit Sal-
mon.Phares cũ patre ſuo Iuda ingreſſus eſt Aegyptum.Naaſon princeps tribus Iuda in
deſerto deſcribit:cuius filius Salmon terrã repromiſsiõis intrauit,Cõputa à Phares uſ-
que ad Naaſon,& inuenies generationes quinq;:tametſi nõnulli (ut in in tribu Leui o-
ſtendimus)in Eſrom initiũ faciant,& ad Salmon uſq; perueniant. Puto problema diſſo
lutũ:quod ſi diſplicet,ad cõpendium ueniam,& dicam in Hebræo nõ eſſe diuerſum.A-
quila namq; qui nõ cõtentioſius,ut quidã pútant,ſed ſtudioſius uerbũ interpretatur ad
uerbũ,in eo loco ubi Septuaginta poſuerunt: Quinta autẽ generatione aſcẽderunt filij
Iſrael de terra Aegypti,ita tranſtulit: ἐνοπλισάμενοι ἀνέβησαν οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ ἐκ γῆς αἰγύ
πτου.i.& armati aſcẽderunt filij Iſrael de terra Aegypti.Licet pro eo quod nos armati di-
ximus,ſecundũ Græci ſermonis ambiguitatẽ inſtructi,ſiue muniti ppter ſupellectilem
qua Aegyptios ſpoliauerãt,poſsit intelligi.Exiſtimãti curioſitatẽ eſſe finitã,maior quæ-
rendi ardor exoritur:& ad ſimilitudinẽ Hieremię diſſoluor undiq; & ferre nõ poſſum:
quare Septuaginta,quinta generatione,& Aquila tranſtulerit armatos.Volumẽ Hebræ
um replico,quod Paulus φαλόνλω iuxta quoſdam uocat,& ipſos characteres ſollicitius
attendẽs,ſcriptum reperio, וַחֲמֻשִׁים עָלוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם Vahamuſim Alu be-
ne Iſrael Meerez Mizraim. In reliqua parte interpretationes non diſcordant: omnis
pugna de uerbo eſt חֲמֻשִׁים hamuſim, quod his literis ſcribitur ח heth, מ mem, ש
ſin, י Iod, ם mem: utrum nam quinque, an munitos ſonet. Et quidem quinq; hoc

ſermone

ſermone dici, negare non poſſumus: uerũ quinq; plurali numero, nõ quinta, ut illi in- C
terpretati ſunt, ſingulari: ſed nec generatio inuenitur adiuncta, quæ lingua Hebræa דור
dor dicitur: ut ſi eſſet quinta generatione, ſermone legeret illorum דור חֲמִישִׁי dor ha-
miſi. Nunc autem hamuſim, id eſt, quinq;, imò quinta, tantum ſcriptum eſt, ut ſit quaſi
ſenſus: Quinta autem aſcenderunt filij Iſrael de terra Aegypti: quod quia minus uideba
tur intelligi, adiuncta generatio eſt. Aquilam uero ut in cæteris, & in hoc maxime loco
proprie tranſtuliſſe, omnis Iudæa cõclamat: & ſynagogarum cõſonant uniuerſa ſubſel-
lia, quod uidelicet idem ſermo, & eiſdẽ literis ſcriptus, diuerſas apud eos & uoces & in-
telligentias habeat. Ex quibus exempli cauſa unũ ponimus, ut quod dicimus perſpicuũ
fiat: paſtores & amatores eiſdẽ literis ſcribuntur ר res, ע ain, י iod, ם mem: ſed paſtores
roim רֹעִים: amatores leguntur רְעִים reim. Vnde euenit, ut ubi Hieruſalẽ in prophetis, cũ
amatoribus ſuis fornicationis ſcelere arguit, ibi in noſtris codicibus, pro amatoribus,
paſtorũ nomẽ ſit immutatũ. Scio hæc moleſta eſſe lectori, ſed de Hebraicis libris diſpu-
tantem, nõ decet Ariſtotelis argumẽta cõquirere, nec ex flumine Tulliano, eloquentiæ
ducẽdus eſt riuulus: nec aures Quintiliani floſculis & ſcholari declamatione mulcẽdę.
Pedeſtris, & quotidianę ſimilis, & nullã lucubrationẽ redolẽs oratio, neceſſaria eſt: quę
rẽ explicet, ſenſum ediſſerat, obſcura manifeſtet, nõ quæ uerborũ cõpoſitiõe frõdeſcat.
Sint alij diſerti, laudent, ut uolũt: & inflatis buccis, ſpumãtia uerba trutinẽt: mihi ſufficit
ſic loq, ut intelligar, ut de ſcripturis loquẽs & diſputãs, ſcripturarũ imiter ſimplicitatẽ.

Tertia quæſtio.

QVr Iſaac uir iuſtus & deo charus, nõ illi cui uoluit, ſed cui noluit, deceptus er-
rore benedixit? Differo pauliſper typum, & ea quæ à maioribus noſtris ſuper
hoc loco ſunt interpretata prætereo: non quod opinioni eorum non acquie-
ſcam, ſed quod tu hoc tantum quæras, quare uir iuſtus aliquid ignorauerit, & contra
ſuam fecerit uoluntatem. Ad quod diſtricta reſpõſio eſt: nullum hominem, excepto eo
qui ob noſtram ſalutem carnẽ eſt dignatus induere, plenam habuiſſe ſciẽtiam & certiſ-
ſimam ueritatem. Deniq; Paulus ex parte cognoſcit, & ex parte prophetat: & nunc per D
ſpeculum uidet in ænigmate, & ſecundum quod oportet orare, neſcire nos dicit: Quia
cum uenerit quod perfectũ eſt: tunc quod ex parte eſt deſtruet. Samuel ꝓpheta cõnu-
meratus Moyſi in ſacerdotio dei: ad unguendum regem miſſus, cum maximũ filiorum
Ieſſe uidiſſet Heliab, ait: Ecce corã domino Chriſtus eius. Et dixit dominus ad Samuel:
noli reſpicere faciem eius neq; ſtaturam illius, quoniam reprobaui eum, quia nõ quo-
modo uidet deus, uidet homo. Homo enim uidet in facie, deus autẽ inſpicit cor: & per ſin
gulos filios ſeptem ignorãs, uſq; ad Dauid neſciſſe deſcribit. Heliſæus quoq; qui dupli-
ci gloriatus eſt ſpiritu, cuius oſſa uitam exanimato cadaueri reddiderũt: cum Sunamitis
ad eum ueniſſet in mõtem, & ad pedes eius flebiliter corruiſſet, Giezi ꝓhibente ne face-
ret, ait: Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine eſt, & dns abſcõdit à me, & nõ nun
ciauit mihi. Plura ſunt q̃ ut exemplis debeamus docere, ſanctos uiros & deo charos, ea
tantummodo ſciſſe quæ eis à domino reuelata ſunt: ignoraſſe uero, quæ eis reuelata nõ
fuerint: & ad ſingulas uiſiones Zachariam, atq; Danielem interrogare angelũ, & ſuppli
citer deprecari, ut exponat ſibi quæ ſint illa quæ uiderant. Vnde nõ mirum eſt, & Iſaac
in ſuam maxime utilitatẽ neſciſſe quid faceret: cum magis eo tempore erraret quo filiũ
ſanguinariæ deditum uoluptati, & eum qui poſtea fratrem ſi poſſet occideret, præter-
miſſo illo qui innocẽter habitaret domi, uellet efferre, & ſuam magis uoluntatem face-
re quàm dei. Ego puto diuinæ diſpenſationis fuiſſe, ut oculis cæcaretur: & cum ipſe di-
ceret: Vox quidẽ, uox Iacob eſt, manus autẽ manus Eſau: tamẽ nõ intelligeret minorem
eſſe filium, qui ad benedictionẽ fratris, præreptor aſtiterat. Quoniam autẽ polliciti ſu-
mus, & de eo in figura quid ſignificaret adiungere, Hippolyti martyris uerba pona-
mus, à quo & Victorinus noſter non plurimum diſcrepat: non quod omnia plenius e-
xecutus ſit, ſed quod poſsit occaſionem præbere lectori ad intelligentiam latiorẽ. Iſaac
portat

A portat imaginẽ dei patris. Rebecca ſpiritus ſancti. Eſau populi prioris & diaboli. Iacob
2 eccleſiæ ſiue Chriſti. Senuiſſe Iſaac, cõſummationem orbis oſtendit: oculis caligaſſe, fi-
dem periſſe de mũdo, & religionis lumẽ ante eum neglectum eſſe ſignificat. Quod fili-
us maior uocatur, acceptio eſt legis Iudæorum. Quod eſcas eius atq; capturam diligit pa
ter: homines ſunt ab errore ſaluati, quos per doctrinã iuſtus quiſq; uenatur. Sermo dei,
benedictionis eſt repromiſsio, & ſpes regni futuri, in quo cum Chriſto ſancti ſunt reg-
naturi, & uerum ſabbatũ celebraturi. Rebecca plena ſpiritu ſancto, ſciens quod audiſ-
ſet antequam pareret, quia maior ſeruiet minori, magis autẽ forma ſpiritus ſancti, quæ
futura nouerat in Chriſto, in Iacob ante meditatur: loquitur ad filium minorem: Vade
ad gregem, & accipe mihi inde duos hædos: præfigurans carneum ſaluatoris aduẽtum,
in quo eos uel maxime liberaret, qui peccatis tenebant obnoxij: ſiquidẽ in omnib. ſcri-
pturis, hædi pro peccatoribus accipiũtur. Quod autẽ duos iubetur afferre, duorum po-
pulorum ſignificat aſſumptio: quod teneros & bonos, dociles & innocẽtis animæ ſig-
nificat. Stola uel ueſtimẽtum Eſau, fides Hebræorum & ſcripturæ ſunt, quibus gẽtilium
indutus eſt populus. Pelles quæ eius brachijs circundatæ ſunt, peccata utriuſq; ſunt ple
bis, quæ Chriſtus in extenſione manuũ cruci ſecũ pariter affixit. Quod Iſaac quærit ab Ia
cob, cur tam cito uenerit, admirabatur celerẽ credentium fidem. Quod cibi delectabi-
les offeruntur, hoſtia placẽs deo, ſalus eſt peccatorum. Poſt eſum ſequitur benedictio,
& eius odore perfruitur: uirtutẽ reſurrectionis & regni, aperta uoce pronũcians: quod
etiam adorent eum fratres ſui, & ſeruiant ei credentes ex Iſrael. Quia igitur iniquitas eſt
inimica iuſticiæ, Eſau in diſcordiam cõcitatur, & necem fraudulẽter excogitat, dicens
in corde ſuo: Appropinquent dies paſsionis patris mei, ut interficiam Iacob fratrẽ meũ.
Diabolus fratricidas Iudæos in Cain ante præmeditans, in Eſau manifeſtiſsime confite-
tur: tempus quoq; interfectionis oſtendẽs. Appropinquent, inquit, dies paſsionis patris
ut interficiam Iacob fratrẽ meum. Quapropter Rebecca, id eſt, patientia: nunciauit uiro
B fratris inſidias, qui uocato Iacob, præcepit ei, ut in Meſopotamiam pergeret: & inde ac-
ciperet uxorẽ de genere Laban Syri fratris matris ſuæ. Quomodo itaq; fratris dolos fu-
giens, Meſopotamiam tendit Iacob: ita & Chriſtus Iudæorũ incredulitate cõpulſus, pro
ficiſcitur in Galilæam, inde ſibi ex gentibus ſponſam ſumpturus eccleſiam. Hæc ſupradi
ctus uir. Nos autẽ dicimus nõ ueniſſe dominũ, niſi ad oues perditas domus Iſrael, nec
uoluiſſe accipere panem filiorum & dare canibus, & benedictionẽ primam Iudæorum
populo detuliſſe: quibus ſunt credita eloquia dei & repromiſsio & legislatio & confe-
ctio teſtamẽti. Verum quia illi credere noluerunt, ad Iacob minorem populum benedi
ctionem eſſe translatam. Neq; tamẽ maiorem filium penitus fuiſſe deſpectum: quia cum
ſubintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Hiſtoriam quæ eſt Geneſis cap. xvi. de Melchiſedec rege Salem, qui decimas acceperit ab Abra-
ham, exponit iuxta ſenſum Pauli, reiecta interpretatione cuiuſdam & infantis & indocti, qui Mel-
chiſedec nõ hominem, ſed aut angelum, aut ſpiritum ſanctum eſſe uoluerit.

SEQVENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

1 COlumen ἀνώνυμον & ἀδιάτοκον.] Id eſt ſine nomine, & ſine domino. Sic enim uocãt Græci
librum, qui nullius autoris titulũ præferat. Et philencemoni.] Ex notulis ac ueſtigijs
quorundam exemplariorum ſuſpicor legendum eſſe, φιλεγκαίμονι, à ἐγκαίομαι incendo ut
2 accipiamus eum librum hoc agere, ut incendium conciaret. Ad Hebræos.] Alibi di-
cit epiſtolam ad Hebræos, ſimpliciter à Latinis non fuiſſe receptam: hic quoniã utitur illius teſtimo
nio, addit à nõnullis. Melchiſedec.] Ideſt, rex iuſtus. Siquidem Hebræis מֶלֶךְ regẽ ſonat. צֶדֶק
iuſtum, & שָׁלֵם pacem ſonat. Quanquam hic Hieronymus magis aliorum recenſet opinionẽ, cum
mox doceat, Salem nõ eſſe eandem cum Hieroſolymis. Sine patre, ſine matre.] Sic eſt in epiſtola
ad Hebræos capite quinto ἀπάτωρ & ἀμήτωρ. Ἀγχιπελόγητος.] Id eſt, cuius genealogia referri nõ
poſſit, aut certe non ſit reddita. Multus ſermo eſt & interpretabilis.] δυσερμήνευτος, id eſt diffici
3 lis ad interpretãdũ. fortaſſis interpres uerterat ininterpretabilis, ut clarius explicuim⁹ in Annotatio

nibus Nouo teſtamẽto additis. Certe D. Hieronymus palam teſtatur perperã à nobis legi interpre- C
tabilis: cum paulopoſt ſubijcit, ſi uas electionis ſtupet ad myſterium, & de quo diſputat, ineffabile
cõfitetur: quod ille uertit ininterpretabilis, hic exponit ineffabilis. In breui tabella.] Alluſit ad 4
Geographos, qui ſpatioſiſſimas mũdi regiones in anguſto depingũt. Ita Propertius: Cogor & in
tabula pictos ediſcere mundos. Quod interpretatur in Latinũ hoc modo.] Hæc neſcio quis alius
addidit. Siue quod habeatur ambiguum.] Id accidit hinc, quod Hebræa uox ſit indeclinabilis: 5
nec addiderunt articulum Septuaginta. Qua de re nõnihil attigimus & in Annotationibus noſtris
in Nouum teſtamẽtum. Siue ut Septuaginta tranſtulerũt campo.] Nam illi uertunt, πεδιάδα, ac
mox πεδίον, primum uallem, deinde campum appellantes. Imperitia conſidentiam.] Sententia
eſt Thucydidis, ἀμαθίᾳ μᾶλλον θράσος, λογισμὸς δὲ ὀκνον φέρει.

HIERONYMVS EVAGRIO.

MIſiſti uolumen ἀνώνυμον καὶ ἀδιήγητον, & neſcio utrũ tu de titulo nomẽ ſub-
traxeris, an ille qui ſcripſit, ut periculum fugeret diſputandi, autorẽ noluerit cõfiteri: quod cũ legiſſem, intellexi famoſiſsimam quæſtionẽ ſuper pon
tifice Melchiſedec illuc plurimis argumẽtis eſſe perductam: ut docere cona
tus ſit, eum qui benedixerit tanto patriarchæ, diuinioris naturæ fuiſſe, nec de hominib.
æſtimandum. Et ad extremũ auſus eſt dicere, ſpiritũ ſanctũ ocurriſſe Abrahæ, & ipſum
eſſe qui ſub hominis figura uiſus ſit. Quõ autẽ ſpiritus ſanctus, panem uinumq; protu-
lerit, & decimas prædæ quas Abrahã uictis quatuor regibus reportaret, acceperit, omnino tangere noluit: petisq; ut quid mihi, uel de ſcriptore, uel de quæſtione uideatur,
reſpõdeam. Fateor uolui diſsimulare ſentẽtiam, nec me periculoſo & φιλοκαιμονι miſce
re tractatui, in quo quodcunq; dixiſſem, reprehenſores habiturus forẽ. Sed rurſum cũ
epiſtolam legerem & inueniſſem in extrema pagella, miris me obteſtationibus adiura-
tum, ne ſpernerẽ precatorẽ, reuolui ueterum libros: ut uiderem quid ſinguli dicerent,
& tibi quaſi de multorũ cõſilio reſponderem: ſtatimq; in fronte Geneſeos in prima Ho
miliarum Origenis reperi ſcriptũ de Melchiſdec: in qua multiplici ſermone diſputans,
illuc deuolutus eſt, ut eum angelum diceret. Iiſdemq; penè argumentis quibus ſcriptor D
tuus de ſpiritu ſancto, ille de ſupernis uirtutibus eſt locutus. Tranſiui ad Didymũ ſecta
torem eius, & uidi hominẽ pedibus in magiſtri iſſe ſententiã. Verti me ad Hippolytum,
Hirenæum, Euſebiũ Cæſariẽſem, & Emiſenũ, Apollinariũ quoq; noſtrũ, & Euſtathiũ,
qui primus Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus, cõtra Arium clariſsima tuba bellicũ cecinit: & deprehẽdi horũ omnium opiniones, diuerſis argumentationib. ac diuerticulis ad
unum cõpitum peruenisſe, ut dicerẽt Melchiſedec hominẽ fuiſſe Chananæum, regẽ urbis Hieroſolymæ, quæ primũ Salẽ, poſtea lebus, ad extremũ Hieruſalẽ appellata ſit: neç
mirum eſſe ſi ſacerdos dei altiſsimi deſcribatur abſq; circũciſione & legalibus cerimonijs & genere Aaron: cum Abel quoq; & Enoch & Noe placuerint deo, & uictimas ob
tulerint: & in Iob uolumine legimus, quod ipſe & oblator munerũ fuerit, & ſacerdos,
& quotidie pro filijs ſuis, hoſtias immolarit: & aiunt ipſum quoq; Iob, non fuiſſe de genere Leui: ſed de ſtirpe Eſau, licet aliud Hebræi autument. Quomodo autẽ Noe inebria
tus in domo ſua, & nudatus atq; deriſus à mediano filio, typum ſaluatoris præbuit, &
Chan populi Iudæorũ: Samſon quoq; amator meretricis & pauperis Dalilæ, multo plu
res hoſtiũ mortuus quàm uiuus occidit: ut Chriſti exprimeret paſsionẽ, omnesq; penè
ſancti & patriarchæ & prophetæ, in aliqua re figurã expreſſerunt ſaluatoris: Sic & Melchiſedec, eo quod Chananæus fuerit, & non de genere Iudæorũ, in typũ præceſsiſſe ſacerdotis filij dei, de quo dicitur in centeſimonono pſalmo: Tu es ſacerdos in æternũ, ſe
cundũ ordinẽ Melchiſedec. Ordinẽ autẽ eius multis modis interpretantur, quod ſolus
& rex fuerit & ſacerdos, & ante circũciſionẽ functus ſacerdotio: ut non gẽtes ex Iudęis,
ſed Iudæi à gentibus, ſacerdotiũ acceperint: neq; unctus oleo ſacerdotali, ut Moyſi prę-
cepta cõſtituũt: ſed oleo exultationis, & fidei puritate: neq; carnis & ſanguinis uictimas
immolauerit, & brutorũq; ſanguinẽ, eorũ animaliũ exta, id eſt, quicqd ſuper eſcã eſt, ſu
ſceperit: ſed pane & uino ſimplici puroq; ſacrificio Chriſti dedicauerit ſacramentũ: &

multa

multa alia quæ epiſtolæ breuitas nõ recipit, Præterea plenius eſſe tractatum in epiſtola
ad Hebræos quam omnes Græci recipiunt, & nõnulli Latinorum, quod iſte Melchiſe-
dec, id eſt, rex iuſtus, rex fuerit Salem, id eſt, rex pacis, ſine patre ſine matre: & quomodo hoc intelligendũ ſit, uno ſtatim uerbo explicarit ἀγενεαλόγητος, nõ quod abſq; patre & matre fuerit, cũ Chriſtus quoq; ſecundum utranq; naturam & patrẽ habuerit & matrẽ, ſed quod ſubito introducat in Geneſi occurriſſe Abraham à cæde hoſtiũ reuertenti: & nec ante, nec poſtea eius nomẽ ferat aſſcriptum. Affirmat autẽ Apoſtolus, quod Aaron ſacerdotium, id eſt, populi Iudæorũ, & principiũ habuerit & finẽ. Melchiſedec autem, id eſt Chriſti & eccleſiæ, & in præteritũ & in futurũ æternũ ſit, nullumq; habuerit authorẽ: & quod translato ſacerdotio, legis quoq; mutatio fiat: ut nequaq̃ de Agar ancilla & monte Sina, ſed de Sara libera, & arce Sion egrediatur uerbum domini, & lex dei de Hieruſalẽ: & difficultatẽ rei proœmio exaggerat, dicens: Super quo multus no-
bis ſermo eſt, & ininterpretabilis: nõ quia Apoſtolus non potuerit id interpretari, ſed 3
quia illius temporis nõ fuerit. Hebræis enim, id eſt Iudæis perſuadebat, nõ iam fidelibus, quibus paſsim proderet ſacramentum. Veruntamẽ ſi uas electionis ſtupet ad myſteriũ, & de quo diſputat ineffabile cõfitetur: quãto magis nos uermiculi & culices, ſolam debemus ſcientiam inſcitiæ cõfiteri, & ampliſsimam domũ, paruo quaſi foramine oſtendere: ut dicamus duo ſacerdotia inter ſe ab Apoſtolo comparata, prioris populi & poſterioris. Et hoc agit tota diſputatione, ut ante Leui & Aaron, ſacerdos fuerit Melchiſedek ex gẽtibus: cuius tantum prædicat meritum, ut futuris ſacerdotibus Iudęorũ, in lumbis benedixerit Abraham: totumq; quod ſequit in laudes Melchiſedek, ad Chriſti typũ referri, cuius ꝓfectus eccleſiæ ſacramẽta ſunt. Hæc legi in Græcorum uoluminibus, & quaſi latiſsimos terrarum ſitus, in breui tabella uolui demonſtrare, nõ extendens ſpatia ſenſuum atq; tractatuũ, ſed quibuſdam punctis atq; cõpendijs infinita ſignificans: ut in parua epiſtola, multorũ ſimul diſceres uoluntates. Verum quia amantẽ interrogas, &
4 uniuerſa quæ didici, fidis auribus inſtillanda ſunt: ponam & Hebræorũ opinionẽ: & ne
8 quid deſit curioſitati, ipſa Hebraica uerba ſubnectã וּמַלְכִּי־צֶדֶק מֶלֶךְ שָׁלֵם הוֹצִיא לֶחֶם וְיַיִן
וְהוּא כֹהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן׃ וַיְבָרְכֵהוּ וַיֹּאמַר בָּרוּךְ אַבְרָם לְאֵל עֶלְיוֹן קוֹנֵה שָׁמַיִם וָאָרֶץ׃ וּבָרוּךְ אֵל
עֶלְיוֹן אֲשֶׁר מִגֵּן צָרֶיךָ בְּיָדֶךָ וַיִּתֶּן לוֹ מַעֲשֵׂר מִכֹּל׃ Vmalchizedec melech Salem hozi le-
hem uaiain uehu chohen leel elion uaiebarchehu uaiomar baruch Abram leel elion ko
neſamaim uaarez: ubaruch el elion eſcher migem zaiecho beiadecho uaijten lo maeſer
michol. Et Melchiſedec rex Salẽ, protulit panẽ & uinum: erat aũt ſacerdos dei excelſi:
benedixitq; illi, & ait: Benedictus Abram deo excelſo, qui creauit cœlũ & terrã: & benedictus deus altiſsimus, qui tradidit inimicos tuos in manu tua, & dedit ei decimas ex
omnibus. Traduntq; hunc eſſe Sem primum filium Noe, & eo tempore quo ortus eſt
Abraham, habuiſſe ætatis annos trecẽtoſnonaginta: qui ita ſupputantur. Sem poſt diluuium anno ſecundo, cum cẽtum eſſet annorum genuit Arphaxad: poſt cuius ortum, uixit annos quingẽtos, hoc eſt ſimul ſexcentos, Arphaxad annos natus triginta & quinq;, genuit Salẽ, qui & ipſe tricenarius procreauit Heber, quẽ triginta quatuor annorũ legimus genuiſſe Phaleg. Rurſum Phaleg expletis annis trigĩta genuit Rehu: qui & ipſe poſt trigeſimũ & ſecũdum natiuitatis ſuæ annũ, edidit Serug: de quo cum ad triginta peruenisſet annos, ortus eſt Nachor: qui uigintinouẽ annorum genuit Thare: quem legimus quod ſeptuagenarius genuerit Abraham & Aram. Supputa per ſingulas ætates annorũ numerum, & inuenies ab ortu Sem uſq; ad generationem Abraham, trecentos nonaginta annos. Mortuus eſt autẽ Abraham cẽteſimo ſeptuageſimo quinto ætatis ſuæ anno. Ratione deducta, inuenitur Sem abnepoti ſuo decimi gradus Abraham ſuperuixiſſe annos quadraginta. Simulq; & hoc tradunt, quod uſq; ad ſacerdotium Aaron, omnes primogeniti ex ſtirpe Noe, cuius ſeries & ordo deſcribit, fuerint ſacerdotes & deo uictimas immolarint: & hæc eſſe primogenita, quę Eſau fratri ſuo uẽdiderit Iacob. Nec eſſe mirũ, ſi Melchiſedec uictori Abraham obuiã proceſſerit, & in refectionẽ tam

ipſius,q̃ pugnatorũ eius panes uinumq; protulerit,& benedixerit ei,cum abnepoti ſuo C
hoc iure debuerit,& decimas prædæ atq; uictoriæ acceperit ab eo: ſiue quod habeatur 5
ambiguum,ipſe dederit ei ſubſtantiæ ſuæ decimas,& auitam largitatẽ oſtẽderit in nepotem. Vtrunq; enim intelligi poteſt,& iuxta Hebraicũ,& iuxta Septuaginta interpretes, quod & ipſe acceperit decimas ſpoliorum,& Abrahæ dedit decimas ſubſtãtiæ ſuæ:quã quam Apoſtolus in epiſtola ſua ad Hebræos apertiſsime definiat,nõ Abraham ſuſcepiſſe à Melchiſedec decimas diuitiarũ eius,ſed de ſpolijs hoſtium,partem accepiſſe pontificum. Salem autẽ non ut Ioſephus & noſtri omnes arbitrantur eſſe Hieruſalem, nomen ex Græco Hebraicoq; cõpoſitum:quod abſurdum eſſe,peregrinæ linguæ mixtura demonſtrat:ſed oppidũ iuxta Scythopolim,quod uſq; hodie appellatur Salem,& oſtenditur ibi palatium Melchiſedec,ex magnitudine ruinarũ,ueteris operis oſtendẽs magnificentiam:de quo in poſteriore quoq; parte Geneſeos ſcriptum eſt. Venit Iacob in Socoth,id eſt in tabernacula,& fecit ſibi ibi domos atq; tentoria,& tranſiuit in Salem ciuitatem regionis Sichem,quæ eſt in terra Chanaan. Cõſiderandum quoq; eſt,quod Abrahæ à cæde hoſtiũ reuertenti,quos perſequutus eſt uſq; Dan,quæ hodie Paneas appellat̃, nõ de uia Hieruſalẽ,ſed de oppido Metropoleos Sichẽ, in itinere fuerit: de quo in euãgelio quoq; legimus. Erat autẽ Ioãnes baptizans in Ennon,iuxta Salim, quia aquę erant multæ ibi. Nec refert,utrũ Salem, an Salim nominet̃, cũ uocalibus in medio literis perraro utantur Hebræi,& pro uoluntate lectorũ,atq; uarietate regionum,eadẽ uerba diuerſis ſonis atq; accentibus proferanẽ. Hæc ab eruditiſsimis gentis illius didicimus: qui intantum nõ recipiunt ſpiritũ ſanctum,uel angelũ fuiſſe Melchiſedec:ut etiam certiſsimum hominis nomẽ aſſeribant. Et reuera ſtultum eſt id quod in typo dicitur: eo quod Chriſti ſacerdotium finẽ non habeat:& ipſe rex & ſacerdos nobis utrunq; donauerit,ut ſimus genus regale & ſacerdotale:& quaſi angularis lapis parietẽ utrunq; cõiunxerit,& D
de duobus gregibus bonus paſtor unum effecerit gregẽ: ſic quoſdam referre ad ἀναγωγὴν ut hiſtoriæ auferant ueritatem,& dicant non fuiſſe regem,ſed in imagine hominis angelũ demonſtratum, cum intantũ nitantur Hebræi Melchiſedec regem Salem filium Noe Sem oſtendere,ut ante hoc ſcriptũ ſic referant. Egreſſus eſt autẽ rex Sodomorum in occurſum ei:haud dubium,quin Abraham poſtquã reuerſus eſt à cæde Chodor Laomor,& regum qui cum eo erant in ualle Saue:hæc eſt uallis regis, de qua ſtatim ſequitur:Et Melchiſedec rex Salem protulit panẽ & uinum,& reliqua. Si ergo hæc ciuitas regis eſt,& uallis regis,ſiue ut Septuaginta tranſtulerunt campus: quem hodie Aulonẽ Palæſtini uocant:manifeſtũ eſt hominem fuiſſe qui in terrena & ualle & urbe regnauerit. Habes quæ audierim,& quæ legerim de Melchiſedec. Meum fuit citare teſtes:tuũ ſit de fide teſtium iudicare. Quod ſi omnes repuleris,tuum certe ſpiritualẽ illum interpretem nõ recipies:qui imperitus ſermone & ſcientia, tanto ſupercilio & autoritate Melchiſedec ſpiritum ſanctũ pronunciauit,ut illud ueriſimũ cõprobarit,quod apud Græcos canitur:imperitia cõfidentiam, eruditio timorem creat. Ego poſt longam ægrotationem, uix in quadrageſimæ diebus hæc fabricare potui: cum alteri me operi præparārem,paucos dies qui ſupererant in Mathæi expoſitione conſumpſi: tantaq; auiditate ſtudia omiſſa repetiui, ut quod exercitationi linguæ profuit, nocuerit corporis ualetudini.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Quod Fabiolæ uiuenti promiſerat Hieronymus,id illius memoriæ reddit, iam enim uita deceſſerat,ut in ſuperioribus ipſe teſtatur. Quæ leguntur in libris Exodi,& Numerorum de egreſſu Hebræorum ex Ægypto,deq; manſionibus diuturni itineris,iuxta tropologiam exponit, quibus gradibus Chriſtianus,relictis uitijs,duce Chriſto,perueniat ad perfectam pietatem.

Hieronymus

c HIERONYMVS FABIOLAE.

IN ſeptuageſimo ſeptimo pſalmo,quem iuxta euãgeliſtam Matthæum exper ſona domini dictũ credimus,decẽ plagarũ in Aegypto,& egreſſionis Iſrael in ſolitudinẽ,narratur hiſtoria. Cumq; nulli dubiũ ſit,facta eſſe quæ ſcripta ſunt,quaſi aliud litera ſonet,aliud clauſum ſpiritus teneat: aperiam inquit,in parabola os meũ,loquar propoſitiones ab initio. Quãta audiuimus & uidimus ea,& patres noſtri narrauerũt nobis. Vnde & Apoſtolus ijſdẽ uerbis, quia & eodẽ ſpiritu:Hæc aũt,ait,omnia in figura cõtingebant illis:ſcripta ſunt aũt ad cõmonitionẽ noſtram,in quos fines ſeculorũ deuenerũt:Et,nolo uos ignorare fratres, quoniam patres noſtri,omnes ſub nube fuerũt,& omnes mare tranſierunt,& omnes in Moyſe baptizati ſunt,in nube & in mari:& omnes eandem eſcam ſpiritualẽ manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritualẽ biberunt:Bibebant autem de ſpirituali cõſequente eos petra:petra aũt erat Chriſtus. Si ergo pars hiſtoriæ itineris ex Aegypto ſpiritualiter accipitur,& cætera quæ ab Apoſtolo pro anguſtia temporis prætermiſſa ſunt, eiuſdẽ eſſe intelligentiæ conuincentur. Nam idem propheta,qui in alio loco dixerat: Habitaui cũ habitantibus cedar,multũ incola fuit anima mea:abſentiam terræ ſanctæ nõ ſuſtinens, lachrymabiliter ingemiſcit,& dicit:Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: donec tranſeam in locũ tabernaculi admirabilis,uſq; ad domũ dei:in uoce exultationis & cõfeſſionis ſonus epulantis. Et in alio pſalmo:Reuela oculos meos,& cõſiderabo mirabilia de lege tua. Paulus quoq;:Lex ſpiritualis eſt. Et ipſe dominus:Si crederetis Moſi, & mihi crederetis,de me em̃ ille ſcripſit. Et euangeliũ ſecũdum Lucam:Tunc incipiens à Moyſe & omnib. prophetis,interpretabat̃ illis in cũctis ſcripturis,quę de ipſo dicta erant. Igitur Iudæi paruuli,& qui ſolidum cibũ glutire nequeunt, ſed adhuc lacte nutriuntur infantię,legant Pharaonẽ carneum,& mare rubrum,per quod ad Indiam nauigatur,& manna coriandro ſimile:& omnia quæ ſcripta ſunt,audiãt corporaliter:lepram domorũ,& leprã pellis,& ſtaminis,taurum homicidam,& iumẽtum adulterij reum,& Hebræi propter uxorẽ ac liberos ſeruire cupientis,aurẽ ſubula perforatam. Nos autẽ de
D relinquẽtes Capharnaum,agrũ quõdam pulcherrimũ,& cum Ieſu egrediẽtes in deſertũ paſcamur panibus eius:ſi inſipientes ſumus & iumẽtorum ſimiles,hordeaceis:ſin rationale animal,triticeis,& ex grano frumẽti cõmolitis:quod in terram cadens multos fructus mortuũ attulit. Nouẽ plagis percuſſa eſt Aegyptus, fract⁹ Pharao,ut dimitteret populum dei. Ad extremũ primogenita perdidit,ut primogenita Iſraelis domino ſacrarentur. Qui prius tenere cupiebant,inſtanter expellunt. Exterminator tranſit, & terrã Geſſen paſtoralem & pluuijs irrigatam nõ audet attingere:erant em̃ poſtes eorum agni cruore ſignati,opere loquebant̃: Signatum eſt ſuper nos lumẽ uultus tui domine. Vnde & appellatur ipſa ſolennitas phaſe,quam nos trãſitum appellare poſſumus,eo quod de peioribus,ad meliora pergẽtes:tenebroſam Aegyptum relinquimus. Sed iam tempus eſt, ut promiſſa complẽtes,manſionum Iſrael ordinem proſequamur. Scriptum eſt in ultima parte uoluminis Numerorum,quod apud Hebræos appellatur uaiedabber וַיְדַבֵּר Hæc ſunt caſtra filiorum Iſrael,qui egreſſi ſunt de terra Aegypti per turmas ſuas in manu Moyſi & Aaron,quas Græci ἀπάρσεις uocant,nos propter linguæ proprietatem ſignificantius manſiones,ſiue quia de exercitu dicitur,caſtra tranſtulimus. Fit autem catalogus manſionum à prima uſq; ad ultimam:& numerantur ſimul quadraginta duæ, de quibus Matthæus loquitur: Ab Abraham uſq; ad Dauid generationes quatuordecim,& à Dauid uſq; ad tranſmigrationem Babylonis quatuordecim generationes:& à tranſmigratione Babylonis uſq; ad Chriſtũ generatiões quatuordecim,id eſt,ſimul generationes quadraginta duæ. Per has currit uerus Hebræus: q̃ de terra tranſire feſtinat ad cœlum:& Aegypto ſeculi derelicta,terram repromiſſionis ingreditur. Nec mirũ,ſi in illo numeri ſacramẽto perueniamus ad regna cœlorum: ſub quo dominus atq; ſaluator à primo patriarcha peruenit ad uirginẽ,quaſi ad Iordanẽ: quæ pleno gurgite fluẽs,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſpiritus ſancti gratijs redũdabat. Quod aũt in manu Moyſi & Aaron egreſſus ſcribit: intellige legẽ & ſacerdotiũ, opera & cultũ dei: quorũ alterum altero indiget. Nihil enim prodeſt exercere uirtutes, niſi noueris creatorẽ: nec dei ueneratio proficit ad ſalutẽ, niſi præcepta cõditoris impleueris. His duabus manibus, quaſi duobus Seraphim in cõfeſſionẽ ſanctæ trinitatis erumpimus, dicẽtes: Sanctus, ſanctus, ſanctus dñs deus ſabaoth. c

Prima manſio.

MOuerunt itaq; caſtra de rameſes רַעַמְסֵס menſe primo, quindecima die mẽſis primi, altera die poſt paſcha egreſſi ſunt filij Iſrael in manu excelſa in cõſpectu omnium Aegyptiorum: & Aegyptij ſepeliebãt quos percuſſerat dominus ex eis, omne primogenitum in terra Aegypti: & in dijs eorũ fecit dominus iudicia. Rameſes à quibuſdã interpretatur cõmotio turbulẽta, aut amaritudo, cõmotio q́; tineæ: nos autẽ uerius exiſtimamus exprimi, tonitruũ gaudij. Ad hanc urbẽ quæ in extremis Aegypti finib. erat, populus cõgregatus eſt, qui in deſertũ exire cupiebat: eo quod tumultũ ſeculi derelinquẽs, mouebatur à uitijs priſtinis, & ab exedẽte ſe prius tinea peccatorum, ut omnẽ amaritudinem uertens in dulcedinẽ, dei uocem in Sina mõte deſuper tonãtis audiret. Quod autem uerba diuina & eloquia ſcripturarum, in iſtius ſeculi & mũdi rota, tonitruus appellentur, pſalmiſta declarat, dicẽs: Vox tonitrui tui in rota. Et dei patris uocẽ in baptiſmo ſaluatoris audiẽtes, tonitruũ putauerũt. Cumq́; cõmoti fuerimus ad euangelicam tubã, & excitati tonitrui gaudio, eximus in mẽſe primo, quando hyems præterit & abit ſibi, quando ueris exordium eſt, quãdo terra parturit, quando cuncta renouantẽ: & eximus quintadecima die mẽſis primi, in craſtinũ paſchæ, pleno mẽſis lumine, poſt eſum agni immaculati: & calciatos pedes habẽtes de apoſtolo: & accinctos pudicitia lumbos, & baculos in manibus præparatos. Quàmuis enim in Aegypto decimaquarta die mẽſis paſcha faciẽtes, comederimus agnũ: tamẽ tunc nobis lux plena cõpleẽ, quãdo in manu excelſa Rameſem dimittimus: quæ excelſa dicit, uel quod Aegyptum percuſſerit, uel quod protexerit Iſrael uidẽtibus Aegyptijs, qui admirãtur nos exire de ſeculo, & torquẽtur in uidia: & poſtea nos tenere cupiẽtes, in perſecutionibus ſuffocant: quãdo & Aegyptij ſepeliunt primogenitos ſuos, & patres mortui terrenis operibus, opprimũt mortuos filios. Mihi uideẽ Aegyptiorum primogenita dogmata eſſe philoſophorũ, quibus deceptos homines atq; irretitos tenebant. Quæ cum Iſrael uiuus effugerit, circũdantur mortuis ſuis, ne exeuntiũ imitẽtur exemplum. Porrò quod ſequit: in dijs eorum fecit iudicia, ſiue ut Septuaginta trãſtulerunt, ultiones: illud Hebræi autumãt, quod nocte qua egreſſus eſt populus, omnia in Aegypto templa deſtructa ſint, ſiue motu terræ, ſiue ictu fulminum. Spiritualiter aũt diſcimus, quod egredientibus nobis de Aegypto, errorũ idola corruant, & omnis peruerſarũ doctrinarum cultura quatiatur. D

Secunda manſio.

ET proficiſcentes filij Iſrael de Rameſe, caſtrametati ſunt in סֻכּוֹת ſocoth. Secũda mãſio. In hac coquũt panes azymos, & primũ tendũt tabernacula: unde & ex re locus nomẽ accepit. Socoth quippe interpretatur in lingua noſtra tabernacula ſiue tentoria Et ob hoc ſeptimo mẽſe, quintadecima die mẽſis ſolennitas tabernaculorũ eſt. Cum ergo exierimus ex Aegypto, primum tabernacula figimus: ſciẽtes nobis ad ulteriora pergendum. Tũc nõ comedimus de fermẽto Aegypti maliciæ & nequitiæ: ſed ueſcimur azymis ſynceritatis & ueritatis: domini præceptũ opere cõſummantes: Cauete à fermento phariſæorũ. In hac nobis præcipit mãſione, ut ſemper egreſsionis ex Aegypto memores ſimus: ut celebremus trãſitum, id eſt, phaſe domini, ut primogenita noſtri uteri, cunctarumq́; uirtutum, pro primogenitis Aegypti quæ percuſſa ſunt domino cõſecremus.

Tertia manſio.

ET profecti de Socoth, caſtrametati ſunt in אֵתָם Etham, quæ eſt in extremo ſolitudinis. Tertia mãſio offertur poſt tabernacula, in qua primũ uidetur dominus nocte in columna ignis, & per diem in columna nubis: ut præcedat populũ, & dux itineris fiat.

Etham

A Etham nobis ſonat fortitudo atq; perfectio, de qua & Dauid canit: Tu dirupiſti flumina Etham, id eſt, fortes. Grandis eſt fortitudo, Aegyptum dimittere, & in extrema ſolitudine commorari. Ex quo intelligimus locum Socoth adhuc iuxta Aegypti fuiſſe regiones. In eo enim quod dicitur, quæ eſt in extremis ſinibus ſolitudinis, oſtenditur inter cõfinia eſſe eremi & Aegypti. Præparemus nobis fortitudinẽ, aſſumamus perfectũ robur: ut inter errorum tenebras & confuſionem noctis, ſcientiæ Chriſti lumen appareat. Dies quoq; noſter nubem, & nox ignem habeat protegentem: ut his ducibus ad ſanctam terram peruenire ualeamus.

Quarta manſio.

PRofecti de Etham, reuerſi ſunt ad פִּי הַחִירוֹת Phi hahiroth, quod eſt contra Beel ſephon, & caſtrametati ſunt è regione Magdal. Quarta mãſio eſt phi hahiroth, quæ interpretatur os nobiliũ, ſcribiturq́; per literã ח heth. Quidam male, hiroth uillas putant,
4 errorq́; manifeſtus, quod pro ſupradicto elemento, ע ain literam legant. Beel ſephon in linguam noſtram uertitur dominus Aquilonis, aut aſcenſus ſpeculæ, aut habẽs arcana. Porrò Magdal, magnitudo, uel turris. Aſſumpta igitur fortitudine nobilitamur in domino, & Beel ſephon idoli arcana contemnimus, illiusq́; magnificentiã & turritam ſuperbiam declinamus. Non enim eſt ab auſtro unde dominus uenit, & à meridie in qua ſponſus recumbit in floribus, ſed poſſeſſor Aquilonis uenti frigidiſſimi, ex quo exardeſcunt mala ſuper terram: qui cum ſit frigidiſſimus, nomine dexter uocatur, falſum ſibi aſſumens uocabulum uirtutis ac dextræ, cum totus ſit in ſiniſtra.

Quinta manſio.

ET profecti de Phi hahiroth, tranſierunt per mediũm mare in deſerto: & ambulauerunt uiam triũ dierũ in ſolitudine Etham, caſtrametati ſunt in מָרָה Marah. Quinta manſio eſt in Marah, quæ interpretat amaritudo. Non poterant ad rubri maris gurgites
B peruenire: & Pharaonẽ cum ſuo exercitu uidere pereuntem: niſi poſtquam habuerunt in ore nobilitates, id eſt, in domini cõfeſſione uirtutes, quãdo crediderũt deo & Moyſi famulo eius: & audierũt ab eo: Dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis: & uictores, Maria præcinente, in tympanis & choris reſonare cœperunt carmina triũphantiũ: Cantemus domino, glorioſe enim honorificatus eſt, equum & aſcenſorẽ proiecit in mare. Poſt prædicationẽ euangelij, poſt tabernacula tranſmigrantiũ, poſt aſſumptam fortitudinem, poſt cõfeſſionis nobilitatem: Aegyptij & Pharao, rurſus occurrunt. Vnde diſcimus cauendas ſemper inſidias, & inuocandã miſericordiã dei: ut inſequentẽ Pharaonem poſſimus effugere, & nobis in ſpirituali baptiſmo ſuffocet. Egreſſis de mari rubro, occurrit eremus Sur, quæ & ſolitudo Etham dicit, in qua tribus diebus ingrediẽtes non habuerunt aquam: & peruenerunt ad Marah, quæ ex amaritudine nomen accepit. Habebat fons aquam, & dulcedinẽ non habebat. Murmurat populus uidens aquas, & potare non ſuſtinens. Marah intellige aquas occidentis literę: quibus ſi immittatur confeſſio crucis, & paſſionis dominicæ ſacramenta iungãtur: omne quod impotabile & triſte uidebatur ac rigidum, uertitur in dulcedinẽ. Vnde & ſcriptũ eſt: Conſtituit deus populo legem & iudicia, & tentauit eum. Vbi enim magnitudo gratiæ, ibi magnitudo diſcriminis. Nec terrearis, ſi poſt uictoriã uenias ad amaritudinẽ: quia uerum paſcha facientes,
5 azyma cum amaritudinibus comedunt, & tentatio probationẽ, probatio ſpem, ſpes parit ſalutem. Apud medicos quoq; quædam antidotus noxios humores temperans, ex amaritudine nuncupatur, quæ dulcis oſtenditur reſtituens ſanitatem: ſicut econtrario uoluptas atq; luxuria amaritudine terminantur, dicente ſcriptura: Quæ ad tempus pinguefacit fauces tuas, nouiſſime uero amarius felle inuenies.

Sexta manſio.

ET profecti de Marah, uenerũt in אֵילִם Elim, ubi erant duodecim fontes aquarũ: & ſeptuaginta palmæ, ibiq́; caſtrametati ſunt. Sexta mãſio in arietes fortesq́; uertitur. Quàm pulcher ordo uirtutũ. Poſt uictoriã tẽtatio, poſt tentationẽ refectio. De amaritu-

dine uenimus ad arietes & robustos principes gregis, quos apud Ezechielem dominus c
iudicaturum esse se dicit: quod alij eorum conculcauerint aquas & compresserint oues:
alij lenes & placabiles fuerint. De his & uicesimus octauus psalmus loquitur: Afferte do
mino filij dei, afferte domino filios arietum. Sextæ mansionis tenemus hospitium. Nun
quam prius occurrerũt fontes purissimi, nisi ubi magistrorum doctrina prorupit. Nec
dubium quin de duodecim apostolis sermo sit: de quorum fontibus deriuatæ aquæ, to-
tius mundi siccitatem rigant. Iuxta has aquas septuaginta creuerunt palmæ, quos &
ipsos secundi ordinis intelligimus præceptores, Luca euangelista testante, duodecim
fuisse apostolos, & septuaginta discipulos minoris gradus: quos & binos ante se domi-
nus præmittebat. De quibus & Paulus refert, quod apparuerit dominus primum unde- 6
cim, deinde apostolis omnibus: alios uolens intelligi primos, & alios secundos Christi
discipulos. Bibamus de huiusmodi fontibus, & dulces fructus uictoriæ deuorantes, ad
mansiones reliquas præparemur.

Septima mansio.

PRofecti de Elim, castrametati sunt ad mare rubrum, quod Hebraice dicitur, ים סוף
iam suph. Septima mansio. Et quæritur, quõ post transitionẽ maris rubri & fontis
marah, & Elim, rursum ad mare rubrum uenerint, nisi forte in itinere pergẽtibus, sinus
quidam maris occurrerit, iuxta quem castrametati sint. Aliud est enim transire mare: ali
ud in proximo figere tabernacula. Ex quibus monemur, etiã post euãgelicã doctrinam
& cibos dulcissimos triumphorũ, apparere nobis interdũ mare: & præterita discrimina
poni ante oculos, Quanquã multæ differẽtiæ sit transire mare, & mare procul aspicere.
Verbum iam suph apud Hebræos ex mari & rubro cõpositũ est. Suph aũt & rubrum &
scirpus uocatur. Vnde possumus suspicari, quod uenerint ad paludem quandã & lacum
qui & carecto & iuncis plenus fuerit. Quod aũt omnes congregationes aquarũ scriptu-
ra sancta, mare uocet, nulla dubitatio est. Hæc mansio in Exodo non habetur: sed scri- D
ptum est pro ea, quod de mari rubro uenerint ad desertum Sin, quæ est inter Elim & Si
nai, quintadecima die mensis secundi egressionis eorum ex Aegypto, id est, uicesimapri
ma postquam egressi sunt de Rameses.

Octaua mansio.

ET profecti de mari rubro, castrametati sunt in solitudine סין Sin. Octaua mansio, li
cet iuxta ordinẽ Exodi septima sit. Sed sciendum, quod omnis usq; ad montẽ Sinai
eremus Sin uocetur, & ex tota prouincia, etiã locus nomen unius mansionis acceperit:
sicut Moab tam urbis q̃ prouinciæ nomen est. In hac solitudine quinq; mansiones sunt:
iam suph, de qua supra diximus, & eremus Sin, & Daphca, Alus, & Raphidim, de qui-
bus loquemur in consequentibus. Sin, aũt interpretatur rubus, uel odium, quorum u-
trunq; facit ad mysticos intellectus, quod postquam uenerimus ad eum locum, de quo
sit nobis dominus locuturus, grande odium mereamur inimici. Tunc uidebimus arde-
re rubum, & non cõburi: inflãmari ecclesiam persecutionibus, & eam loquente in illa
domino, non perire. Et nota, quod in octaua mansione, in qua torcularia nostra sunt,
unde & octauus psalmus hoc titulo prænotatur, desertum capiamus rubi: quia plures fi
lij desertæ magis, quàm eius quæ habet uirum.

Nona mansio.

ET profecti de deserto Sin, castrametati sunt in דפקה Daphca. Nona mansio. Hoc no
men apud Hebræos κρῦμα, id est pulsatio dicitur: iuxta quod & dns, ait: Pulsate &
aperietur uobis. In libro aũt Hebraicorũ nominũ, adhæsionẽ retentionemq; transtuli-
mus, quod lectorẽ turbare non debet, Nec putet nos dissonantia scribere. Ibi enim iuxta
hoc quod uulgò habetur edidimus, si mediũ uerbũ scribatur per ב beth literam: hic aũt
in Hebraico uolumine scriptum reperi per פ phe, quod elemẽtum magis pulsationem
quàm glutinum sonat: sensusq; est manifestus, post responsa domini, post octauũ nume
rum resurrectionis, Christi incipimus sacramẽta pulsare. Prudentem studiosumq; lecto
rem

A rem rogatũ uelim, ut sciat me uertere nomina iuxta Hebraicã ueritatẽ. Alioquin in Græ
cis & Latinis codicibus præter pauca, omnia corrupta reperimus: & miror quosdã eru-
ditos & ecclesiasticos uiros ea uoluisse trãsferre quę in Hebraico nõ habentur: & de ma
le interpretatis, fictas explanationes quærere, ut in præsenti pro Daphca legãt Raphca;
literã ponẽtes pro litera, eo quod ר res & ד daleth paruo apice distinguantur, & interpre
tantur curationem: atq; exinde tropologiam similem prosequuntur.

Decima mansio.

PRofecti de Daphca, castrametati sunt in אלוש Alus. Decima mansio in Exodo non
habetur, creditur q́; in Sin eremo contineri, eodem narrante lib. Profecta est omnis
multitudo filiorũ Israel de eremo Sin per mansiones suas iuxta os domini, & uenerunt
Raphidim. Ex quo perspicuũ est plures mansiones, eiusdem regionis uocabulo demon
strari. Interpretatur q́; Alus fermentũ: quod tollens mulier, miscuit farinę satis tribus, do
nec fermentaretur totũ. In hac solitudine murmurat populus propter famem, & cõuer-
sus respicit procul in nube gloriam dei, accipitq́; uespere coturnicem: & mane alterius
diei manna. Et nota in mansione decima fermentum poni, & post esum carnium man-
na tribui: impleriq́; scripturam: Panem angelorum manducauit homo.

Vndecima mansio.

PRofecti de Alus, castrametati sunt in רפידים Raphidim: & nõ erat ibi aqua populo.
Vndecima mansio, quam uiolenter interpretatã in libro Hebraicorũ nominum re-
peri, uidit os sufficiens eis, aut certe uisio oris fortiũ: meliusq́; transfertur, dissolutio for
tium, uel sanitas fortium: siue iuxta proprietatem linguæ Syræ, remissio manuum. Hæc
& in Exodo legitur post profectionem de eremo Sin. Queritur in ea populus ob ardo-
rem sitis: fons de petra Horeb erumpit & profluit: & quia tentauerunt deum, locus Ra-
phidim, tentationis quoq́;, id est מסה masa fortitus est nomen. Moyses ascendit in mon-
B tem: Iesus contra Amalec militat: ad crucis signum, superatur inimicus: remissis oran-
tis manibus, hostis uictor insequitur. Sedet Moyses super lapidem dictum à Zacharia,
qui septem habebat oculos: & in Samuelis uolumine appellãt aben haaser, id est lapis ad
iutorij: & utranq; manũ eius Aaron & Hur, id est, montanus lucidusq́; sustentat. Deui-
cto aduersario superuenit Iethro, adducit Zephoram & utrunq; filium, dat consilium
Septuaginta seniorũ: & in typũ ecclesiæ de gentibus congregatæ, legis imminutio euan
gelio suggerente cõpletur. Pulchre aũt dissolutio ac sanitas fortium Raphidim dicitur,
uel propter dissipatũ Amalec, uel propter sanatũ Israel. Sin aũt remissionem manuũ iu-
xta Syros Raphidim sonat, dicemus propter offensam populi, quia contra dñm murmu
raret, istud loco nomen impositum. Hæc tangimus potius q̃ exponimus, breuiter indi-
casse contenti, quod post fermẽtum Alus & massam ecclesiæ, soleant multiplicia dæmo
num aduersum nos tentamenta consurgere.

Duodecima mansio.

ET profecti de Raphidim, castra posuerũt in solitudine סיני Sinai. Duodecima mãsio
est. Statim tibi ueniat in mentẽ apostolorũ numerus. Vna de pluribus, sed maior o-
mnibus, nõ separat in ordine, sed præcellit in merito. Ad hũc locũ quadragesimo septi-
mo die perueniũt, scriptura dicẽte: Mense tertio egressionis filiorũ Israel de Aegypto, in
die hac transierũt in solitudine Sinai, profectiq́; de Raphidim uenerũt in desertũ Sinai:
& castrametati sunt in eremo, seditq́; ibi Israel è regiõe mõtis, & Moyses ascẽdit ad deũ;
uocauit eũ dns de monte dicẽs: & reliqua. Et rursum, uade, inquit, ad populũ, & sanctifi
ca eos hodie & cras: & lauent uestimenta sua, sintq́; parati in diem tertiũ: quia tertia die
descendet dns uidente uniuerso populo super montem Sinai. Quod & factum est. Lauc
runtq́; uestimẽta sua, & ab uxorũ coitu separatis, die tertio descẽdit dns in montẽ: quo
fumante, & fulgure, tonitruo, caligine, uoce, tuba, mortaliũ corda terrentibus, Moyses
loquebat, & dns respondebat ei. Supputemus numerũ, & inueniemus quinquagesimo
die egressionis Israel ex Aegypto in uertice montis Sinai legẽ datã. Vnde & pentecostes

celebra

celebratur ſolẽnitas, & poſtea euãgelij ſacramentũ in ſpũs ſancti defenſione cõpletur: ut C
ſicut priori populo quinquageſimo die, uero iubileo & uero anno remiſſionis, & ueris
quinquaginta & quingẽtis denarijs, qui debitoribus dimittuntur, lex data eſt: in apoſto
los quoq; & qui cũ eis erant, in centeſimo uiceſimo Moſaicę ætatis numero conſtitutis,
deſcẽderit ſpũs ſanctus, & diuiſis linguis credentiũ, totus euãgelica prędicatiõe mũdus
expletus ſit. Longũ eſt ſi replicare uelim, quid in lege præceptũ eſt: quõ fabricatũ taber-
naculũ quæ uarietas hoſtiarũ, quæ uaſorũ diuerſitas, quæ indumẽta põtificis, quę ſacer-
dotũ & leuitarũ cerimoniæ: qd egerint: quõ populus numeratus ſit. Hoc tm̃ dicã: quod
media pars Exodi, & totus Leuiticus liber, & Numerorum præcepta nõ modica, & per
ſingulas populi trib. diſtributio, & oblatio principũ in hac mãſione deſcripti ſint: mul-
torũq; uoluminũ diſputatio, huic loco ſufficere uix poſſit. Interpretat̃ aũt Sinai rubi, nõ
unus ut ſupra in ſolitudine Sin, ſed plures: ut ibi principiũ ſit, hic perfectio: ibi ſolitarius
numerus, hic multiplex. Aliud eſt enim unam, aliud omnes gratias poſſidere.

Decimatertia manſio.

ET profecti de ſolitudine Sinai, caſtrametati ſunt in ſepulchris concupiſcentiæ. De
cimatertia manſio, cuius nomẽ cum interpretatione editum apud Hebræos appel-
latur קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה ataaue cibaroth. Eſt autem ſenſus ille de euangelio, quod Ieſus bapti-
zatus ſtatim à ſpiritu ductus eſt in deſertum, & tentatus à diabolo. Itaq; & Iſrael poſt fa-
miliarem cum domino ſermonem, poſtquam iuxta montem Sinai commoratus eſt an-
no uno & diebus quatuor mira diſpoſitione caſtrorum egreſſus eſt in ſolitudinem Pha
ran: quæ intepretatur onager aut feritas: ibiq; ſuccumbit malæ beſtiæ, faſtidiẽs cœleſtem
panem, & Aegyptiorum carnes deſiderans: quando multos ſubitum uorauit incendi-
um, & intercedente Moyſe humum uorax flamma conſumpſit. Tunc accipiunt cotur-
nices, & uſq; ad nauſeam ac uomitum deuorant. Eligunt̃ Septuaginta presbyteri: uadũt
ad oſtium tabernaculi, duo remanent, Heldad & Medad, non imperij negligentes, ſed D
humilitate ſubmiſſi, dum ſe honore arbitrantur indignos. Vnde & abſentes prophetãt:
ſaturatoq; populo dum adhuc eſcæ eſſent in ore eorum, ira dei aſcendit ſuper eos, & oc
cidit pingues eorum, & electos Iſrael præpediuit: ne ad malum uelociter currerent: un-
de & appellatus eſt locus, ſepulchra concupiſcentiæ: ſiue ut in Septuaginta legimus, me
moria deſiderij. ex quibus omnibus nos omnes docemur, qui ſapientiam dimiſimus ſe-
cularem, & Aegyptias ollas contempſimus, non debere murmurare contra cœleſtem
ſcripturarum panem, nec hic uirulentias Aegyptiorum, quæ ſunt poetarũ carmina, ſed
ſimplicem mannæ cibum quærere: alioquin ſi rurſus eas uoluerimus appetere uorabi-
mus uſq; ad nauſeam: & ſtatim domini igne torquebimur, deſideriumq; noſtrum uer-
tetur in tumulos, ut ſimus ſepulchra dealbata, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa,
intus aũt plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcicia.

Decimaquarta manſio.

ET profecti de ſepulchris cõcupiſcẽtię, caſtrametati ſunt in Hazeroth חֲצֵרוֹת Decima
quarta mãſio eſt in ſolitudine Pharan, quę in atria uertit̃. In hac Aron & Maria, pro
pter Aethiopiſſam cõtra Moyſen murmurãt: & in typũ zeli, aduerſus eccleſiã de genti-
bus cõgregatã, populus Iudæorũ lepræ ſorde perfundit̃: nec redit ad tabernaculũ & pri
ſtinam recipit ſanitatẽ, donec ſtatutũ plenitudinis gentiũ tempus impleat̃. Et hic prudẽs
lector attende, quod poſt conſummatã in duodecimo numero uirtutẽ, quia ſuperbiuit
Iſrael, & in ſepulchris cõcupiſcentiæ carnes Aegyptias deſiderauit: rurſum iacit aliud
fundamentũ, & atria, id eſt, ueſtibulũ uirtutũ ingreditur: oſtendẽs nobis, & eos qui ſtant
poſſe cadere, & qui ceciderũt poſſe reſurgere, Poſitus eſt em̃ Ieſus in ruinã & reſurrecti
onem multorũ, & ipſe loquitur per prophetã: Num qui cadit non reſurget?

Decimaquinta manſio.

ET profecti de Hazeroth, caſtrametati ſunt in Rithma רִתְמָה pro quo ſupra in hoc eo
dem libro legimus: Poſtquã profectus eſt populus de Hazeroth, caſtrametati ſunt
in ſoli

A in ſolitudine Pharan. Hæc eſt aũt decimaquinta manſio. Et notandũ quod reliquæ man
ſiones decem & octo, quarum nunc breuiter catalogus deſcribitur, à Rithma uſq; ad E-
ſiongaber, id eſt, uſq; ad triceſimamſecundam manſionẽ, ſub Pharan ſolitudinis nomi-
ne contineantur: in quibus uniuerſa quæ ſcripta ſunt, diuerſis temporibus geſta ſenti-
mus: quæ quia non ſunt per manſiones ſingulas diſtributa, à nobis quoq; in cõmune di
centur, ut poſtea ueniamus ad reliqua. Rithma transfertur ſonitus aut iuniperus, quan-
quam pleriq; ἄρκευθον apud Græcos aliud genus arboris ſignificare contendant. Iunipe
rum aũt & primus graduum pſalmus, iuxta ueritatem Hebraicam ſonat, ubi ſcriptũ eſt:
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Et propheta reſpondet:
Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus iuniperorũ: pro quo apud nos legitur deſolato
9 rijs. Fertur autem lignum hoc ignem multo tempore conſeruare: ita ut ſi prunæ ex eius
cinere fuerint opertæ, uſq; ad annum perueniant. Ex quo diſcimus poſt ſepulchra con-
cupiſcentiæ, & ueſti bula tranſire nos ad lignum, quod multo tempore calorem te-
net, ut ſimus feruentes ſpiritu, & claro ſonitu atq; exaltata uoce euangelium domini præ
dicemus. Ab hac itaque manſione uſq; ad triceſimamſecundam iſtiuſmodi continentur
hiſtoriæ. Duodecim exploratores mittũtur ad terram ſanctam: botrus refertur in ligno,
& Chriſti breuiter paſſio demonſtratur. Murmurat populus Iudæorum, gigantum im-
petum reformidans. Pugnat contra Amalec & Cananæum nolente deo, & uictus intelli
git quæ debebat in terra ſancta exercere ſacrificia. Dathan & Abiron & filij Core cõſur-
gunt contra Moyſen & Aaron, & terrę uoragine glutiuntur. Inter mortuos & uiuentes
pontifex medius turibulo armatus ingreditur, & currens ira dei, ſacerdotis uoce prohi-
betur. Virga Aaron & florem profert & folia: & in æternam memoriam, uirens ſiccitas
conſecratur, Necdum templum & ędituj, necdum ſacerdotes & leuitæ obtulere ſacrifi-
cia, & partes eorum myſticus ſermo deſcribit. Vitula ruffa in holocauſto concrematur,
B & cinis eius, piacularis aſperſio eſt. Quorum omnium figuræ proprios libros flagitant,
& melius reor tacere quàm pauca dicere.

Decimaſexta manſio.

ET profecti de Rithma caſtrametati ſunt in רִמּוֹן פָּרֶץ Remon phares. Decimaſexta
manſio eſt, quæ interpretatur Græco ſermone ξοιὰς ἐκτινωσὶ, Latine mali punici
10 diuiſio, quod alij malum granatum uocant. Cuius arboris fructus in ſcriptura dupliciter accipitur: aut in eccleſiæ gremio, quæ omnem turbam credentium ſuo cortice tegit: aut in ueritate & conſonantia uirtutum, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Multitudinis autem credentium cor erat unum, & anima una: ſicq; diuiſi ſunt ſinguli gradus, ut omnes eadem compage teneantur.

Decimaſeptima manſio.

ET profecti de Rẽmon phares, caſtrametati ſunt in Libna לִבְנָה Decimaſeptima man
ſio eſt, quã in lateres poſſumus uertere: licet quidã lebbona trãsferẽtes, male cando
rem interpretati ſint. Legimus Aegyptios lateres in Exodo, quos populus faciẽs ingemu
it. Legimus in Malachia lateres pro quib. Idumæa deſtructis, politos lapides reponere ni
titur. Et laterẽ in Ezechiel: in quo obſeſſæ Hieruſalẽ pictura deſcribitur. Ex quibus diſci
mus in itinere iſtius uitæ, & de alio in aliud tranſitu, nunc nos creſcere, nũc decreſcere,
& poſt ordinem eccleſiaſticum ſæpe ad laterum opera tranſmigrare.

Decimaoctaua manſio.

ET profecti de Libna, caſtrametati ſunt in Reſſa רִסָּה Decimaoctaua manſio in fre-
nos uertit̃. Si em̃ poſt profectũ, rurſum ad luti opera deſcẽdimus, infrenãdi ſumus:
& curſus uagi atq; præcipites, ſcripturarũ retinaculis dirigendi. Hoc uerbũ, quantũ me-
moria ſuggerit, nuſq; alibi in ſcripturis ſanctis apud Hebræos inueniſſe me noui, abſq;
11 lib. apocrypho, qui à Græcis μηχονγένεσις appellat̃: ibi in ædificatione turris, pro ſtadio
ponitur, in quo exercent̃ pugiles & athletæ, & curſorũ uelocitas comprobatur. Dicit &
pſalmiſta. in freno & chamo maxillas eorũ cõſtringe, qui nõ approximãt ad te. Et Apo-
ſtolus

ſtolus:Neſcitis quod qui in ſtadio currũt:omnes quidem currunt: ſed unus accipit pal- C
mam? Sic currite,ut comprehendatis.

Decimanona manſio.

ET profecti de Reſſa, caſtrametati ſunt in Caaltha קְהֵלָתָה Decimanona manſio interpretatur eccleſia. Vagi currentium greſſus,frenis ad eccleſiam retrahũtur:& fores quas ante reliquerant,rurſum intrare feſtinant.

Vigeſima manſio.

ET profecti de Caaltha, caſtrametati ſunt in monte Sapher. שָׁפֶר Vigeſima manſio interpretatẽ pulchritudo, & in monte decoris eſt conſtituta, de qua & quartidecimi pſalmi principium ſonat:Domine quis habitabit in tabernaculo tuo:aut quis quieſcet in monte ſancto tuo. Vide quid profint frena. A uitijs nos retrahunt,introducunt ad uirtutum choros, & in Chriſto monte pulcherrimo habitare faciunt. Iſte iuxta Danielem, lapis exciſus de monte ſine manibus, creuit in montem magnum, & impleuit omnem terram. Iſte iuxta Ezechielem uulnerauit principem Tyri. Ad iſtum in Eſaia & Michea populi confluunt, dicentes: Venite aſcendamus ad montem domini, & domum dei Iacob: & docebit nos uias ſuas:& ambulabimus in ſemitis eius.

Viceſimaprima manſio.

PRofecti de monte Sapher, caſtrametati ſunt in Harada חֲרָדָה Viceſimaprima manſio uertitur in miraculum. Quàm pulcher ordo profectuum, quàm egregia textura credentium. Poſt opus lateris infrenamur, poſt frenos in eccleſiam introducimur, poſt habitationẽ eccleſiæ,ad Chriſtum montẽ aſcendimus,in quo poſiti ſtupemus atq; miramur: ut noſter in laudibus eius ſermo ſuperetur: inuenientes in eo, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt.

Viceſimaſecunda manſio.

ET profecti de Harada, caſtrametati ſunt in Maceloth מַקְהֵלוֹת Viceſimaſecunda manſio in cœtus uertitur. In hac enim conſiſtit multitudo credentium: Eccleſia, primitiuorum uirtutum omnium conſonantia. Tunc uere poſſumus dicere: Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in unum. Et dominus habitare facit unius moris in domo. D

Viceſimatertia manſio.

ET profecti de Maceloth, caſtrametati ſunt in Thaath תַּחַת Viceſimatertia manſio poteſt & ſubter intelligi,ſed melius pauorẽ interpretabimur. Veniſti ad eccleſiam, aſcendiſti ad montem pulcherrimum,ſtupore & miraculo Chriſti magnitudinem confiteris, uides ibi multos uirtutis tuæ ſocios: noli altum ſapere, ſed time. Dominus enim ſuperbis reſiſtit,humilibus dat gratiam. Et qui ſe exaltat,uideat ne cadat. Potentes potenter tormenta patientur. Timor uirtutum cuſtos eſt: ſecuritas ad lapſum facilis. Vnde & in quodam pſalmo,poſtquam propheta dixerat:Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit:iungit timorẽ,qui cuſtos eſt beatitudinis,& infert: Virga tua & baculus tuus,ipſa me conſolata ſunt. Et eſt ſenſus,dum tormenta formido,ſeruaui gratiam quam acceperam.

Viceſimaquarta manſio.

PRofecti de Thaath,caſtrametati ſunt in Thare, תָּרַח Viceſimaquarta mãſio, quam nõnulli uertunt in maliciã uel paſturã, nec errarent ſi per ע ain literã ſcriberẽt: nũc uero cũ aſpiratio duplex in extrema ſit ſyllaba,erroris cauſa manifeſta eſt. Hoc eodẽ uocabulo & ijsdẽ literis ſcriptũ inuenio patrẽ Abrahã,qui in ſupradicto apocrypho Geneſeos uolumine, abactis coruis qui hominũ frumẽta uaſtabant, abactoris uel depulſoris ſortitus eſt nomẽ. Itaq; & nos imitemur Thare:& uolucres cœli quę iuxta uiam ſatũ triti cum deuorare feſtinant,ſolliciti prohibeamus. Nam & Abrahã patriarches in typo Iſraelis & hoſtiũ, diuiſa membra ſacrificij à uolucribus non ſinit deuorari: & cõtemptorem oculum effodiunt corui de conuallibus, uerusq; Moyſes ducit Aethiopiſſam, & Elias à coruis

A coruis paſcitur. Si habueris pauorẽ,ſollicitus eris:ſi ſollicitus fueris,leo in caulas ouium tuarũ introire nõ poterit: quod uel ad præpoſitos eccleſiarũ, uel ad cuſtodiã refer animæ tuæ,ad quam diabolus per diuerſa uitiorum foramina ingredi nititur.

Viceſimaquinta manſio.

ET profecti de Thare,caſtrametati ſunt in Methca מִתְקָה Viceſimaquinta mãſio uertitur in dulcedinẽ. Aſcendiſti in excelſum,admiratus es uirtutũ choros, timuiſti ruinam,abegiſti inſidiatores:dulcis te protinus fructus laboris inſequitur:& in morẽ literarum,radicũ amaritudinẽ, pomorũ ſuauitas cõpenſabit, & dices: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Sponſumq; tibi audies concinentẽ: Mel diſtillant labia tua,ſoror mea ſponſa. Quid enim ſuauius diſciplina? Quid eruditione melius? Quid dulcius domino? Guſtate & uidete quoniam ſuauis eſt dominus. Vnde & Samſon qui abegerat à fructibus ſuis aues:& uulpes quæ exterminant uineas colligauerat, leonemq; interfecerat rugientem,fauum inuenit in ore mortui.

Viceſimaſexta manſio.

PRofecti de Methca,caſtrametati ſunt in Aſmona חַשְׁמֹנָה Viceſimaſexta mãſio in lingua noſtra feſtinationẽ ſonat:iuxta illud quod in pſalmo ſcribitur: Venient legati ex Aegypto. Pro legatis in Hebræo, feſtinantes legimus: poſtquam dulces fructus laboris meſſuerimus, non ſimus quieto contenti ocio: ſed & rurſum ad ulteriora properantes, obliuiſcamur præteritorum & in futura nos extendamus.

Viceſimaſeptima manſio.

ET profecti de Aſmona, caſtrametati ſunt in Moſeroth מוֹסֵרוֹת Viceſima ſeptima mãſio uincula ſiue diſciplinas ſonat,ut feſtino gradu pergamus ad magiſtros & eorum teramus limina,& præcepta uirtutum ac myſteria ſcripturarũ, uincula putemus æterna:iuxta illud quod in Eſaia dicitur: Et Sabaim uiri ſublimes ad te trãſibunt, & tui e-
B runt: poſt te ambulabunt uincti manicis. Et Paulus uinctus Ieſu Criſti. Duplicia ſunt in ſcripturis uincula, quæ quãdiu rupit Samſon, uicit inimicos. Et de meretrice legimus, uinculũ in manib. eius. Et ex perſona dñi dicentis:Dirũpamus uincula eorũ, & proijciamus à nobis iugum ipſorũ:Et alibi:Laqueus cõtritus eſt, & nos liberati ſumus. Chriſti aũt uincula uoluntaria ſunt,& uertuntur in amplexus. Quicunq; his fuerit colligatus,dicet:Siniſtra eius ſub capite meo, & dextra eius complectetur me.

Viceſimaoctaua manſio.

ET profecti de Meſaroth,caſtrametati ſunt in Bene iaacan בְּנֵי יַעֲקָן Viceſima octaua manſio transfertur in filios neceſsitatis ſeu ſtridoris. Si ab uno incipias numero, & paulatim addens ad ſeptimum uſque peruenias: uiceſimus octauus efficitur numerus. Qui ſunt iſti filij neceſſitatis, pſalmus ipſe nos doceat: Afferte domino filij dei, afferte domino filios arietum. Quæ eſt tanta neceſſitas, quæ nolentibus imponatur? Cum diuinis ſcripturis fueris eruditus, & leges earum ac teſtimonia uincula ſcieris ueritatis, contendens cum aduerſarijs ligabis eos, & uinctos duces in captiuitatem, & de hoſtibus quondam atque captiuis liberos dei facies:ut repente dicas cum Sion: Ego ſterilis & non pariens tranſmigrata & captiua: & iſtos quis enutriuit? Ego deſtituta & ſola & iſti ubi erant? Miraris Eſaiam, eiuſdem pſalmi ſacramenta cognoſce: Vox domini in uirtute, uox domini in magnificentia, uox domini confringentis cedros: ut poſtquam aduerſarios fregerit, & concuſſerit deſertos prius gentium populos, præparentur cerui in montibus:& ſit dilectus ſicut filius unicornium, in temploq; eius omnes dicent,gloriam. Porrò quod uertimus filios ſtridoris,ad illum ſenſum refer, quod timore ſupplicij & eius loci ubi eſt fletus & ſtridor dentium, deſerẽs diaboli uincula Chriſto domino credentium turba colla ſubmittat.

Viceſimanona manſio.

ET profecti de Bene iaacan, caſtrametati ſunt in montẽ Gadgad גִּדְגָּד Viceſimanona mãſio interpretatẽ nũcius ſiue expeditio,& accinctio:uel certe (quod nos uerius

arbitramur) καταπονῆ: id est concisio. Haud aliter possumus magistri discipulorum c
atq; credentium eos facere filios necessitatis, nisi præceptores eorum interfecerimus. 13
Crudeles simus in occisione eorum, non parcat manus nostra armum aut extremum auriculæ de ore leonis extrahere. Maledictus qui facit opus domini negligenter, & qui prohibet gladium suum à sanguine. Vnde & Dauid: In matutino, inquit, interficiebam omnes peccatores terræ. De nuncio autem & accinctione hæc breuiter possumus dicere: quod filijs necessitatis grandes ad uirtutem stimulos suggeramus, cum eis nunciauerimus præmia futurorum, & accinctos inire bella docuerimus. Horum trium quicquid magister fecerit, in monte consistit.

Tricesima mansio.

ET profecti de monte Gadgad, castrametati sunt in Iotbatha יָטְבָתָה Tricesima mansio bonitas interpretatur, ut cum peruenerimus ad perfectum uirũ, in sacerdotalem 14
gradum, & in ætatẽ plenitudinis Christi: in qua & Ezechiel erat iuxta fluuiũ Cobar, possimus cũ Dauid in tricesimo psalmo canere: In te domine speraui, nõ confundar in æternum. Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus suis.

Tricesimaprima mansio.

ET profecti de Iotbatha, castrametati sunt in Ebrona עַבְרֹנָה Tricesimaprima mãsio interpretatur διάβασις, id est transitus siue transitio. Ad hanc uenit uerus Hebræus, id est περάτης, siue transitor, qui dicere potest: Transiens uidebo uisionẽ hanc magnam: de qua & psalmista canit: & nõ dixerunt qui præteribant, benedictio dñi super uos. Præterit enim figura huius mundi, & propterea sancti cupiunt ad meliora transire: nec præsenti statu contenti, ingemiscunt quotidie: Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, qm̃ transibo in locum tabernaculi admirabilis, usq; ad domum dei. Multum est, si de omnibus scripturis super uerbo transitionis uelim exempla congerere.

Tricesimasecunda mansio.

ET profecti de Ebrona, castrametati sunt in Asion gaber עֶצְיוֹן גֶּבֶר Tricesimasecũda D
mansio transfertur in ligna uiri, siue dolationis hominis, quod si gnificantius Græce dicitur ξυλακισμοφόρ☉, scribitur per ע ain literam, non (ut Græci & Latini errant) per gimel. Vnde in solitudine multitudo lignorum, nisi quod seduli & diligentis magistri disciplina monstratur, cędentis ligna informia: & dolantis facientisq; uasa diuersa: quæ in domo magna necessaria sunt? Possunt lignationes uiri, saltuum & omnium arborum genera, ac per hoc credentiũ multitudinẽ figurare: dicente Dauid: Inuenimus eam in campis syluæ. Hucusq; solitudo Pharan decem & octo continet mansiones, quæ descriptę in catalogo, in superiori itinere non ponuntur.

Tricesimatertia mansio.

ET profecti de Asion gaber, castrametati sunt in deserto Zin צִין Hæc est Cades. Quę ritur cur octaua mãsio nũc tricesimatertia esse dicat. Sed sciendũ quod prior per ס samech literã scribitur interpretatq; rubus siue odiũ: hæc aũt per צ sade, & uertit in mandatum. Illudq; quod iungitur Cades: nõ (ut pleriq; existimant) sancta dicitur: sed mutata siue translata legimus in Genesi iuxta Hebraicam ueritatẽ: ubi Iudas meretricẽ putans Thamar, dona trãsmisit: & sequester munerũ interrogat: ubi est cadesa, hoc est, scortũ, cuius habitus à cæteris fœminis immutatus est. In multis quoq; locis hoc idẽ reperimus. Sin aũt sancta interpretat, κατ' ἀντίφρασιν est intelligendum: quõ parcæ dicuntur ab eo 15
quod minime parcant: & bellum quod nequaq̃ bellum sit: & lucus quod minime luceat. In hac mansione moritur Maria & sepelitur: & propter aquas contradictionis Moyses & Aaron offendunt dñm: & prohibentur transire Iordanem, missisq; nuncijs ad Edom transitus petitur, nec impetratur. Quis timeret post tantos profectus murmur populi, & offensam magistrorũ, & uiæ trãsitus denegatos? Videtur mihi in Maria, Prophetia mortua: in Moyse & Aaron, legi & sacerdotio Iudęorum finis impositus: quod nec ipsi ad terram repromissionis transcendere ualeant, nec credẽtem populũ de solitudine huius

A huius mundi educere. Et nota quod post mortem prophetiæ, & aquas contradictionis, Idumæã carneã atq; terrenã transire nõ possint: cum multis precibus & conatu uiam nõ impetrent, sed egrediat Edom aduersus eos cũ populo multo, & in manu forti. Interpretatio quoq; nominis, morti & offensæ & negato transitui cõuenit. Vbi enim mãdatum, ibi & peccatũ: ubi peccatũ ibi offensa: ubi offensa, ibi mors. Hæc est mansio de qua Psalmista canit: Commouebit dominus desertum Cades.

Tricesimaquarta mansio.

ET profecti de Cades, castrametati sunt in monte Or הֹר in extremo terræ Edom: ascenditq; Aaron sacerdos in montẽ Or iuxta præceptũ dñi, & mortuus est ibi anno quadragesimo egressionis filiorũ Israel de terra Aegypti, mense quinto, prima die mensis. Eratq; Aaron centũ uigintitriũ annorum quãdo mortuus est in mõte Or. Et audiuit Chananæus rex Arad qui habitabat ad austrum in terra Chanaan, quod uenissent filij Israel. Tricesimaquarta mansio est, quam pleriq; interpretant lumen: nec errarent si per א aleph literam scriberet. Alij pellem. & ipsi uerũ dicerent, si esset ע ain positum. Nonnulli foramen, quod posset accipi: si ח heth haberet elementum. Cum aũt legatur per ה he: magis mons intelligitur, & legi potest: Ascendit Aaron sacerdos in montis montem, id est in uerticẽ eius. Ex quo animaduertimus nõ in monte simpliciter, sed in monte montis pontificẽ mortuũ: ut dignus locus meritis illius monstraret. Moritᵭ aũt eo anno, quo nouus populus repromissionis terrã intraturus erat, in extremis finibus terræ Idumæorum. Et quanq̃ in monte sacerdotiũ Eleazaro filio dereliquerit, lexq́; eos qui eam impleuerint perducat ad summũ: tamen ipsa sublimitas nõ est trans fluenta Iordanis, sed in extremis terrenorũ operum finibus: & plangit eum populus triginta diebus. Aaron plangitur, Iesus non plangitur. In lege descensus ad inferos, in euãgelio ad paradisum transmigratio. Audiuit quoq; Chananæus quod uenissẽt Israel, & in loco exploratorum (ubi
B quondam offendisse populum nouerant) ineunt prælium: & captiuum ducunt Israel. Rursumq́; in eodem loco pugnatur: ex uoto uictor uincitur, uicti superãt, appellaturq́; nomen loci borma, id est anathema. Eadem dicere mihi non est pigrum, legentibus necessariũ: quod semper humanus status in huius seculi uia fluctuet: & alius in ualle, alius in campis, alius moriatur in monte, nec in monte simpliciter, sed in mõtis monte, id est in excelso uertice. Cumq́; nos dei auxilio destitutos hostis inuaserit duxeritq́; captiuos, non desperemus salutem, sed iterum armemur ad præliũ. Potest fieri ut uincamus, ubi uicti fuimus: & eodem loco triumphemus, ubi fuimus ante captiui.

Tricesimaquinta mansio & tricesimasexta.

ET profecti de monte Or, castrametati sunt in Selmona צַלְמֹנָה Profectiq́; de Selmona, uenerunt in Phunon פּוּנֹן Hæ duæ mãsiones, tricesimaquinta & tricesimasexta in ordine historiæ non inueniuntur, sed scriptũ est pro eis: Egressi sunt de mõte Or, per uiam maris rubri, & circũierunt terram Edom. Ex quo ostẽditur in finibus atq; circumtu terræ Edom eas positas. Nec secundum morem legitur: Et profecti de monte Or, castrametati sunt in Selmona siue in Phunon, sed post ambitum terræ Iudæorum uenit ad extremum, & ait: Profecti filij Israel, castrametati sunt in in Oboth. Nec dixit, profecti sunt de illo & illo loco, quia duas mansiones silentio prætermiserat: quas cum in supputatione tacuerit, reddit in summa. Prima mansio Selmona interpretatur imaguncula. Secunda Phunon, diminutiue os, ab ore non ab osse intellige. In his Aaron mortuo, murmurant contra deum & Moysen, manna fastidiunt, à serpentibus uulnerantur: & in typum saluatoris, qui uerum antiquumq́; serpentẽ in patibulo crucis triumphauit, diaboli uenena superantur. Vnde & imaguncula, ueræ expressæq́; imaginis filij dei. Passionem eius intuens, conseruatur: & quod corde credit, ore pronunciat, legens illud Apostoli: Corde creditur ad iusticiam, ore aũt confessio fit ad salutem. Simulq́; nota utraque
16 mansio ὑπενδειγματικῶς appellat: quia ex parte uidemus, & ex parte prophetamus: & nunc per speculum uidemus in ænigmate.

Tricesimaseptima mansio.

PRofecti de Phunon, castrametati sunt in Oboth אובות Tricesimaseptima mãsio uertitur in magos siue pythones: uel (secũdũ uerba Helui) lagenas grãdes, quæ cũ musto plene fuerint, absq; spiramine ilico dirũpuntur. Pugnauerũt magi contra Moysen & Aarõ: & à muliere quę erat in Endor, & habebat iuxta Septuaginta interpretes spũm pythonẽ, iuxta Hebræos magũ, regi Israelis illudit. Multæ sunt præstigiæ, & innumerabiles laquei, quibus animæ capiunt humanæ: sed nos dicamus, in dño confidentes: Laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus: Et, Si ambulauero in medio umbræ mortis, nõ timebo mala, qm tu mecũ es: Cadent à latere nostro mille, & decem milia à dextris nostris: nõ timebimus ab incursu & dæmonio meridiano· sed obturauimus aures nostras, ne audiamus uoces incantantiũ, & Sirenarũ carmina negligamus. Post imaginẽ dei, quæ in cordis ratione monstratur, & confessionẽ fidei, quæ ore profertur, consurgunt serpentes, & artes maleficæ ad bella nos prouocant. Sed nos qui habemus preciosissimum thesaurum in uasis fictilibus quæ frangi possunt, ita ut quædam uix testa remanserint in qua hauriri possit aquæ pusillum, omni custodia circundemus cor nostrum.

Tricesimaoctaua mansio.

ET profecti de Oboth, castrametati sunt in Ie abarim עיי העברים in finib. Moab. Tricesimaoctaua mãsio aceruos lapidũ trãseuntiũ sonat. Sunt sancti lapides, q uoluuntur super terrã, leues, politi & rotunditate sua rotarũ cursibus similes. Sunt & alij quos propheta iubet tolli de uia, ne ambulantiũ in eos offendãt pedes. Qui sunt isti ambulantes? Vtiq; uiatores et prętereũtes, qui per istud seculũ ad alias mãsiones transire festinãt. Quod aũt dicitur in finibus Moab, & supra scriptũ est, in solitudine quæ respicit Moab cõtra solis ortũ: ostẽdit iuxta literã, quod hucusq; in finibus terræ Idumæorũ fuerint: & nunc ueniãt ad terminos Moab, de alia ꝓuincia ad aliam transeũtes. Non em̃ semper uni uirtuti danda est opera, sed sicut scriptũ est: Ibunt de uirtute in uirtutẽ, de alia trãseundũ est ad aliã: quia hærent sibi & inter se ita nexæ sunt, ut qui una caruerit, omnib. careat. Et tamen transire de alia ad aliam eorũ est proprie, qui solis iusticiæ ortum considerant. D

Tricesimanona mansio.

ET profecti de Ieabarim, siue (ut in secundo loco apud Hebræos habes) ijm עיים castrametati sunt in Dibon gad דיבון גד Tricesimanona mãsio interpretatur, fortiter intellecta tentatio. Pro hac in ordine historiæ aliter scriptũ reperi. Postquam enim castrametati sunt in Ieabarim in finibus Moab contra ortum solis, legitur: Inde profecti sunt, & diuerterunt ad torrentẽ Zared. Et de hoc loco proficiscentes, castrametati sunt trãs Arnon, quæ est in solitudine finium Amorræi, eo quod Arnon in terminis sit Moabitarum & Amorræorum: & post hæc uenerunt ad puteum ubi cecinit Israel carmen hoc: Ascende putee quem foderunt principes, & aperuerunt duces populorum in dato re legum, & in baculo eius: & de solitudine in Matthana, & de Matthana ad torrẽtẽ dei: & de torrentibus dei ad excelsa, & de excelsis ad uallem, quæ est in regione Moab in uertice Phasga, qui prospicit contra desertũ. Hæc loca in finibus Amorræorũ quidam interpretantes, putant nõ mansiones esse sed trãsitus, nec præiudicare debere catalogo mansionum extraordinariam expositionem. Alij autem spiritualibus spiritualia comparantes, nolunt regiones significari, sed per locorum nomina uirtutum profectus esse, quod post magos & congregationem lapidum frequenter ueniamus ad torrentem Zared, quod interpretat aliena descensio: & in descensione positi, transeamus ad Arnon, quod maledictionem sonat, quæ est posita in finibus Amorræorũ, qui uel amari hostes sunt, uel multa loquunt inflati. Sin aũt trãsierimus terminos Moab, qui de incestu generatus est, et recessit à uero patre: statim nobis occurrit puteus, quem nemo de plebe fodit, nullus ignobilis, sed principes & duces, qui iura dant populis: & canẽtes carmẽ in aqua putei, & in dei muneribus gratulantes, prophetant quò transituri sint: ad quæ peruenturi loca, quod scilicet de deserto ueniant in Matthana, quod interpretatur donũ, & de Matthana

A thana ad Nahaliel, quod dicitur ad torrẽtes dei, & de Nahaliel ad Bamoth, quæ interpretatur excelsa siue aduenientes mors, quando cõformes efficimur mortis Christi: & de Bamoth occurrit nobis uallis humilitatis, quæ tamẽ posita est in uertice mõtis Phasga: qui interpretatur dolatus, quod nihil habeat informe & rude, sed artificis sit politus manu: qui mons respiciat solitudinẽ quæ Hebraice dicitur Iesimon ישימון Quando enim fuerimus in uirtutum culmine cõstituti, tunc totius mũdi ruinas, & omnium peccatorum respicimus uastitatem. Penè obliti sumus, currente oratione, dictare: quare Dibon gad interpretetur fortiter intellecta tentatio. Post Dibon gad geritur bellum contra Seon regem Amorræorũ, & Og regem Basan: & discimus quod cũ uenerimus ad summũ, & de fonte principũ regumq; biberimus, ascendentes ad montem Phasga, nõ debeamus eleuari in superbiam, si propositam nobis econtrario solitudinẽ nouerimus. Ante contritionem enim eleuatur cor uiri, & ante gloriam humiliatur.

Quadragesima mansio.

ET profecti de Dibon gad, castrametati sunt in Almõ diblathaiema עלמון דבלתימה Quadragesima mansio uertitur in cõtemptũ plagarũ siue opprobriorũ. Et per hãc discimus omnia dulcia & illecebras uoluptatũ in seculo cõtemnẽdas, nec inebriari nos debere uino in quo est luxuria. Mel nõ offert in sacrificijs dei: & cera quę dulcia cõtinet, non lucet in tabernaculo, sed oleũ purissimũ, quod de oliuæ profert amaritudine. Mel em̃ distillat à labijs mulieris meretricis: de quo puto iuxta mysticos intellectus gustasse Ionathã: & forte deprehẽsum, uix populi precibus liberatũ. Quod autẽ opprobria contemnenda sint, & si falso obijciantur beatitudinem pariant, saluator plenissime docet.

Quadragesimaprima mansio.

PRofecti de Almon diblathaiema, castrametati sunt in montibus Abarim עברים contra faciẽ Nabo. Quadragesimaprima mãsio uertitur in montes trãseuntiũ: & est contra faciẽ montis Nabo, ubi moritur & sepeliẽ Moyses, terra repromissionis ante conspecta. Nabo interpretat conclusio, in qua finitur lex, & non inueniẽ eius memoria. Porrò B gratia euãgelij absq; ullo fine tẽditur. In omnẽ terram exiuit sonus eius, & in fines orbis terræ uerba ipsius. Simulq; considera quod habitatio trãseuntiũ in montibus sita sit: & adhuc ꝓfectu indigeat. Post montes em̃ plurimos ad campestria Moab & Iordanis fluenta descendimus, qui interpretat descensio. Nihil em̃ (ut crebro diximus) tam periculosum est quàm gloriæ cupiditas & iactantia, & animus conscientia uirtutum tumens.

Quadragesimasecunda mansio.

ET ꝓfecti de montib. Abarim, castrametati sunt in cãpestrib. Moab בּוֹאָב super Iordanem iuxta Hiericho, ibiq; fixerũt tentoria. Ab domo solitudinis usq; Abel sitim אָבֵל שִׁטִּים in planicie Moab. In quadragesimasecũda quæ & extrema mãsio: cursim quæ sint gesta, narremus. Residẽs in ea populus à diuino Balaã, quẽ mercede conduxerat Balach filius Sephor, dei iussione benedicit: & maledictio mutatur in laudes: audit uocem domini ex prophano ore resonantẽ: Orietur stella ex Iacob, & consurget homo de Israel, & percutiet principes Moab, & uastabit cũctos filios Seth: & erit Edom hæreditas eius. Fornicat cũ filiabus Madian: & Phinees filius Eleazar, zelatus est zelũ domini Zambri & scortũ Madianitidẽ pugiõe trãsfigit: unde & accepit præmiũ in æternã memoriã, armũ uictimæ. Numerat rursum populus, numerãtur & leuitæ, ut interfectis pessimis, nouus populus dei cẽseatur. Interpellãt quinq; filiæ Salphaad: & ex iudicio domini, hæreditatẽ accipiũt: ut inter fratres suos, nec fœmineus à possessione dei sexus excludatur. Iesus Moysi in mõte succedit, & discit à lege, quę spiritualiter offerre debeat in ecclesia. Primũ quid per singulos dies, deinde quid sabbato, quid in Calẽdis, qd in pascha, quid 17 in pẽtecoste, quid in neomenia mẽsis septimi, quid in ieiunio eiusdẽ mẽsis die decimo, quid in Scenopegia, quãdo figũtur tabernacula, decimaquinta die supradicti mẽsis. Vxorum & filiarũ uota absq; autoritate patrum & uirorum cassa memorãtur: Bellũ contra Madianitas: & mors diuini Balaam, & prædæ diuisio, & oblatio ex ea in tabernaculo

dei. Primus Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, ultra Iordanē in eremo possessio c
nem accipiunt. Plurima enim habebant iumēta, & necdum ad id uenerant, ut possent ha
bitare cum templo. Docetur populus ut in terra sancta idola destruat: & nullus de prio-
ri habitatore seruetur. Describitur olim cupita prouincia, duarū semis tribuum hereditas separatur. Numerantur tribuū principes, qui terram sanctam debeant introire. Qua
dragintaduas urbes cum suburbanis suis usq; ad mille passus per circuitum, leuitæ accipiunt: tot numero, quot & istæ sunt mansiones. Et adduntur fugitiuorū sex aliæ ciuitates, tres intra Iordenem, & tres trans Iordanē, ut sint simul quadragintaocto. Qui fugiti
uorum suscipi, qui interfici debeant, qui usq; ad mortē pontificis maximi reseruari. Succedit Deuteronomij secunda lex, meditatoriū euangelij: ibiq; breuiter discimus quę inter Pharā & Tophel & Laban & Hazeroth, & loca aurea abiecto Iuda infelicissimo, undecim dierū uia de Horeb, per uiam mōtis Seir usq; ad Cades barne Moyses populo sit locutus: & extremū cantat canticū, in quo apertissime synagoga proijcit, & ecclesia domino copulat. Impinguatus est & incrassatus ac dilatatus, & recalcitrauit dilectus, & oblitus est dei saluatoris sui. Et iterū: Generatio pessima, filij ineruditi: ipsi ad æmulationē me prouocauerūt in eo qui nō erat deus. Iritauerūt me in sculptilibus suis: & ego zelare hos faciam nationes, & cōtra gentem stultā iritabo eos. Benedicunt filij Israel. Et rursus in Symeone Iudas miserandus excluditur. Ascendit Moyses ad montē Nabo, in uerticē Phasga, qui est cōtra Hiericho: & ostendit ei dominus omnē terrā Galaad usq; ad Dan & Neptalim & Ephraim & Manassen, & uniuersam terram Iuda, usq; ad mare magnū cōtra austrū, & regionē campestrē Hierichontis, ciuitatis palmarū, usq; Segor. Quis potest tanta nosse mysteria? Quis in extremis legis & huius uitæ finibus cōstitutus intelligit semper sibi esse pugnandū: & tunc plenā uictoriam dari si fuerit in campestribus, si D
in Abel asitim אבל חשישים quod interpretatur luctus spinarū, fleuerit antiqua peccata, & spinas quæ suffocauerunt sementem uerbi dei: & de quibus propheta dicit: Versatus sum in miseria, dum mihi configitur spina: & tunc præparatus, deficiente manna, sub duce Iesu Iordanem transeat: & circunciſus cultro euangelij, primum comedat de cœlesti pane: & occurrat ei princeps exercituum dei, ut uerum pascha nequaquam in Aegypto, sed in finibus terræ sanctæ comedat? O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uiæ illius. Quis sapiēs & intelligit hæc? Intelligens, & cognoscet ea? Quia rectæ uiæ domini: & iusti ambulabunt in eis. Prævaricatores autem corruent in illis.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

IN septuagesimo septimo psalmo.] Cuius initiū est: Attendite populе meus. Ex hoc Mat 1
thæus cap. xiij. citat uersiculum: Aperiam in parabolis os meū, eructo abscōdita à constitutione. D. Hieronymus admonet, in nōnullis exemplaribus scriptū fuisse in Matthæo, ut impleret quod dictū est per prophetam Esaiam: germanam aūt ac ueram scripturam fuisse, per prophetam Asaph. Deinde sciolum aliquē, cui Asaph nō uideretur propheta, quod inter uulgatos illos nō esset, pro Asaph subdidisse Esaiam, ut magis notum. Rursus alius quispiā offensus eo nomine, quod hæc uerba nō reperiantur in Esaia, sustulit prophetæ nomen. Porrò titulus psalmi septuagesimi septimi est, intellectus Asaph: simul & autorē indicans psalmi, & quæ illic de Hebræis egressis ab Ægypto memorant, non iuxta sensum historicum tantum, sed iuxta mysticū intellectū accipi debere. Quod autē Asaph prophetam uocat, non est mirandum, cum in hymnis & canticis prophetæ uocentur omnes à quibus ea composita sunt. Lepram domorum.] De his legimus Le 2
uitici capite decimotertio & capite decimoquarto. Taurum homicidam.] Exodi uicesimoprimo, iubetur taurus qui cornu percusserit hominē & occiderit, lapidibus obrui. Quod D. Hieronymus irridet, si ad literam obseruetur. At non pudet Christianos eadem hodie facere, cum homines pecunia corrupti sinant impunitos. Et iumentum adulterij reum.] Propterea quod Leuitici capitulo uicesimo, iubetur occidi, nō solum is qui cum iumento coierit, uerumetiā ipsum iumētum tanquam adulterum. Aurē subula perforatam.] Id habetur Exodi capite uicesimo. Capharnaum agrum.] Sic enim Capharnaū Hebræis sonat, ager pulchritudinis, uel uilla cōsolationis. Alluſit aūt ad hoc, quod post occisum ab Herode Ioannem, Christus relicta ciuitate sua, in qua contemptui habebatur, exijt in desertum, illuc secutam turbam quinq; panibus satiauit, ut legimus Matthæi decimoquarto. Terram Gessen.] Nam Gessen Hebræis sonat terram complutam. Exterminatorem 3
uocat

A uocat angelum percutientem Aegyptios, ut habetur Exodi capitulo duodecimo. Græci apris.] Ex exemplaribus nihil possum conijcere, nisi quod ex Græcorū cōmentarijs deprehenditur, ἀπάρσεις esse legendū, quas easdem illi σάθμους uocant, nos mansiones: quorum posterius dictum est, quod illic ab itinere subsistunt, prius à tollendis sarcinis. EX MANSIONE QVARTA Quod
4 pro supradicto elemento.] Scribendum est enim per literam ח heth, non per ע ain. EX QVIN-
5 TA. Quædam antidotus.] proprie pharmacū est, quod datur aduersus noxia, ueluti uenena. Extant complura remedia in literis medicorum, quæ ab amaritudine nomen habent, ἱφὰ πικρά, id est, sacra amara, & πικρὰ γαλινῆ, id est amara Galeni. Medicorum uulgus, ex picra pigram facit. EX
6 SEXTA. De quibus Paulus refert.] Est in prima ad Corinthios epistola cap. xv. Quia uisus est Cephæ, & post hoc undecim. Deinde uisus est plusquam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manent usq; adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde uisus est Iacobo, deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo, uisus est & mihi. EX DECIMATERTIA.
7 Nec uirulentias.] Virus uocatur non solum quod uenenum sit, sed etiam quod uehementem habeat nidorem. Olent autem carnes coctæ, maxime si accedat conditura. Poetarum autem carmina non simpliciter rem narrant, sed figuris & uerborum illecebris omnia condiunt: quibus non conuenit usq; adeo delectari ut diuinas fastidiamus literas, quod huiusmodi delicijs careant. EX DE-
8 CIMAQVARTA. Rursum iacit aliud fundamentum.] Alluſit ad locum qui est in epistola ad Hebræos cap. vi. Non rursum facientes fundamentū pœnitentriæ ab operibus mortuis. EX DE-
9 CIMAQVINTA. Cum carbonibus iuniperorum.] Mirum est, diuum Hieronymū nullam huius rei facere mentionem in cōmentarijs huius psalmi, unde mihi uidentur hæc quæ nos habemus, esse mutila, multis amputatis: id quod & in alijs multis deprehēdimus locis, ut id tantū scripserint, quod intelligerent, cæteris resectis, quod aliquid Græcorum aut Hebræorum nominum haberent admixtum. ἀρκεύθου Græci iuniperum uocant, quanq; huius duo genera facit Dioscorides arboris. Baccas fert quæ maturitate nigrescant, ἀρκευθίδας uocant, etiam si Dioscorides ipsam arborē ἀρκευθίδα
10 uocat. MANSIO DECIMASEXTA. ῥοιᾶς κοπῆ.] Id est mali punici sectio. Nam ῥοιὰ Græcis malum punicum est, & κόπτω seco. Inde κοπὴ sectio. Quanquam quidam codices habent ἀβοκοβί. Ex quo licet conijcere scriptum fuisse ἀρκοπή, id est absciſſio siue resectio, MANSIO DECIMA-
11 SEPTIMA. Legimus in Malachia.] Nempe capite primo. De lapide sculpto, legis apud Ezechielem capite quarto. MANSIO DECIMAOCTAVA. Hoc uerbum.] Nempe ressa. μικρογλωσσις.] Id est, parua Genesis, ut sit dictio composita, quod est probabilius, siue μικρὰ γλώ-
B σσις, ut sint duæ dictiones. Nam & Abraham patriarches.] Hanc historiam legis Genesis capite
12 decimoquinto, de uacca trima, capra trima, & ariete trimo: & turture & columba in frusta dissectis, necnon de abactis auibus, ne cadauera attingerent usq; ad solis occasum. Contemptorem oculum.] Alluſit ad id quod est Prouerbiorum capite triceſimo: Oculum qui subſannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, suffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filiæ aquilæ.

Verusq; Moyses.] Moyses uerus Christus. Aethiopissa ecclesia. Moyses autem ille duxerat Zephoram filiam Iethro, Exodi capite secundo. Quanquam hic locus mihi uidetur deprauatus. Sic enim habetur in plerisque: Verusq; Moyses & Elias ducit uxorem Aethiopissam, & à coruis pascitur. Legendum est autem: Verusq; Moyses ducit uxorem Aethiopissam, & Elias à coruis pascitur. Quod autem meminit hoc loco Aethiopissę, ad nigrorem respexit Aethiopum, quem habent cum coruo communem. De Elia, cui corui bis in die mane & uesperi panem & carnes adferebant, habes
13 tertio Regum libro capite decimoseptimo. VICESIMANONA MANSIO. κατακοπή.] Id est concisio à κατακόπτω, concido, cum res aut homo minutatim discerpitur ac uulneratur.
TRICESIMAPRIMA. παράλυσις.] Id est transitus. Ita legendum arbitror à πρὲ præter, & ἐλεύ-
14 θω uenio: nisi quis malit πρέλασις. id est præteruectio, ab ἐλάω. Verus Hebræus.] Id est πρᾶτης. πρᾶν transcendere siue transire, unde πρᾶτης transitor siue transmissor. Nam עברי Hebræus in ea
15 lingua sonat transitorem siue transitorium. TRIGESIMASECVNDA. Significantius Græce dicitur.] Ex uestigijs exemplarium colligo scriptum fuisse, ξυλακισμοὶ ἀνδρὸς, id est lignationes uiri, nisi quis malit ξυλισματα ἀνδρὸς. Nam ξυλίζομαι est ligna incido, uel ligna colligo. Quidam as-
16 scripserat hoc loco ξυλακισμοφόρῳ. TRIGESIMATERTIA. κατ' ἀντίφρασιν.] Id est per contrariam locutionem, cum diuersum significamus ei quod dicimus.
17 Vtraq; mansio ὑποκορισικὼς.] Id est diminutiue. Nam homuncio, lapillus & huiusmodi nomina uocant ὑποκορισικὰ, id est diminutiua, ab ὑποκορίζομαι diminuo, uerbo ficto à κόρη puella, quod hæ soleant blandientes uti diminutiuis. QVADRAGESIMASECVNDA. Quid in neomenia mensis septimi.] νεομηνία Græce uocatur initium lunæ. Nam μὴν luna est, νέον nouum, siquidem Græci Kalendas non habent, sed nouilunijs metiuntur suos menses. Vnde prouerbium: Ad Græcas Kalendas. Scænophegiæ.] Scenopegiæ scribendum absq; aspiratione. Nam σκηνὴ siue σκηῶ tentorium est siue tabernaculum, & πήγω siue πήγνυμι figo, siue pango. Vnde σκηνοπηγία festum apud Hebræos à figendis tentorijs dictum, quod ab illis agebatur in memoriam pristinæ uitæ quam in tabernaculis egerant. ANTIDOTVS Ne quem offendat quod Aegyptiorum primogenita interpretatur dogmata philosophorum, atq; eadem paulo post idola uocat, cum theolo-

gorum ſcholę tantum honoris habeant Ariſtotelicis decretis,ut explodatur,quí huius opinionibus uelit refragari,pauculis locis exceptis. Illud durius,quod in decretis idem totam damnat phyſicã,in qua uel maxime præcellit Ariſtoteles, ſcribens eos in obſcuritate mentis ingredi. Damnat dialecticen illius argutias appellans imò phantaſmata, & umbras rerũ euanidas, breuiq; perituras: atq; hæc ſcripſit cum nondũ eſſet tantus honos ethnicis philoſophis apud interpretes Chriſtianæ doctrinæ. Vbi enim apud Originẽ, aut Baſilium, aut Chryſoſtomũ legimus, philoſophus phyſicorum tertio, & philoſophus Meteorologicorũ ſecundo,& philoſophus Ethicorum primo? At nunc quidnis potius habetur q̃ theologus,qui iſta non paſſim inculcet. Ad hęc nondũ erat hæc dialectica ſophiſticis ſomnijs ac ſpinis undiq; plena. Et tamen à theologiæ myſterijs ueluti prophanus arcetur,qui non in huiuſmodi tricis bonam uitæ partem contriuerit. Neq; dubito quin ſi diuus Hieronymus hanc uidiſſet theologiã, Ariſtotelicis ſententijs ac legibus undiq; contaminatã, uel obrutam potius,tota libertate in rem tam indignã detonuiſſet. Quanq; Hieronymus non ſimpliciter improbat horum coillorum decreta pene æquant Chriſti decretis:quum Chriſti philoſophia ἀπὸ πασῶν à philoſopho rum decretis abſit,ut ſtultiſſimum ſit,ſi quid uſum eſt Ariſtoteli,id ad Chriſti leges trahere uelle. C

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Fabiola nobiliſſima matrona,Bethlehem ſe contulerat,illic cum Paula & Euſtochio uictura,uerum ingruentibus barbaris coacta eſt redire Romam. Itaq; quod præſenti pollicitus fuerat Hieronymus,nunc cum fœnore reddit abſenti.Etenim cum illa tantum doceri poſtulaſſet,quid haberet myſterij ueſtitus ſacerdotum ac leuitarũ, tam diligenter à Moyſe deſcriptus, adiecit uelut auctarium,de cata iam eſſet Bethlehemitica regio,redeat ad priſtinum contubernium.

HIERON. AD FABIOLAM DE VESTITV SACERDOTVM

VSq; hodie in lectione ueteris teſtamẽti ſuper faciem Moyſi uelamen poſitum 1
eſt.Loquitur glorificato uultu,& populus loquentis gloriam ferre non ſuſtinet. Cum autem conuerſi fuerimus ad dominũ,aufertur uelamen, occidens litera moritur, uiuificans ſpiritus ſuſcitatur. Dominus eñ ſpiritus eſt, & lex ſpiritualis. Vnde & Dauid orabat in pſalmo:Reuela oculos meos:& conſiderabo mirabilia de lege tua.Nunquid de bubus cura eſt deo? Vtiq; non.Multo magis de iecore bo- D
uis,arietis & hircorũ & armo dextro,pectuſculo & uentre quo ſtercora digerunt,quorum duo in eſum accipiunt ſacerdotes:tertium Phinees meretur in prẽmiũ.De uictimis ſalutaribus,adeps quo pectus obuoluit,& pinnula iecoris offerũtur ſuper altare: ipſum uero pectus & brachiũ dextrũ dantur Aaron & filijs eius legitimũ ſempiternũ à filijs Iſrael. Senſus in corde eſt,habitaculũ cordis in pectore. Quærit ubi ſit animæ principale. 2
Plato,in cerebro, Chriſtus monſtrat in corde:Beati mundo corde,quoniã ipſi deum uidebunt.Et,de corde procedũt cogitationes malæ.Et,quid cogitatis nequã in cordib⁹ueſtris? Voluptas & cõcupiſcentia,iuxta eos qui de phyſicis diſputãt, cõſiſtit in iecore.Huius pinnulã in diuerſa uolitantẽ, & per oculorũ feneſtras erumpentẽ foras, offerũt ſacerdotes deo:ut poſtq̃ opere dixerint deo,holocauſtũ tuum pingue fiat: & cõcupiſcentiam libidinis ſeminariũ, igni ſpiritus cõcremauerint, mereantur accipere præmiũ,pectus & brachiũ.In pectore mundas cogitationes,legis noticiã,dogmatũ ueritatẽ.In brachio bona opera & pugnã contra diabolũ & armatã manum,ut quod mente cõceperint,exemplo probent. Ieſus enim cœpit facere & docere. Ipſum quoq; pectuſculũ appellatur ἐπίθεμα,id eſt additamentũ ſiue prẽcipuũ & egregium:תנופה tenupha quippe hoc magis ſonat.Ex quo intelligimus iuxta illud Malachiæ: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã,& legem requirũt ex ore eius:prẽcipuã debere eſſe in ſacerdotibus legis doctrinæq; noticiã: & additamẽto gratiæ ſpiritualis, talem uirũ inſtitui,qui poſſit cõtradicentibus reſiſtere: & nihil in ſe ſiniſtri habere operis,quod ducat ad tartarũ:ſed dextrum brachium & ſeparatum, ut opera ſacerdotis cõparatione uirtutũ eius, à cunctis hominibus ſeparata ſint. Hæc de uictimis & his quæ offeruntur in altari,& ſacerdotibus dantur à domino.Cæterum & alia tria exceptis primitijs hoſtiarũ,& de priuato,& de macello publico, ubi non religio ſed uictus neceſſitas eſt, ſacerdotibus membra tribuuntur, brachium, maxilla, & uenter. De brachio iam diximus.Maxilla eloquentem eruditumq; ſignificat,ut quod pectore concipimus,ore promamus. Venter receptaculum ciborum,in ſcorto Madianitide

A nitide ſacerdotali pugione cõfoſſus,uniuerſos hominum labores, momẽtanea blandimenta gulæ,ſtercoris fine cõdemnat:& oſtendit mentibus cõſecratis deo, totum quod currimus,quod ſatagimus,quod uoramus,in ſeceſſum proijci. Vnde Apoſtolus:Eſcæ, inquit,uentri,& uenter eſcis:deus autẽ & hũc & illas deſtruet.Et ecõtrario de luxurioſis:Quor ũ deus uenter eſt,& gloria in cõfuſione eorũ. Vituli puluerẽ quem adorauerat Iſrael,in cõtemptum ſuperſtitionis in potum accepit populus, ut diſcat contemnere quod in ſeceſſum proijci uideat.Præcipitur ſacerdotibus,ne miniſtraturi in templo, uinum & ſiceram bibant,ne ebrietate & crapula & curis huius uitæ prægrauent corda eorum:nec partem habeant in terra, niſi ſolũ deum:ut nulla debilitate ſegnes ſint, ne truncis auribus,læſo oculo,ſimis naribus,claudo pede,cutis colore mutato: quæ omnia referuntur ad animæ uitia. Voluntas enim in homine,nõ natura damnat.Si quis è ſacerdotibus ſemine fluxerit,ad ſacerdotalem mẽſam prohibetur accedere:& ecõtrario uidua cuius cum Sara defecerũt muliebria,propter cõtinentiam & caſtitatẽ recipit in domum patris,& de templi ærario alitur.Quod ſi filios habuerit,reddit ſoboli ſuæ,ut iuxta Apo
5 ſtolum his miniſtretur,quæ uere uiduæ ſunt:& ut quæ de ſacerdotalib. ſuſtentat cibis, nullius alterius amore teneatur. Vicinus & mercenarius excludũtur à cõuiuio ſacerdotum,ſeruis ciborum reliquiæ cõceduntur.Iam tũc reijciebantur Phygelus & Hermogenes,& recipiebatur Oneſimus.Primitiæ ciborũ & omniũ frugum atq; pomorum offeruntur antiſtiti:ut habẽs uictum atq; ueſtitum, abſq; ullo impedimẽto ſecurus & liber ſeruiat domino.Primogenita mũdorum animalium accipiũt ſacerdotes: immundorũ precia.Hominum quoq; primi partus redimũtur:quia cõditio una naſcendi eſt, preciũ æqualiter offert,ſic moderatum & leue,ut nec dies intumeſcat, nec tenuis prægraueṫ. Aeditui & ianitores accipiũt decimas:& rurſum decimas decimarum offerũt ſacerdotibus:tãto illis minores quãto ipſi maiores populo. Quadragĩta octo ciuitates ad habitãdum leuitis & ſacerdotibus ſeparãtur:ſex urbes fugitiuorũ trans Iordanẽ & intra Iordanem eligũtur:& finis exilij,mors põtificis eſt. Vniuerſa quæ feſtinus ſermo perſtrinxit,
B & quorum pulſaui nec aperui ſacramẽta,ad cũctos pertinent ſacerdotes. Pontifex autẽ quãtis polleat priuilegijs,dicam breuiter. Caput,inquit,ſuum nõ diſcooperiet. Habet cidarim,& nomẽ dei portat in fronte:diademate ornatus eſt regio,ad perfectam Chriſti
6 uenit ætatẽ,ſemper eius gloria ꝓtegendus eſt:& ueſtimẽta ſua nõ ſcindet, quia candida ſunt,quia impolluta,quia agnum ſequẽtia,& de attonſæ ouis cõfecta uellerib. Thamar amiſſa pudicitia,ſcidit tunicã.Caiphas perdito ſacerdotio,rupit publice ueſtimẽta. Super ominẽ animam,quæ mortua eſt nõ ingreditur. Vbicũq; peccatum eſt, & in peccato mors,illuc põtifex nõ accedit. Anima quæ peccauerit,ipſa morietur.Quamuis ille ſit dives,quamuis potens,& multitudinem offerat uictimarũ,ſi mortuus eſt, non tangitur à pontifice,nõ uidetur.Quod ſi reuiuiſcit,& ad uocẽ ſaluatoris egredit de ſepulchro & faſcijs peccatorũ ſolutus incedit,intrabit ad eum põtifex:& ibi faciet manſionẽ & cum reſurgente prandebit. Super patre ſuo & matre ſua nõ inquinabitur. Multa nos facere cogit affectus:& dum ꝓpinquitatem reſpicimus corporũ,& corporis & animæ offendimus creatorẽ. Qui amat patrẽ aut matrẽ ſuper Chriſtũ,nõ eſt eo dignus.Diſcipulus ad ſepulturã patris ire deſiderãs,ſaluatoris prohibet imperio.Quãti monachorũ dum patris matriſq; miſerent,ſuas animas perdiderũt? Super patre & matre pollui nobis nõ licet,quãto magis ſuper fratre,ſororibus,cõſobrinis,familia,ſeruulis? Genus regale & ſacerdotale ſumus.Illũ attendamus patrẽ,qui nũquam moritur,aut qui pro nobis moritur:& qui ideo uiuens mortuus eſt,ut nos mortuos uiuificaret.Si quid habemus de Aegypto quod princeps mundi ſuũ poſſit agnoſcere, tenenti Aegyptiæ cũ pallio relinquamus. Sindone opertus adoleſcẽs,uinctum dominũ ſequebat:incurriſſet laqueos,niſi expeditus & nudus perſequentiũ declinaſſet impetum. Reddamus parentibus quæ parentum ſunt:ſi tamẽ uiuũt:ſi ſeruientes domino filios ſuos,præferri ſibi gloriant. Et de ſanctis non egredietur:& non polluet ſanctificationẽ dei ſui. Pro ocioſo quoq; uerbo rationẽ

redditu-

redditurí ſumus: & omne quod nõ ædificat audientes, in periculũ uertitur loquentiũ: c
Ego ſi fecero, ſi dixero quippiam, quod reprehẽſione dignũ eſt, de ſanctis egredior, &
polluo uocabulũ Chriſti, in quo mihi blandior: quãto magis pontifex & epiſcopus, quẽ
oportet eſſe ſine crimine, tantarumq; uirtutũ, ut ſemper moretur in ſanctis: & paratus
ſit uictimas offerre pro populo, ſequeſter dei & hominũ, & carnes agni ſacro ore cõfi-
ciens: quia ſanctum oleum dei ſui ſuper eum eſt. Nõ egredieẽ de ſancto, ne ueſtimẽtum
quo indutus eſt, polluat. Quotquot eñ in Chriſto baptizati ſumus, Chriſtũ induimus.
Seruemus tunicam quã accepimus, ſanctam cuſtodiamus in ſancto. Ille mõtanus habi-
tator, qui de Hieruſalẽ deſcendebat in Hiericho, nõ prius uulneratus eſt, q̃ nudatus. In-
funditur ei oleum, medicamẽtum lene, & miſericordia temperatũ: & quia debuit negli
gentia ſentire cruciatũ, uini auſteritate mordeẽ, ut per oleum ad pœnitẽtiam prouoce-
tur, per uinum ſentiat ſeueritatẽ iudicantis. Vxorem uirginẽ accipiet, uiduam autem
iectam & meretricẽ nõ accipiet, ſed uirginem de genere ſuo, & nõ contaminabit ſemẽ
ſuum in populo. Ego dominus qui ſanctifico eum. Scio põtificem, cui præcepta nunc
dantur, à pleriſq; Chriſtum intelligi: & id quod dictũ eſt, ſuper patre & matre nõ inqui-
nabitur, de uirginali Mariæ partu ediſſeri: multoq; facilior eſt ſuper domino interpreta
tio, qui audit in pſalmo: Tu es ſacerdos in ẽternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedek. Et in Za
charia: Audi Ieſu ſacerdos magne: & cui ſordida peccatorũ noſtrorũ ueſtimẽta tollunt,
ut recipiat gloriã quã habuit apud patrẽ priusq̃ mũdus eſſet. Sed ne quis me uim face
re ſcripturæ putet, & ſic amare Chriſtũ, ut hiſtoriæ auferam ueritatem, interpretabor in 7
membris, quod referatur ad caput: intelligam de ſeruis, quod impleat in domino. Quã-
quam gloria domini, gloria famulorũ ſit. Et ubicũq; opportunitas loci tulerit, ſic de ue
ro lumine diſputabo, ut deriuetur ad eos, quibus Chriſtus donauit ut lumẽ ſint. Ponti-
fex iſte quẽ Moſaicus ſermo deſcribit, uiduam, eiectam & meretricẽ nõ duxit uxorem. D
Vidua eſt, cuius maritus eſt mortuus. Eiecta quæ à marito uiuẽte proijcitur. Meretrix,
quæ multorũ libidini patet. Sed accipiet, inquit, uxorẽ uirginẽ & de genere ſuo: nõ alie-
nigenam, ne in mala terra, nobiliũ ſeminũ frumenta degenerent: Non meretricẽ, quæ
multis expoſita eſt amatorib. Non eiectã, quæ etiã priori cõiugio indigna fuit. Non ui-
duam, ne priſtinarũ meminerit uoluptatũ: ſed illã animã, quæ non habet maculam, neq;
rugam, quæ cũ Chriſto renata innouaẽ de die in diem, de qua Apoſtolus loquitur: De-
ſpondi eñ uos uni uiro, uirginẽ caſtã exhibere Chriſto. Nolo diſcipulã coniugẽ ponti-
ficis quicquã habere de uetere homine. Si cõſurreximus cũ Chriſto, ea quę ſurſum ſunt
ſapiamus, præteritorũ obliti, futurorũ auidi. Infelix Simon, quia poſt baptiſmũ de anti-
quo matrimonio cogitabat, nec ad uirginalẽ uenerat puritatẽ, Petri cõſortio indignus
fuit. Cõpuliſti me Fabiola literis tuis, ut de Aaron tibi ſacerdotio ſcribẽ & ueſtimẽtis.
Ego plus obtuli, ut de cibis & primitijs ſacerdotũ, & de obſeruatione põtificis præfati-
unculam ſtruerẽ. Egreſſa de Sodomis, & ad montana feſtinans, nõ uis habitare in parua
urbe Segor. Tranſcendens proſelytos, præteris Iſraelitas, dimittens leuiticũ gradum, &
præpete penna tranſuolans ſacerdotes, ad pontificẽ uenis. Sed dum ueſtes eius & ratio-
nale pectoris diligẽter inquiris, noſtra tibi diſplicuere conſortia. Et tu quidẽ optato frue
ris ocio: & iuxta Babylonẽ Bethlehemitica forſitan rura ſuſpiras. Nos in Ephrata, tandẽ
pace reddita, uagientem de præſepi audimus infantẽ: & querimonias eius ac uoculas, ad
tuas aures cupimus peruenire. Legimus in Exodo, tabernaculũ, menſam, candelabrũ,
altare, columnas, tentoria, coccũ, byſſum, hyacinthũ, purpuram, ex auro, argento, ære
uaſa diuerſa, tabernaculũ diuiſum in tria, duodecim panes per ſingulas hebdomadas
menſæ impoſitos, in candelabro ſeptem lucernas, altare hoſtijs holocauſtiſq; expoſi-
tum, crateras, ſcyphos, thuribula, phialas, mortariola, paxillos, pelles rubras, pilos ca-
prarũ & ligna imputribilia. Tanta & talia offerunt in tabernaculo dei: ut nullus deſpe
ret ſalutẽ. Alius aurũ ſenſuum, alius argentum eloquij, alius uocẽ æris exhibeat. Totus
mundus in tabernaculi deſcribit ſacramẽto. Primum & ſecundũ ueſtibulum omnibus
patet

A patet. Aqua enim & terra, cũctis mortalibus data ſunt. In ſanctis uero ſanctorum, quaſi
ad æthera & in cœlũ, paucorum introitus & uolatus eſt. Duodecim panes, duodecim
menſiũ ſignificãt circulũ. Septem lucernæ, ſeptem errantia aſtra demõſtrant. Et ne lon-
gum faciam (neq; eñ propoſitum nũc eſt de tabernaculo ſcribere) ueniam ad ſacerdo
talia ueſtimẽta: & antequam myſticam ſcruter intelligẽtiam, more Iudaico quæ ſcripta
ſunt ſimpliciter exponam: ut poſtq̃ ueſtitũ uideris ſacerdotem, & oculis tuis omnis eius
S patuerit ornatus, tunc ſingulorum cauſas pariter exquiramus. Diſcamus primũ com-
munes ſacerdotum ueſtes atq; põtificum. Lineis fœminalibus, quæ uſq; ad genua & po
plites ueniunt, uerenda cælantur: & ſuperior pars ſub umbilico uehemẽter aſtringitur:
ut ſi quando expediti mactant uictimas, tauros & arietes, trahunt portantq; onera, & in
officio miniſtrãdi ſunt, etiã ſi lapſi fuerint, & fœmora reuelauerint, nõ pateat quod o-
pertum eſt. Inde & gradus altaris prohibẽtur fieri: ne inferior populus aſcẽdentium ue-
renda cõſpiciat, uocaturq; lingua Hebræa hoc genus ueſtimẽti מכנסי michneſe, Græ-
ce περισκελῆ, à noſtris fœminalia, uel bracæ uſq; ad genua pertingẽtes. Refert Ioſephus
(nam ætate eius adhuc templum ſtabat: & necdum Veſpaſianus & Titus Hieroſolymã
ſubuerterant, & erat ipſe de genere ſacerdotali: multoq; plus intelligit quod oculis ui-
detur, q̃ quod aure percipitur) hæc fœminalia de byſſo retorta ob fortitudinem ſolere
contexi, & poſtquã inciſa fuerint, acu cõſui. Nõ eñ poſſe in tela huiuſcemodi fieri. Se
cunda ex lino tunica eſt ποδήρης. i. talaris, duplici ſindone, quã & ipſum Ioſeph⁹ byſſinã
uocat appellaturq; כתנת chetonet. i. χιτὼν, quod Hebræo ſermone in lineã uertit. Hęc
adhæret corpori, & tam arcta eſt & ſtrictis manicis, ut nulla omnino in ueſte ſit ruga,
& uſq; ad crura deſcẽdat. Volo pro legẽtis facilitate abuti ſermone uulgato. Solent mili
tantes habere lineas, quas camiſias uocant, ſic aptas membris & aſtrictas corporibus, ut
expediti ſint uel ad curſum, uel ad prelia, dirigere iacula, tenere clypeũ, enſem librare, &
B quocunq; neceſsitas traxerit. Ergo & ſacerdotes parati in miniſterĩ dei, utuntur hac tu
nica, ut habẽtes pulchritudinẽ ueſtimentorum, nudorũ celeritate diſcurrant. Tertiũ
genus eſt ueſtimenti, quod illi appellant אבנט abanet, nos cingulũ, uel baltheum, uel zo
nam poſſumus dicere, Babylonij nouo uocabulo ממיינין hemeianin uocant. Diuerſa
uocabula ponimus, ne quis erret in nomine. Hoc cingulum in ſimilitudinẽ pellis colu-
bri qua exuit ſenectutẽ, ſic in rotundum textũ eſt, ut marſupium lõgius putes. Textũ eſt
aũt ſubtegmine cocci, purpuræ, hiacynthi, & ſtamine byſſino, ob decorẽ & fortitudi-
nem: atq; ita polymita arte diſtinctum, ut diuerſos flores ac gemmas artificis manu non
textas, ſed additas arbitreris. Lineam tunicam, de qua ſupra diximus, inter umbilicum &
pectus hoc ſtringunt baltheo, qui quatuor digitorum habens latitudinẽ, & ex una par-
te ad crura dependẽs, cum ad ſacrificia curſu & expeditione opus eſt, in lęuũ humerũ re
torquetur. Quartũ genus eſt ueſtimẽti, rotundũ pileolũ, quale pictum in Vlyſſe cõſpi
cimus, quaſi ſphæra media ſit diuiſa, & pars una ponatur in capite: hoc Græci & noſtri
πάπαν, nõnulli galerum uocãt, Hebræi מצנפת miznepheth: nõ habet acumẽ in ſummo
nec totũ uſq; ad comã caput tegit: ſed tertiã partẽ à fronte inopertam relinquit: atq; ita in
occipitio uitta cõſtrictum eſt, ut nõ facile labatur ex capite. Eſt autẽ byſſinũ, & ſic fabre
opertũ linteolo, ut nulla acus ueſtigia extrinſecus appareãt. His quatuor ueſtimẽtis. i. fœ
minalibus, tunica linea, cingulo, quod purpura, cocco, byſſo, hyacinthoq; cõtexit, & pi
leo, de quo nũc diximus, tã ſacerdotes q̃ põtifices utunt. Reliqua quatuor ꝓprie põtifi-
cum ſunt, quorũ primũ eſt mail מעיל. i. tunica talaris, tota hyacinthina, ex laterib. eiuſ-
dem coloris aſſutas habẽs manicas, & in ſuperiori parte qua collo inducit aperta, quod
uulgo capitiũ uocãt, oris firmiſsimis ex ſe textis, ne facile rumpant. In extrema parte. i. ad
9 pedes, ſeptuaginta duo ſunt tintinnabula, & totidẽ mala punica, ijſdẽ cõtexta coloribus,
ut ſupra cingulũ. Inter duo tintinnabula unũ malũ eſt: inter duo mala unũ tintinabulũ,
ut alterutrũ ſibi media ſint: cauſaq; reddit. Idcirco tintinnabula ueſti appoſita ſunt, ut
cum ingreditur põtifex in ſancta ſanctorum, totus uocalis incedat, ſtatim moriturus ſi
hoc

hoc non fecerit. Sextũ est uestimentum quod Hebraica lingua dicitur ephod אֵפֹד Septuaginta ἐπωμίδα, id est superhumerale appellant. Aquila ἐπίφαμμα, nos ephod suo ponimus nomine. Et ubicunq; in Exodo, siue in Leuitico superhumerale legit, sciamus apud Hebræos ephod appellari. Hoc aũt esse pontificis uestimentũ, & in quadam epistola scripsisse me memini: & omnis scriptura testatur sacrum quiddam esse, & solis cõuenientis pontificibus. Nec statim illud occurrat, quod Samuel qui leuita fuit, scribit in regnorum primo libro, habuisse ætatis adhuc paruulæ ephod bad. id est superhumerale lineum: cum Dauid quoq; ante arcã domini idem portasse referat. Aliud est enim ex quatuor supradictis coloribus, id est hyacintho, byssо, coeco, purpura, & ex auro habere contextũ: aliud in similitudinẽ sacerdotũ simplex & lineũ. Auri laminę, id est bracteę mira tenuitate tenduntur, ex quibus secta fila torquentur, cum subtegmine trium colorum, hiacynthi, cocci, purpuræ, & cum stamine byssino: & efficitur palliolũ miræ pulchritudinis, præstringẽs fulgore oculos in modũ caracallarũ, sed absq; cucullis. Contra pectus nihil contextũ est, & locus futuro rationali derelictus. In utroq; humero habet singulos lapides clausos & astrictos auro, qui Hebraice dicunt̃ soom שֹׁהַם ab Aquila & Symmacho & Theodotione onychini: à Septuaginta smaragdi transferuntur: Iosephus Sardonycas uocat, cũ Hebræo Aquilaq; consentiẽs: ut uel colorẽ lapidũ, uel patriam demonstraret. Et in singulis lapidibus sena patriarcharũ nomina sunt, quibus Israeliticus populus diuiditur. In dextro humero maiores filij Iacob, in læuo minores scripti sunt: ut pontifex ingrediens sancta sanctorũ, nomina populi pro quo rogaturus est dominũ, portet in humeris. Septimũ uestimentũ est mensura paruũ, sed cunctis supradictis sacratius. Intende quæso animum, ut quæ dicuntur intelligas. Hebraice uocatur hosen חֹשֶׁן Græce autem λόγιον, nos rationale possumus appellare, ut ex ipso statim nomine scias mysticũ esse quod dicitur. Pãnus est breuis ex auro & quatuor textus coloribus, hoc est ijsdem quibus & superhumerale, habens magnitudinẽ palmi per quadrũ, ne facile rumpatur. Intexti sunt ei duodecim lapides miræ magnitudinis atq; precij per quatuor ordines: ita ut in singulis uersiculis terni lapides collocentur. In primo ordine sardius, topazius, smaragdus ponitur. Symmachus dissentit in smaragdo, ceraunium pro eo transferens. In secundo carbũculus, sapphyrus, iaspis. In tertio lyncurius, achates, amethystus. In quarto chrysolitus, onychinus, berillus. Satisq; miror cur hyacinthus preciosissimus lapis in horũ numero non ponatur: nisi forte ipse est alio nomine lyncurius. Scrutans eos qui de lapidum scripsere naturis atq; gemmarũ, Lyncurium inuenire non potui. In singulis lapidibus secundum ætates duodecim tribuũ sculpta sunt nomina. Hos lapides in diademate principis Tyri, & in Apocalypsi Ioannis legimus, de quibus extruit̃ cœlestis Hierusalem: & sub horum nominibus & specie, uirtutum uel ordo uel diuersitas indicatur. Per quatuor rationalis angulos, quatuor anuli sunt aurei, habẽtes cõtra se in superhumerali alios quatuor: ut cum appositũ fuerit λόγιον in loco, quẽ in ephod diximus derelictum, anulus ueniat cõtra anulum, & mutuo sibi uittis copulent̃ hyacinthinis. Porrò ne magnitudo & pondus lapidum contexta stamina rumperet, auro ligati sunt atq; cõclusi: nec sufficit hoc ad firmitatẽ, nisi & catenæ ex auro fierẽt, quæ ob pulchritudinẽ fistulis aureis tegerent̃: haberentq; & in rationali supra duos maiores anulos, qui uncinis superhumeralis aureis necterent̃, & deorsum alios duos: nã post tergũ in superhumerali cõtra pectus & stomachũ, ex utroq; latere erant anuli aurei, qui catenis cũ rationalis inferioribus anulis iungebant̃: atq; ita fiebat, ut astringeretur & rationale superhumerali, & superhumerale rationali, ut una textura cõtra uidentib. putaret̃. Octaua est lamina aurea, id est, sis zaab צִיץ זָהָב in qua scriptũ est nomẽ dei Hebraicis quatuor literis י iod ה he ו uau ה he, quod apud illos ineffabile nuncupatur. Hæc super pileolum lineũ & cõmune omnium sacerdotũ, in pontifice plus addit̃, ut in fronte uitta hyacinthina constringatur, totamq; põtificis pulchritudinem, dei uocabulum coronet & protegat. Didicimus quæ uel communia cum sacerdotibus, uel quæ specialia pontificis uestimenta sint: & si tanta difficultas fuit in uasis fictilibus, quãta maiestas erit in thesauro, qui intrinsecus latet? Dicamus igitur prius quod ab Hebræis accepimus: & iuxta morem nostrũ, spiritualis postea intelligẽtiæ uela pandamus. Quatuor colores ad quatuor elementa referunt̃, ex quibus uniuersa subsistunt. Byssus terræ deputatur, quia ex terra gignitur. Purpura mari, quia ex eius cochleolis tingitur. Hyacinthus aeri, propter coloris similitudinem. Coccus igni & ætheri, qui Hebraice שָׁנִי sen appellatur: quod Aquila ὑάφαινον, Symmachus ὑάφανον interpretatus est. Pro cocco iuxta Latinum eloquiũ, apud Hebræos tolaath תּוֹלַעַת id est, uermiculus scribitur: & iustũ esse cõmemorant, ut pontifex creatoris nõ solum pro Israel, sed & pro uniuerso mũdo roget: si quidẽ ex terra & aqua & aere & igne mundus iste cõsistit: & hæc elementa sunt omniũ. Vnde primũ uestimentum lineũ, terram significat: secundũ hyacinthinũ, aerem in colore demonstrãs: quia de terrenis paulatim ad excelsa sustollimur: & ipsa uestis hyacinthina à capite usq; ad talos ueniens, indicat aerem de cœlis usq; ad terram fusum. Mala autẽ punica & tintinnabula in inferioribus posita fulgura tonitruaq; demõstrant: siue terram & aquã, & omnium elementorũ inter se consonantiam: & sic sibi uniuersa perplexa, ut in singulis omnia reperiantur. Quod autẽ supradicti colores auro intexti sunt: id significari uolũt, quod uitalis calor, & diuini sensus prouidentia, uniuersa penetret. Superhumerale & duos lapides, uel smaragdinos, uel onychinos, qui desuper sunt, & utrumq; humerum tegunt, duo hemisphæria interpretant̃: quorum aliud sũper terrã, aliud sub terra sit: siue solem & lunã, quæ desuper rutilant. Zonam illam qua sacerdotis pectus artatur, & linea tunica id est terra cõstringitur, interpretant̃ oceanũ. Rationale in medio positũ, terram ediderunt: quæ instar puncti, licet omnia in se habeat, tamẽ à cũctis uallat̃ elementis. Duodecim lapides, uel zodiacũ interpretantur circulũ, uel duodecim menses: & in singulis uersiculis, singula assignant tempora, & his ternos deputãt menses. Nec alicui gentilis uideatur expositio. Non em̃ si cœlestia & dei dispositionem, idolorum nominibus infamarunt: idcirco dei est neganda prouidentia, quæ certa lege currit & fertur, & regit omnia. Nam & in Iob, Arcturũ & Orionẽ & מַזָּלוֹת mazoloth, hoc est, zodiacum circulũ & cætera astrorũ nomina legimus: nõ quod eadẽ apud Hebræos uocabula sint, sed quod nos non possumus quæ dicunt̃, nisi consuetis uocibus intelligere. Pulchre autem hocipsum quod in medio est, appellatur rationale. Ratione em̃ cuncta sunt plena, & terrena hærẽt cœlestibus, imò ratio terrenorũ & temporum, caloris & frigoris, & duplex inter utraq; temperies, de cœli cursu & ratione descẽdit. Vnde & rationale cum ephod fortius stringitur. Porrò quod dicit̃ in ipso rationali δήλωσις esse & ἀλήθεια, id est, manifestatio atq; doctrina uel ueritas, hocipsum significat, quod nunq̃ in dei ratione mendaciũ sit: sed & ipsa ueritas multis signis & argumẽtis mõstretur hominibus, & usq; ad mortales ueniat. Vnde factũ est, ut rationẽ solis & lunę & anni & mẽsium & temporum & horarũ, tempestatũ quoq;, serenitatis atq; uentorum & rerum omniũ nosceremus, accipiẽtes insitam à deo sapiẽtiam, & ipso habitatore atq; doctore, domicilij sui nobis & fabricæ scientiam demõstrante. Super omnia ciddaris & uitta hyacinthina cœlum mõstrat: & auri lamina quæ in fronte põtificis est, inscriptumq; nomẽ dei, uniuersa quæ subter sunt, dei arbitrio gubernari. Idipsum ego puto sub alijs nominibus & in Cherubim & quatuor animalibus figuratũ, quæ ita sibi permixta sunt & hærent, ut in uno inueniant̃ & cætera: & quod instãter, & ante se uadant, & nõ reuertantur. Labunt̃ em̃ tẽpora, & præterita relinquẽtia, ad futura festinãt. Quod autẽ semper in motu sunt, illud significant quod & philosophi suspicãtur, currere mundũ suo ordine, & incessabiliter uelut rotã in suo axe torqueri: unde & rota in rota, id est, tẽpus in tẽpore: & annus in semetipsum reuoluit̃: & ipsæ rotæ eleuant̃ ad cœlũ, & super crystallũ thronus ex sapphiro est, & super thronũ similitudo sedẽtis: cui? inferiora ignea sunt, superiora electrina: ut demõstret quæ inferiora sunt, igne & purgatione indigere: quæ sursum, in cõditiõis suæ puritate persistere. Et quomodo hic in habitu sacerdotis, auri lamina est desuper: ita

per:ita in Ezechiele electrũ in pectore,& in uertice collocaẽ.Iustum ergo erat (sicut supra ex parte diximus) ut pontifex dei, creaturarũ omniũ typum portans inuestibus suis, indicaret cuncta indigere misericordia dei:& cum sacrificaret ei, expiaretur uniuersalis conditio,ut nõ pro liberis ac parentibus & propinquis,sed pro cuncta creatura,& uoce & habitu precaretur. Tetigimus expositionẽ Hebraicam, & infinitã sensuum syluam alteri tempori reseruantes, quædã futuræ domus strauimus fundamenta. De fœminalibus lineis hoc solent dicere,ratio seminũ & generationis ad carnem pertinens,terrę per ea deputaẽ. Vnde & ad Adam loquitur deus: Terra es,& in terram ibis. Causasq; huius rei, quomodo de paruulo semine & fœdissimis initijs tanta uel hominũ uel diuersarum rerum pulchritudo nascaẽ,esse obuolutas, & humanis oculis nõ patere.Legimus in Leuitico,iuxta præceptum dei, Moysen lauisse Aaron & filios eius:iam tunc purgationem mundi & rerum omniũ sanctitatẽ,baptismi sacramenta signabant. Non accipiũt uestes, nisi lotis prius sordibus:nec ornantur ad sacra,nisi in Christo noui homines renascanẽ. Vinum enim nouum in nouis utribus mittitur.Quod autẽ Moyses lauat,legis indicium est.Habent Moysen & prophetas,ipsos audiant.Et ab Adam usq; ad Moysen omnes pec cauerunt.Præceptis dei lauandi sumus,& cum parati ad indumentũ Christi, tunicas pel liceas deposuerimus, tunc induemur ueste linea, nihil in se mortis habente,sed tota candida:ut de baptismo consurgentes, cingamus lumbos in ueritate, & tota pristinorũ peccatorũ turpitudo cæletur.Vnde & Dauid: Beati quorũ remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.Post fœminalia & lineã tunicã induimur hyacinthino uestimento,& incipimus de terrenis ad alta cõscendere.Hęc ipsa hyacinthina tunica,à Septuagin ta ὑποδύτης, id est,subucula nominaẽ:& proprie pontificis est:significatq; rationẽ sublimium nõ patere omnibus,sed maioribus atq; perfectis. Hanc habuerunt Moyses & Aaron & prophetæ,& omnes quibus dicitur:In montẽ excelsum ascende tu,qui euangelizas Sion.Nec sufficit nobis priorum ablutio peccatorũ,baptismi gratia,doctrina secretior,nisi habuerimus & opera.Vnde iungitur & ephod,id est,superhumerale,quod rationali copulatur:ut non sit laxum,neq; dissolutũ,sed hæreant sibi inuicẽ & auxilio sint. Ratio enim operibus,& opera ratione indigẽt: ut quod mente percipimus,opere perpetremus.Duoq; lapides in superhumerali,uel Christum significant & ecclesiã,duodecim apostolorum qui ad prædicationẽ missi sunt nomina continentes: uel literam & spiritũ, in quibus cõtinentur legis uniuersa mysteria. In dextra spiritus,in læua litera est. Per literas ad uerba descendimus,per uerba uenimus ad sensum. Quàm pulcher ordo,& ex ipso habitu sacramenta demonstrans.In humeris opera sunt,in pectore ratio.Vnde & pectusculum comedunt sacerdotes.Hoc autẽ rationale duplex est,apertum & absconditũ, simplex & mysticum,duodecim in se lapides habens,& quatuor ordines:quos quatuor puto esse uirtutes,prudentiã,fortitudinẽ,iusticiam & temperantiã,quæ sibi hærent inuicem,& dum mutuo miscentur, duodenarium efficiunt numerũ: uel quatuor animalia, quæ in Apocalypsi describuntur plena oculis,& domini luce radiantia mundum illuminant.In uno quatuor, & in quatuor singula. Vnde & ἀγλωσις & ἀλήθεια, id est,manifestatio uel doctrina & ueritas in pectore sacerdotis est.Cum enim indutus quis fuerit ueste multiplici,consequens est,ueritatẽ quam corde retinet,sermone proferre:& ob id in rationali ueritas est,id est,scientia,ut nouerit quæ docenda sint:& manifestatio atq; doctrina,ut possit instruere alios,quod mẽte cõcepit. Vbi sunt qui innocentiã sacerdoti dicunt posse sufficere? Vetus lex nouę cõgruit:idipsum Moyses quod Apostolus.Ille sacerdotis scientiã ornat in uestibus: iste Timotheũ & Titũ instruit disciplinis. Sed & ipse uestimentorũ ordo præcipuus.Legamus Leuiticũ. Nõ prius rationale & sic superhumerale,sed ante superhumerale,& deinceps rationale. A mandatis tuis,inquit,intellexi:prius faciamus,& sic doceamus:ne doctrinæ autoritas,cassis operibus destruaẽ.Hoc est quod in propheta legimus:Seminate uobis in iusticia,& metite fructum uitę:illuminate uobis lumen scientiæ. Primum seminate in iusticia,& fructum uitæ æternæ metite:postea uobis scientiam

bis scientiã uendicate. Nec statim absoluta perfectio est, si quis superhumerale & rationale habeat:nisi hęc ipsa inter se forti cõpagine solidentur,& sibijnuicem cõnexa sint:ut & operatio rationi,& ratio operibus hæreat: & his præcedẽtibus, doctrina sequatur & ueritas. Quatuor elementa,de quibus supra diximus, & duos lapides uel onychinos uel smaragdinos:& gemmas duodecim,quæ ponunt in rationali,si esset tempus ut discuterem, singulorũ naturas & causas tibi exponerẽ:& quid unusquisq; ualeat, & quomodo uirtutibus singulis cõparentur,plenius quæsita demonstrarẽ. Sufficiat,quod & sanctus papa Epiphanius egregiũ super hoc uolumen edidit:quod si legere uolueris,plenissimã scientiam consequeris. Ego iam mensurã epistolæ excedere me intelligo, & excipientis ceras uideo esse cõpletas. Vnde ad reliqua transeo,ut tandem finiatur oratio.Lamina aurea rutilat in fronte:nihil enim nobis prodest omniũ rerum eruditio, nisi dei scientia coronemur.Lineis induimur,ornamur hyacinthinis, sacrato baltheo cingimur,danẽ nobis opera,rationale in pectore ponitur:accipimus ueritatẽ,profert sermo doctrinã:imperfecta sunt uniuersa, nisi tam decoro currui dignus quæraẽ auriga, & super creaturas creator insistens, regat ipse quæ condidit. Quod olim in lamina monstrabatur, nunc in signo ostenditur crucis. Auro legis, sanguis euangelij preciosior est. Tunc signũ iuxta Ezechielis uocẽ gementibus figebatur in fronte: nunc portantes crucẽ dicimus,Signatum est super nos lumen uultus tui domine.Bis in Exodo legimus præcipiente domino, & Moyse iussa faciente,octo uestium genera pontificis. In Leuitico de septem tantũ scriptum est: & refertur quomodo Moyses fratrẽ suum Aaron illis induerit: de solis fœminalibus nihil dicitur:hac (ut arbitror) causa,quod ad genitalia nostra & uerenda lex nõ mittit manũ, sed ipsi secretiora nostra & confusione digna tegere & uelare debemus, & conscientiã puritatis fœminũ deo iudici reseruare. De cæteris uirtutibus (uerbi gratia) sapientia,fortitudine,iusticia,temperãtia,humilitate,mansuetudine,liberalitate,possunt & alij iudicare: pudicitiã solam nouit cõscientia, & humani oculi huius rei certi iudices esse non possunt: absq; his qui passim in morem brutorum animalium libidini expositi sunt. Vnde & Apostolus: De uirginibus,inquit, præceptum domini non habeo: quasi Moyses loquatur: fœminalibus ego nõ uestio,nec impono alicui necessitatem: qui uult sacerdos esse,ipse se uestiat.O quantæ uirgines,& quantorũ sperata pudicitia in die iudicij dehonestabitur:quantorũ infamata pudicitia à deo iudice coronabitur.Ipsi igitur assumamus fœminalia:ipsi nostra uerenda operiamus: non quæramus alienos oculos. Ita tegantur genitalia, ut nullorum oculis pateant: ne quando intramus sancta sanctorũ,si qua apparuerit turpitudo, morte moriamur. Iam sermo finiẽ, & ad superiora retrahor. Tanta debet esse scientia & eruditio pontificis dei, ut & egressus eius & motus & uniuersa uocalia sint. Veritatem mente concipiat, & toto eam habitu resonet & ornatu: ut quicquid agit,quicquid loquitur,sit doctrina populorum. Absq; tintinnabulis enim & diuersis coloribus & gemmis floribusq; uirtutũ, nec sancta ingredi potest, nec nomen antistitis possidere. Hæc ad unam lucubratiunculam cum iam funis solueretur à littore, & nautæ crebrius inclamarent,propero sermone dictaui, quæ memoria tenere poterã, & quæ diuturna in rationali pectoris mei lectione congesseram: satis intelligens magis me loquendi impetu, quàm iudicio scribentis fluere, & more torrentis turbidum proferre sermonem. Fertur in indice Septimij Tertulliani liber de Aaron uestibus, qui interim usq; ad hanc diem à me non est repertus. Si à uobis propter celebritatẽ urbis fuerit inuentus,quæso ne meam stillam illius flumini comparetis.Non enim magnorum uirorum ingenijs,sed meis sum uiribus æstimandus.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

Moysi uelamen.] Verba Pauli sunt ex secunda ad Corinthios epistola cap.iij. quibus significat, Iudæos legem Mosaicã ad literam interpretari, cum in ea mors sit, in spirituali sensu uita. Multo magis de iecore.] Repetenda est negatio,nõ est,alioquí multo magis quadrabat,multo minus.Porro de legibus Iudaicarum uictimarum,legis in Leuitico. Quo stercora digeruntur.] Nam quibusdã duo uentres sunt.Et digeruntur posuit,non pro concoquunt,

sed pro distinguuntur. De uictimis salutaribus.] Nam erant uictimæ pro peccatis, erant & pacificæ. c
Adeps quo pectus.] Adeps pinguedo est concreta ex sanguine concocto. Vnde qui sanguine carent, carent & adipe. Ea si durior fuerit, & pluscul̄ habuerit terrenę naturæ, sebum, seu seuum uocatur. Et pinnula iecinoris.] Habet enim hoc extum prominentes ceu pinnulas, quas nonnulli fibras uocant. Sensus in corde.] Sensus hoc loco non significat eum sensum, cuiusmodi est auditus aut uisus, sed ipsam mentem qua intelligimus, quam Græci uocant νοῦν. Plato in cerebro.] Plato in 2
Timæo, summam animæ partem, quam rationalem uocat, in cerebro ueluti regem in arce collocat: undique sensibus ceu satellitibus stipatam, præcipue uisu & auditu. Vim irascibilem statuit in corde, uim concupiscibilem in iecore, ueluti in infima corporis parte. Iecur enim infra stomachū est, & stomachus adhæret uentri. Cæterum animæ principale Hieronymus Græce dixit magis quàm Latine. Nam illi uocant τὸ ἡγεμονικόν, quod gubernet reliquas animi uires & coherceat. Vnde quod ratio est in homine, id princeps deberet esse in republica. Christus in corde.] Fuit in hac sententia Plinius, ita scribens de corde: Prima domicilia intra se animæ & sanguini præbet sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino, ibi mens habitat. Voluptas & concupiscentia.] Opinor legendum uoluntas, nō uoluptas: ut intelligas eam uim, qua amamus atq; odimus, appetimus ac refugimus: eam in iecore constituunt, in quo sanguinis est officina, & bilem habet annexā ueluti igniculum. Indicant hoc & Poetæ: Neq; enim mihi cornea fibra est. Et: Siccum iecur ardeat ira. Addit autem iuxta eos, qui de physicis disputant, propterea quod Christus hæc quoq; posuerit in corde.
Huius pinnulam.] Voluntas hominis, quoniam uarias res appetit, ac sæpe noxias, uolitare dicitur. Ac uoluntas tandem erumpens per oculos, uelut auis inclusa, tum euolat, cum sese prodit. Nonnulli codices habent uolutāte pro uolitante: nec mihi displicet ea lectio. Volutat enim animus, cum huc & huc uoluitur. Quod autem ait, hanc erumpere per oculos ueluti prospectantem è fenestra, huc respicit, quod Plinius quoq; prodidit, nusquam animi manifestiora esse indicia, quàm in oculis, cunctis animantibus, præsertim homini. In his moderationis, clementiæ, misericordiæ, odij, amoris, tristitiæ, lætitiæq; significatio. Profecto, inquit, in oculis animus inhabitat. Igni spiritus.] Nam rationē 3
Paulus spiritum uocat, quanquam hic de diuino spiritu potest accipi. Appellatur ἐπίθημα.] Epithema sonat additamentum, siue appositionem, ab ἐπιθέναι. Verum è Græcis uoluminibus apparet legendum esse, pectusculum ἀπὸ τοῦ ἐπιθήματος, id est, additamenti. Sic enim illa referunt ex autoritate Septuaginta, τὸ γὰρ σκεῦος τοῦ ἐπιθήματος, καὶ τὸν βραχίονα τοῦ ἀφαιρέματος. id est, pectusculum enim additionis, & brachium separationis. Græci interpretes idem putant esse ἐπίθημα & ἀφαίρεμα, id est additamentum & separationem, nempe fructum sacrorum, qui separatus cedebat in commodum sa- D
cerdotis. Siue præcipuum & egregium.] Quod magis exprimit Hebraica uox quàm Græca, תְּנוּפָה Et de priuato.] Hoc est non de sacrificio. Forasse legendum est ad hunc modum: Aere priuato, de macello publico tribuuntur. Sacerdotali pugione confossus.] Phinees Eleazari sacerdotis filius, nepos Aaron, confodit simul & Hebræum & scortum Madianitidem, pugione per genitalia transacto, sicuti legis Numerorum cap. xxv. Stercoris sine.] Quod hæc omnia uertantur in stercus, hoc est in turpem & fœdam famam, siue quod ueluti stercora uelit contemni. Quod satagimus.] Hoc refert ad eos, qui per mare, per terras, per saxa, per undas uolitant, ut sibi diuitias parent. Quarum omnium finis est stercus. Nam satagere est proprie cum difficultate ac molestia 4
quippiam agere. Vituli puluerem.] Ita legis Exodi capite xxij. Arripiensq; uitulum quem secerant, combussit & contriuit usque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israel. Debilitate segnes.] Quidam codices habebant insignes, uerum magis placet segnes, in quo uerbo est allegoria literæ. Nam debiles appellantur, qui membro sunt mutilo, aut manco.
Læso oculo.] Vt strabi, aut lippi, aut luscioli. Ita Martialis: Lumine læsus. Cutis colore.] Quod accidit ictericis ac leprosis. Referuntur ad animæ uitia.] Ne nunc quidem admittuntur ad sacerdotium, qui insigni corporis uitio laborant, nisi numerent episcopo. Et quod dolendum est, multo maior habetur horum ratio, quàm animi uitiorum. Bibones, scortatores, aleatores, & qui hæc uitia, uultu, cultu, incessu, totoq; habitu præ se ferunt, passim admittunt. Ob claudicatiunculam miserandum magis, quàm malum reijciunt. Neq; damno, quod reijciunt. Neq; enim sine causa instituit Anastasius pontifex Romanus, huius nominis primus, ne claudi, cæci, mutili in clericorum ordinem reciperentur. Videbat enim passim, si quos habebant liberos uitio corporis notabiles, hos Christo obtrudere: quos integros, eos consecrare mundo, & principum aulis. Proinde dignitati consulens clericorum Anastasius, constitutionem opposuit. Sed multo magis deho nestatur ordo clericorum uitæ turpitudine, quàm corporis uitio. Hic igitur erat præcipue uigilandum episcopis. Deniq; si recipiendus est qui uitio corporis arcebatur, non is admittendus est quisquis numerat exactam pecuniæ summam, quæ uitium illius non tollit, sed auaritiam alit episcoporum, sed qui uitium corporis egregijs animi uirtutibus pensarit. Quæ uere uiduæ sunt.] Ita Paulus in priore ad Timotheum 5
epistola, uere uiduas intelligit, quæ per ætatem simul & animi propositum castæ sunt, & censu pauperes: & ut his alendis sufficiat ecclesia, uult alias excludi, quæ uel non egeant, uel indignæ sint huiusmodi subsidio. Onesimus.] Hunc seruum Philemonis, Paulus ad Christum conuerterat, Pauloq; seruierat in uinculis. Itaq; hunc summo studio Philemoni cōmendat in epistola ad eum scripta,
alludens

A alludens ad illius nomen quod Græce significat utilis. Aeditui dicuntur.] Non ipsi sacerdotes, sed rerum sacrarum custodiæ præfecti, quos Græci uocant ἱεροφάντας, quod & ipsi uescantur sacris cibis. Pulsaui, nec aperui.] Pulsaui, per metaphoram dixit leuiter attigi. Sacramenta dixit mysteria, & spiritualem sensum, non quæ uulgus sacramenta uocat. Cidarim.] Κιδαρις, siue κιτταρις Græce, regium pileum est. Diadema.] Et hoc Græcum est, διάδημα, id est, amiculum, quo caput regis 6
obligatur, à δέω δέω, quod est obuincio. Vt deriuetur ad eos.] Indicat tropologiæ rationem. Coniugem pontificis.] Pontificem hic intellige, ad quem mox dicit illam euolasse præteritis omnibus. Non uis habitare in par.] Historia est Genesis cap. xix. Lot rogat ut sibi liceat fugere in uicinam ciuitatem Segor, quam paruam uocat: ut facilius impetret. Et tamen eandem non paruam, in qua seruandus esset. Sodomam Origenes interpretatur, spurcitiam libidinis. Segor, matrimonium. At Fabiola ad Christum properabat, non cogitans de repetendo matrimonio. Ad tuas aures.] Tacite inuitat illam ad contubernium Bethlehemiticum, discesserat enim illinc ob incursum Barba
8 rorum, ut ante testatus est. Patuerit ornatus.] De ornatu sacerdotali, lege Exodi cap. xxviij. Græce.] περισκελίς, id est, periscelis. Nam hac uoce usus est & Horatius, à περί, quod est circa, & σκέλος crus, quod crurum partem tegat. Quidam habent περισκελῆ. ποδήρης.] Id est talaris, à πούς pes, quod porrigatur ad pedes. Quale pictum in Vlysse cō.] Vlyssem appellat Vlyssis statuam aut imaginē. Solet enim Vlysses pingi pileatus: quæ res primum orta est à pictore Nicomacho, quemadmodum refert Plinius libro xxxvij. his quidem uerbis. Hic primus Vlyssi addidit pileum. Quin & Soranus in uita Hippocratis, testatur à plerisq; & Hippocratem solere pingi pileatum, ad exemplum Vlyssis. Quidam codices habebant pro Vlysse Culysse, sed mendose. Oris firmissimis.]
9 Oras fimbrias uocat. Mala punica.] Eadem sunt quæ uulgo granata uocantur. Septuaginta ἐπωμίδια.] Ab ὦμος humerus, & ἐπὶ super, componitur ἐπωμις, indumentum quo teguntur humeri. Ita restituimus ex Græcanicis commentarijs, in quibus & ἐπωμίδιον inuenimus in eodem sensu. Aquila ἔφιμμα, siue ἐπίφαμμα.] Varie locus hic habebatur, deprauatus: uerum ex collatione Græcorum interpretum legendum est ἐπιχύνμα, ab ἐπὶ super, & χύνομαι induor. In modum caracallarum.] Caracalla genus est uestis barbaricæ. Vnde nomen Imperatori Caracallæ, ut in ipsius refertur uita. Vel colorem lap. u. p.] Nam onychini dicti à colore unguis, qui Græce dicitur onyx. Et smaragdus à lucido uirore dicitur, μαίρω Græce luceo, additur σ uelut in σμικρός, pro μικρός, futurum μαρῶ: inde deriuatiuum uerbum μαράσσω & σμαράσσω: hinc nomen uerbale σμάραγος, & additione δ σμάραγδος. Ita Græcum etymologicum in dictione σμαραγδ. Sardonyces autem à patria dictæ uiB dentur Hieronymo, à Sardinia, cum Plinius libro xxxiij. cap. vij. palàm autumet dictas, quasi Sarconychas. Nam σὰρξ caro, & ὄνυξ unguis, quod uelut unguem hominis carni impositum repræsentent.
Patriam de patria.] Hæc uerba, de patria, non uideo quid ad rem pertineant. Singulis uersiculis.] Versiculos seriem & ordinem uocat, quod uulgo deprauate uocant lineam seu regulam.
10 Sardius.] Hanc ipsam opinor, quam Plinius Sardam uocat, testaturq; Sardibus primum repertam: quamuis Theophrastus Sardij mentionem faciat. Apparet ex Plinio candidum esse. Topazius uiridis est, teste Plinio. Quidam dictam putant à Topazio insula rubri maris, quæ quoniam est nebulosa, cum à nauigantibus sæpe quæsita esset, hinc nomen accepit. Nam τοπάζειν lingua Troglodytarum quærere significat. Smaragdus.] Et hæc gemma uiret, etiamsi uaria sunt genera. Cerau-
11 nius.] A colore fulmineo nomen habet. Carbunculus.] Carbonis ardentis siue igniti specie est. Vnde & Græce ἄνθραξ, siue ἀνθράκιον, id est, carbo, siue carbunculus. Saphirus.] Cœli colorem habet: Græci σάπφειρον uocant. Iaspis.] Huius uarius est color, sed probatissima, cui purpureus est.
Ligurius.] Haud dubium est, quin lyngurius sit legendum. Hieronymus ingenue fatetur, se gemmam hanc non potuisse reperire apud autores, qui de his tradiderunt: nec mirum est, hominem tantum, tantulum suffugisse lapillum, cum aliquoties non uideamus & id in quod incurrimus. Quanq; meminit Lyngurij Theophrastus in libello περὶ τῶν λίθων, & hunc sequutus Plinius libro trigesimoseptimo, cap. iiij. Hanc ferunt nasci ex urina lyncis, unde & nomen habet. λύγξ animal est, οὖρον urina. Ea protinus concrescit in gemmam. Sed inuidum animal protinus egestam urinam terra operit, ne possit ab homine inueniri, ad multa efficax medicamēta. Valere enim ad elidendos uesicæ calculos, & aduersus morbum regium, si gestetur, aut ex uino bibatur. Non est dissimilis electro, siue succino. Non enim solum attrahit festucas & lignum, uerum ferrum, si sit tenuius. Theophrastus huius rei citat autorem Dioclem. At Plinius neutri credit hac quidem in re: & negat unquā hoc nomine gemmam uisam. Achates.] A flumine Siciliæ, iuxta quod primum reperta est, nomen inuenit. Et hu-
12 ius quoq; uaria genera tradit Plinius. Amethystus.] Ab effectu nomen habet. Obsistit ebrietati si gestetur, ut autor est Plutarchus. μέθυσος ebrius, & α particula priuatiua. Quanquam non credit Plinius. Est colore candoris purpurei, pellucentis. Principis Tyri.] Apud Ezechielem capite uicesimooctauo. Ob pulchritudinem fist.] Ego pro fistulis, fibulis legendum arbitror. Quatuor literis.] Vnde & tetragrammaton uocatur apud Hebræos, pro quo scribitur aliquando adonai. Sunt autem eiusmodi literæ, ut cohærentes nihil sonent יהוה quod Græci ἄφρασον appellant, id est,
13 ineffabile. Byssus terræ dep.] Nam byssus lini candissimi genus est. Purpura mari.] Nam purpura piscis est, è cuius succo tingitur purpureus color. Quem primus inuenit Hercules, canis

pilis eo tinctis, cum purpuram deuorasset. Hyacinthus.] Est & flos huius nominis, & gemma ob coloris similitudinē: ceruleus enim est lapis ut flos. Coccus.] Vulgo granum uocatur, & est. Nam coccos Græce significat granum, hoc addit ardorem colori. Diaphanon.] Διάφανον à διαφαίνω, pel lucens, siue translucens. Symmachus Διάβαινον, int. est.] Legendum arbitror Διάϐορον. Nam huius lapilli meminit Theophrastus. In quibusdam codicibus non asscribitur. Vermiculus.] Hic color est non animal. Vnde uermiculata, rubro tincta, qui color igni cōuenit. Línea tænia.] TæniaGræca uox est, significat fimbriam seu uittam. Arcturum & Orionem.] Omnium astrorum uocabula penè à gentiū fabulis habent nomina, ut Arcturus ab ursa translata in cœlum, Orion, Iupiter, Mars, &c. Superuacuum sit hic originem fabularum repetere, Atq; his nominibus aliquando singulas significant stellas, aliquando complures iunctas. Ἀπόλωσις.] A ἀπολόω, quod est declaro, siue manifesto. Ἀληθείαν ueritas.] ἀληθείαν intelligit ueri cognitionem, Ἀπόλωσιν cōmunicationem & doctrinam. Sensuum syluam.] Rudem materiam, syluam uocant, ac nondum expolitā. Nam ὕλη materia est, & materias Latini uocant arbores destinatas ædificijs, sed nondum dolatas. A Septuaginta ὑπόπηχον.] Ita quidem habetur in quibusdam codicibus. Forte legendum est ὑποχίτων, quod subter tunicam sit. Id enim subucula dicitur, imò potius ὑποδύτης, id quod propemodum ex epistola ad Marcellam, cuius initium: Epistolare officium, colligitur. Item ex Græcorum cōmentarijs. Excipientis ceras.] Excipere dicuntur notarij, qui olim in ceratis scribebant tabulis, ut liceret delere si quid perperam scripsissent. Dictat autem is, qui scribenda pronunciat. Vnde colligimus, hunc librum ab Hieronymo non scriptum fuisse, sed dictatum. Morte moriamur.] Hoc enim additur Exodi uicesimooctauo præcepto fœminalium, ac tegendorum pudendorum, ne iniquitatis rei moriantur. Vniuersa uocalia sint.] At nunc uulgus sacerdotum ad cætera muti, nihil tinniunt, nisi de decimis accipiendis: & magna pars nihil ex iure pontificio didicit, nisi duplices deberi decimas, prædiales & personales. Tertulliani liber de Aaron.] Quin etiam extant super hisce rebus aliquot homiliæ Origenis, unde mutuatus est pleraq; Hieronymus.

C

14

15

16

17

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Quæ de terra promissionis leguntur in sacris literis, ea docet potissimum ad allegoriam pertinere, cum tota Iudæorum regio perquam angusta sit ambitu, tum multa loca non sint occupata Iudæis, quamuis recenseantur in promissione.

HIERONYMVS DARDANO

QVæris Dardane Christianorū nobilissime, & nobilium Christianissime, quæ sit terra repromissionis, quam Iudæi redeuntes ex Aegypto possederūt, cum à maioribus eorum iam fuerit ante possessa: ac proinde non sit promissa, sed reddita. His enim uerbis uteris in calce epistolæ tuæ. Quod interrogans uideris illud sentire, quod plurimis nostrorum placet, aliam repromissionis terram esse quærendam, de qua & Dauid loquitur in psalmo: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Et dominus in Euangelio: Beati mites, quoniā ipsi possidebunt terram. Vtiq; Dauid quando hæc cantabat in spiritu, in terra repromissionis erat: & non solum in Iudææ finibus morabatur, sed multarum in circuitu nationum uictor extiterat, quæ à torrente Aegypti, qui est Rhinocoruræ, usq; ad Euphratē fluuium tendebantur, dicens in alio loco: In Idumæā extendam calciamentū meum: mihi alienigenæ seruient. Quomodo ergo se credebat accipere, quod iam uictoria possidebat? Et ne forsitan legentibus Iudeis, ambiguū derelinquat, quæ sit illa terra, quā uidere cupiebat, ipso sermone demonstrat, dicens: Credo uidere bona domini in terra uiuentiū. Ergo terra Iudææ, quæ illius ditionis erat, nō est terra uiuentiū, id est, Abraham, Isaac, & Iacob, de quibus dominus in resurrectionis quęstione dicit: Non est deus mortuorū, sed uiuentiū: uerum terra & regio mortuorū, de quibus loquitur Ezechiel: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et: Non mortui laudabunt te domine, sed nos qui uiuimus benedicimus domino, qui in resurrectione occursuri sumus domino saluatori, dicēte Apostolo: Hoc em̄ dico uobis in sermone domini, quoniā nos qui uiuimus, qui relinquimur in aduētu domini, nō præueniemus eos qui dormierūt: de quibus & Hieremias loquit̄: Derelinquētes te super terrā scribentur. Quodq; Dauid promittit: Credo uidere bona domini: ad spiritalē nos perspicue trahit intelligentiā. Quæ em̄ bona rex alia requirebat, aut quo indigebat: qui tantæ potētiæ fuit, ut partis per illū opibus, Solomō filius eius (quo nullus in orbe terrarū ditior fuit) cōtentus esset? Sed in terra uiuētiū bona illa quęrebat, quę nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēderūt, quę pręparauit dns diligētibus se. Quod aūt in euangelio

D

A gelio dicitur: Beati mites, quoniā ipsi possidebunt terrā: iuxta literā sibi uidetur esse contrarium. Non em̄ terræ possessio mansuetorū est & mitium, qui sæpe etiā à parētibus derelicta perdunt propter mansuetudinē, sed uirorū fortiū & uiolentorū, qui sunt ad bella prōptissimi. Deniq; & in psalmo quadragesimoquarto, qui sub nomine Salomonis ad Christi ecclesiæq; eius sacramentū refertur, scribitur: Accingere gladio tuo super fœmur tuū potentissime. Specie tua & pulchritudine tua intende, prosperare & regna. Propter mansuetudinē & iusticiā & ueritatē, & deducet te mirabiliter dextera tua. Hic est qui & in alio psalmo loquebat̄: Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Et iterum: Assumens mansuetos dominus. Et apertius in Euangelio: Discite à me, quia humilis sum, & mansuetus corde. In cuius typum & Moyses omniū hominū, qui erant super terram, mansuetissimus scribitur. Hæc est (ut diximus) terra uiuentiū, in qua sanctis uiris atq; mansuetis bona domini præparant̄: quā ante aduentū in carne domini saluatoris, nec Abrahā, nec Isaac, nec Iacob, nec prophetæ, & alij iusti uiri cōsequi potuerunt. Deniq; & Abrahā, licet diuersis locis, cū Lazaro uidet̄ apud inferos: & Iacob uir iustus dicit: Lugens & gemens descendā ad infernū. Sanguis Christi clauis paradisi est, dicentis ad latronē: Hodie mecū eris in paradiso. Ista est (ut diximus) terra uiuentiū, terra diuitiarū & bonorū dei, quā primus Adam perdidit, & secundus Adā inuenit: imò ab illo perditam iste restituit, dicente Apostolo: Regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen: sub cuius persona lex intelligitur, in similitudinē præuaricationis Adam, qui est forma futuri. Volumus scire manifestius quæ sit uera terra, legamus Malachiā: Beatos uos dicent omnes, dicit dominus, quoniam eritis uos in terra uoluptuaria: quæ significantius
1 Græce appellatur τέρπη, quā uel sancti desiderant, uel quæ deo placeat. Esaias quoq; in hæc uerba cōsentit, dicens: Et erit uir abscondēs sermones suos, & apparebit in terra Sion, sicut fluuius gloriosus in terra sitienti. Quæ est terra Sion, in qua apparebit fluuius
B gloriosus? Illa uidelicet, de qua idē Dauid in alio psalmo canit: Gloriosa de te dicta sunt ciuitas dei. Et iterū: Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Nunquid istas portas diligit deus quas uidemus in cineres & fauillas esse cōuersas? Non dico prudentibus, sed ne stultis quidē hoc persuaderi potest. Ego arbitror & illud, quod in sexagesimoquarto psalmo legimus: Visitasti terrā, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Fluuius dei repletus est aquis: parasti cibū illorum, quoniā sic est præparatio eius: sulcos eius inebria, multiplica genimina illius: in stillicidijs eius lætabit̄ germinans: huic sensui cōuenire. Illa em̄ terra quotidie uisitat̄ à deo & inebriatur, cūctisq; plena est diuitijs. De hac fluuius egredit̄ dei, de quo scriptū est: Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei: qui & in descriptione templi Ezechiel mystico sermone narrat̄: in cuius ripis arbores sunt ex utraq; parte per singulos menses nouis frugibus abundātes. De qua terra & in prouerbijs uir scripsit sapiētissimus: Qui operatur terrā suam, implebit̄ panibus. Quod si de hac terra quā cernimus, & quæ magis à peccatoribus possidet̄, de qua scriptū est: Maledicta terra in operib. tuis: aliquis intelligendū putat, respōdeat quō hæc possit stare sententia: qui operatur terrā suam, implebit̄ panibus. Quanti em̄ operantur terrā, & exercēt uomere: & tamē multis impediētibus causis, egestate cōficiuntur & penuria? Sed cōsiderandū est, scriptura quid dicat: Qui operatur terrā suam, quæ proprie iuris sui est, de qua nunq̄ eijci potest: secundū quē sensum & illud scriptū est: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ. Et hoc secundū literā sentiri non potest. Quāti enim alienis amicorumq; redimunt̄ pecunijs? Huius terræ cultores & agricolæ apostoli sunt, de quibus dicit̄: Vos estis sal terræ. Et in alio loco: In patiētia uestra possidebitis animas uestras: quorū unus, uas electionis, cōfidentissime loquebatur: Dei enim cooperatores sumus, dei agricultura, dei ędificatio: & multa alia, quæ idcirco nō replico, ne sensum legētis uidear obtūdere, & memoriæ illius diffidere. Illud quoq; sollicita mēte tractemus, & scripturarū nos doceat autoritas, sanctos hui⁹ terræ, quā Iudæi terrā repromissionis autumāt, nō habitatores esse, sed accolas atq; peregrinos. Ex iusti uiri legimus persona:

Aduena ſum ego & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Qui cum diu in terræ huius te- C
nebris uerſaretur, flebiliter ingemiſcit & dicit: Heu me, quia peregrinatio mea prolongata eſt, habitaui cum habitantib. Cedar, multũ incola fuit anima mea. Vbicunq; autem habitator terræ legit, & priora, & media, & extrema tractemus, & liquido ſcripturarum poterit regula comprobari, ſemper habitatores terræ peccatores appellari: de quibus in Apocalypſi Ioannis illud exemplũ eſt: Væ habitatoribus terræ. Abraham ad quem primum facta eſt repromiſsio, dicente domino: Tibi dabo terrã hanc & ſemini tuo: iuxta Stephani in Chriſto primi martyris concionem, ne ueſtigiũ quidẽ pedis huius terræ dicitur accepiſſe. Ita em̃ ſcriptum eſt: Tunc egreſſus de terra Chaldęorum habitauit in Carram: & inde, poſtquã mortuus eſt pater eius, migrauit in terrã, in qua uos nunc habitatis: & non dedit ei poſſeſsionem, ne ueſtigium quidem pedis, quam repromiſit dare ei in poſſeſsionẽ & ſemini eius poſt eum. Ac ne forſitan lectoris tacita cogitatio trahat eum ad illam intelligẽtiam: ut quod nõ eſt datum parenti, reddat̃ poſteris: uas electionis loquitur ad Hebræos: Fide qui uocatur Abraham, obediuit egredi in locum quẽ acceptu-
rus erat in poſſeſsionẽ: & egreſſus eſt, neſciẽs quò iret. Fide peregrinatus eſt in terra promiſsionis, quaſi in aliena: in tabernaculis habitans cũ Iſaac & Iacob, & cohæredibus eiuſdem promiſsionis: expectauit em̃ fundamentũ habentẽ ciuitatẽ, cuius artifex & creator deus eſt. Et iterũ cum de Abel & Enoch, Noe, Saraq; dixiſſet, intulit: Iuxta fidẽ mortui ſunt hi omnes, nõ acceptis repromiſsionibus, ſed procul eas uidentes & ſalutantes, & cõfitentes quia peregrini & aduenæ erant ſuper terram. Qui em̃ hæc loquunt̃, oſtendunt quod quærant patriã: & ſiquidẽ illius recordabant̃, de qua egreſsi erant, habebant tempus ut reuerterent̃: nunc uero meliorẽ deſiderant, id eſt, cœleſtem. Multisq; in medio ſanctis cõmemoratis, ad extremum intulit: Et hi omnes teſtimoniũ habẽtes in fide, non acceperũt repromiſsionẽ, deo de nobis melius quid prouidente, ne ſine nobis perfecti fierent. Acceſsimus enim ad mõtem Sion & ciuitatẽ dei uiuẽtis Hieruſalẽ cœleſtẽ: D
& multorũ milium angelorũ frequentiam & eccleſiam primitiuorũ qui ſcripti ſunt in cœlis. Nec me fugit, quod perfidia Iudæorum hæc teſtimonia nõ ſuſcipiat, quæ utiq; ueteris teſtamenti autoritate firmata ſunt. Illud noſtris dicendũ eſt: hanc epiſtolã quæ inſcribitur ad Hebræos, non ſolum ab eccleſijs Orientis, ſed ab omnibus retro eccleſiaſticis Græci ſermonis ſcriptoribus, quaſi Pauli apoſtoli ſuſcipi, licet pleriq; eam uel Barnabæ uel Clementis arbitrentur: & nihil intereſſe, cuius ſit: cum eccleſiaſtici uiri ſit, & quotidie eccleſiarum lectione celebretur. Quod ſi eam Latinorum conſuetudo non recipit inter ſcripturas canonicas, nec Græcorũ quidem eccleſiæ Apocalypſim Ioannis eadem libertate ſuſcipiũt: & tamẽ nos utraq; ſuſcipimus, nequaq̃ huius tẽporis cõſuetudinem, ſed ueterũ ſcriptorũ autoritatẽ ſequentes, qui plerũq; utriuſq; abutunt̃ teſtimonijs: nõ ut interdũ de apocryphis facere ſolent, quippe qui & gentiliũ literarũ raro utantur exemplis, ſed quaſi canonicis & eccleſiaſticis. Reſpondeãt mihi qui hanc terrã (quæ nũc nobis Chriſti paſsione & reſurrectione, terra repromiſsionis effecta eſt) poſſeſſam putãt à populo Iudæorũ poſt q̃ reuerſus eſt ex Aegypto, quantũ poſſederit: utiq; à Dan uſq; Berſabee, quæ uix centũ ſexaginta miliũ in longũ ſpacio tẽditur. Neq; em̃ Dauid & Salomon potẽtiſsimos reges, exceptis his quos poſt uictoriã in amicitiã receperũt, plus tenuiſſe ſcriptura teſtat̃. Et hoc dico, ut taceam quinq; Palæſtinæ ciuitates, Gazã, Aſcalonem, Geth, Accaron & Azotũ, Idumęos quoq; à merdiana plaga uix ſeptuagintaquinque milibus ab Hieroſolyma ſeparatos, Arabas & Agarenos, quos nunc Sarracenos uocant, in uicinia urbis Hieruſalẽ. Pudet dicere latitudinẽ terræ repromiſsionis, ne ethnicis occaſionẽ blaſphemandi dediſſe uideamur. Ab Ioppe uſq; ad uiculũ noſtrũ Bethlehem, quadraginta ſex milia ſunt: cui ſuccedit uaſtiſsima ſolitudo, plena ferociũ barbarorum, de quibus dicit̃: Contra faciẽ omniũ fratrũ tuorũ habitabis: & quorum facit Poeta eloquentiſsimus mentionem: Lateq; uagantes Barcæi: ab Barce oppido, quod in ſolitudine ſitum eſt: quos nunc corrupto ſermone Afri Baricianos uocãt. Hi ſunt qui pro

locorum

A locorũ qualitatibus, diuerſis nominib. appellant̃, & à Mauritania per Aegyptũ, Aphricam, Palæſtinamq; & Phœnicen, Cœlen Syriam & Oſrhohenem, Meſopotamiã, atque Perſidem tendunt ad Indiã. Hæc eſt Iudææ tuarũ longitudo & latitudo terrarum: in his
2 gloriaris, ſuper his te per diuerſas prouincias ignorantibus iactitas. ad populum phaleras, ego te intus & in cute noui. Quod ſi obieceris terram repromiſsionis dici, quæ in Numerorum uolumine cõtinetur, à meridie maris Salinarum per Sina & Cadesbarne, uſq; ad torrentẽ Aegypti, qui iuxta Rhinocorurã mari magno influit, & ab Occidente ipſum mare Palæſtinæ, Phœnices, Syriæ Cœles, Ciliciæq; pertendit: ab Aquilone Taurum mõtem & Zephyrium uſq; Hemath, quæ appellat̃ Epiphania Syriæ: ad Orientẽ uero per Antiochiã, & lacum Cenereth, quæ nũc Tyberias appellatur, & Iordanẽ, qui mari influit Salinarũ, quod nũc mortuum dicitur: trans Iordanẽ autem duarum ſemis tribuum poſſeſsio eſt, Ruben & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe. Et ego fatebor hæc tibi repromiſſa, nõ tradita: ſi obſeruaſſes mãdata dei, & in præceptis illius ambulaſſes, ſi nõ pro omnipotente deo coluiſſes Beelphegor & Baal, Beelzebub & Chamos: quos quia prætuliſti deo, omnia quæ tibi promiſſa fuerunt, perdidiſti. Et mihi in Euangelio promittũtur regna cœlorũ: quæ inſtrumentũ uetus omnino nõ nominat. Sed ſi nõ fecero quæ præcepta ſunt, nequaquã erit culpa in promittente, ſed in me qui promiſſum accipere nõ merui. Vbi enim optio proponit̃ ad eligendum, qui operari renuis, fruſtra cupias quod promiſſum eſt. Lege librum Ioſue & Iudicũ, & quantis poſſeſsionum anguſtijs ſis coartatus, intelliges. Quid diuerſarũ urbium alienigenas cõmemorem, quos populus Iudæorũ nõ quiuit expellere de urbibus & ſedibus ſuis, cum ipſa metropolis tua prius Iebus, poſtea Salem, tertio Hieroſolyma, & nunc Aelia, Iebuſæos expellere nõ ualuerit, ſed manſerit cum eis in ſcandalum exemplumq; uicinorum: intantum ut ibi templum tuum cõditum ſit, ubi area Orne fuerit Iebuſæi, & ipſum templũ ſeptuaginta milium latomorum, & octoginta milium uectorũ, hoc eſt, centum quinquaginta milium,
B exceptis præpoſitis operũ, præ multitudine habitantium tecum incircunciſorũ ab ethnicis extructũ ſit. Nec hoc dico in ſuggillationẽ terræ Iudææ, ut hæreticus ſycophanta mentitur: aut quo auferam hiſtoriæ ueritatẽ, quæ fundamentum eſt intelligẽtiæ ſpiritalis: ſed ut decutiã ſupercilium Iudæorũ, qui ſynagogæ anguſtias, eccleſiæ latitudini præferunt. Si em̃ occidentem tãtum ſequuntur literã, & non ſpiritum uiuificantem, oſtendant terram repromiſsionis lacte & melle manantem. Sin autem per tropologiã dictũ putant pro rerum omniũ abundantia, & nos terrã confeſsionis terramq; uiuentium, terræ ueprium præferemus, dicẽte domino ad Moyſen de abiectione Iſraelis, & aſſumptione gẽtium: Dimitte me, ut deleam populũ iſtum, & faciã te in gentem magnã. Et eodem patre ad filiũ: Poſtula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Et apertius per Eſaiam: Parum tibi eſt, ut ſis puer meus ad ſuſcitãdas tribus Iacob, & feces, uel reliquias Iſrael congregandas. Dedi te in lucem cunctis gẽtibus, ut ſis ſaluator uniuerſę terræ. Ex quo perſpicue demõſtratur, omnia illius populi in umbra & typo & imagine præceſsiſſe: ſcripta autem eſſe pro nobis, in quos fines ſeculi decurrerunt. Multa Iudæ ſcelera cõmiſiſti: cunctis circa te ſeruiſti nationibus. Ob quod factum? Vtiq; propter idololatriam. Cumq; ſeruiſſes crebro, miſertus tui eſt deus: & miſit iudices & ſaluatores, qui te de famulatu Moabitarũ & Ammonitarũ, Philiſtijm quoque & diuerſarũ gẽtium liberarunt. Nouiſsime ſub regibus offendiſti deũ: & omnis tua prouincia, gente Babylonia uaſtante, deleta eſt. Per ſeptuaginta annos templi ſolitudo permanſit. A Cyro rege Perſarũ eſt laxata captiuitas. Eſdras quoq; hoc & Neemias pleniſsime referunt. Extructũ eſt templũ ſub Dario rege Perſarum atq; Medorum à Zorobabel filio Salathiel, & Ieſu filio Ioſedech ſacerdote magno. Quæ paſsi ſitis à Medis, Ae-
3 gyptijs, Macedonibusq; non enumero. Nec tibi adducam in memoriam Antiochũ Epiphanem crudeliſsimum omnium tyrannorum, nec Gn. Pompeium, Gabinium, Scaurum, Varum, Caſsium, Soſiumq; replicabo, qui tuis urbibus & pręcipue Hieroſolymę

inſulta-

insultauere. Ad extremũ sub Vespasiano & Tito urbs capta, templumq; subuersum est. C
Deinde ciuitatis usq; ad Hadrianum principem per quinquaginta annos mansere reliquiæ. Post euersionem templi paulominus per quadringentos annos & urbis & templi ruinæ permanent. Ob quod tantum facinus? Certe non colis idola, sed etiam seruis Persis atq; Romanis, & captiuitatis pressus iugo, ignoras alienos deos. Quomodo clementissimus quondam deus, qui nunquam tui oblitus est: nũc per tanta spacia temporũ miserijs tuis nõ adducitur, ut soluat captiuitatẽ, & ut uerius dicam, expectatum tibi mittat antichristũ? Ob quod inquã facinus, & tã execrabile scelus auertit à te oculos tuos? Ignoras? Memẽto uocis parentũ tuorũ: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Et: Venite occidamus eũ, & nostra erit hæreditas. Et: Nõ habemus regẽ nisi Cæsarẽ. Habe qd elegisti, usq; ad finẽ mundi seruiturus es Cæsari, donec gentiũ introeat plenitudo, & sic omnis Israel saluus fiat: ut qui quondã erat in capite, uertatur in caudam. Hæc tibi uir eloquentissime in duplicis præfecturæ honore transactæ, nũc in Christo honoratior, tumultuaria & breui lucubratione dictaui, ne uiderer omnino reticere. Eodẽ enim tẽpore, imõ eodem mihi die, & literæ tuæ redditæ sunt, & meæ expeditæ: ut aut tacendũ fuerit, aut incompto eloquio respondendũ: quorum alterũ pudoris, alterum charitatis est.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

QVæ significantius dicitur ἄμπη.] Tempe Græce dicuntur loca amœna gratacq;, opacitate umbrosa, frigore iucunda, uirentia, fontibus irrigua: qualia ueteres describunt inter montes Thessaliæ, Pelion & Olympum. Ad populum phaleras.] Carmen est Persij. Cuius dictis Hieronymus libenter utitur. Ad populum, id est, apud uulgus phaleras adhibe. Apud me frustra feceris, qui te totum noui: & intus & in cute, id est foris. Iuxta Rhinocoruram.] Oppidum est Idumææ, cuius etiam Plin. meminit. Ipsum mare.] Plin. totum hoc mare testatur appellatum fuisse Phœnicium, quod oræ Syriæ maritimæ præiacet, nempe Idumææ, Iudææ, deinde Phœnice. Quod Palæstinæ.] Qua Syria contingit Arabes, Palæstine uocatur. Post hanc Iudæa, & Cœle, deinde Phœnice. Syriæ Cœles.] Aliquando Syria pro tota regione, uarijs D distincta partibus, aliquando pro una parte accipitur. Antiochum Epiphanem.] Id est illustrem, 3 id enim sonat ἐπιφανὴς Græce. De Antiocho legis in libris Maccabæorum. Nec Pompeium.] Hi sunt duces, à quibus uexata fuit, & cladibus affecta Iudæorum regio, de quibus qui plenius uolet cognoscere, legat Egesippum & Iosephum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Docet quid sit in libro Regum primo, Ephod bad apud Hebræos, quod quidam ridicule sunt interpretati: & quid theraphim.

HIERONYMVS MARCELLAE.

PIstolare officiũ est de re familiari, aut de quotidiana conuersatione aliquid 1
scribere: & quodãmodo absentes inter se præsentes fieri, dum mutuo quid aut uelint, aut gestũ sit nũciat: licet interdũ cõfabulationis tale cõuiuium, do ctrinæ quoq; sale cõdiatur. Verũ tu dum tota in tractatibus occuparis, nihil mihi scribis, nisi quod me torqueat, & scripturas legere cõpellat. Deniq; heri famosissima quæstione ꝓposita postulasti, ut quid sentirẽ statim rescriberẽ. Quasi uero pharisęorum teneam cathedrã, ut quotiescũq; de uerbis Hebraicis iurgiũ est, ego arbiter & litis sequester exposcar. Nõ sunt suaues epulæ, quæ nõ placentã redolẽt: quas nõ cõdit Apicius, in quib. nihil de magistrorũ huius tẽporis iure suffumat. Sed quia uector & internuncius sermonis nostri redire festinat, rem grandẽ celerius dicto q̃ debeo: licet de scripturis sanctis disputanti, nõ tam necessaria sint uerba q̃ sensus. Quod si eloquentiã quæris, Demosthenes legẽdus, aut Tullius est: si sacramẽta diuina, nostri codices, qui de Hebræo in Latinũ nõ bene resonant, peruidendi. In fronte epistolæ tuę posueras, quid sibi uelit, quod in Regnorũ libro primo scriptũ est: Et Samuel puer seruiebat ante cõspectũ domini, cinctus ephod bad, & diploidẽ habebat pusillam, quã fecerat ei mater sua: & afferebat ei de diebus in dies, cum ascenderet cum uiro suo sacrificare sacrificiũ dierum. Itaq; quæris quid sit ephod bad, quo futurus propheta præcingitur: utrum ne zonã, an (ut quidam putant) thuribulum uel genus aliquod uestimẽti sit. Et si uestis, quomodo ea præcingitur? Et post ipsum ephod, quare adiungitur ei bad? In sequentibus quoque 2
legisse

A legisse te scribis: Venit homo dei ad Eli, & dicit ei: Hæc dicit dominus: Manifeste ostendi me ad domũ patris tui, ex omnibus tribubus Israel, cum essent in terra Aegypti seruientes in domo Pharaonis, & elegi domũ patris tui ex omnib. tribubus Israel mihi in sacerdotium: ut ascenderẽt ad altare meũ, & incenderent incensum, & portarent ephod: totumq; libri ordinem prosequuta, etiam de illo loco exemplar sumpsisti, in quo Doec Idumæus iussu regis interfecit sacerdotes. Et conuersus (inquit scriptura) Doec Syrus mortificauit ipse sacerdotes domini, & occidit in illa die trecẽtos quinq; uiros: siue (ut in Hebræo legitur) octoginta quinq;, omnes qui portabant ephod: & Nob ciuitatẽ sacerdotũ occidit in ore gladij à uiro usq; ad mulierẽ, ab infante usq; ad nutrientem, & uitulum & asinum & ouem in ore gladij. Et saluatus est unus filius Achimelech filij Achitob, & nomẽ ei Abiathar, & fugit post Dauid. Nõ me teneo, quin problematis ordinem responsione præueniam. Vbi nunc legimus, & omnes portãtes ephod bad? Hoc quare ita dixerim, in sequentibus disces. Illud quoq; quod sequitur addidisti: Et factũ est, cum fugeret Abiathar filius Achimelech ad Dauid, & ipse cum Dauid descẽdit in Cæila habens ephod in manu sua: & renunciatum est Saul, quia uenit Dauid in Cæila: ubi cũ regis aduentus & ciuitatis timeretur obsidio, dixit Dauid ad Abiathar: Defer ephod domini. Hæc sunt quæ de regnorum libro excerpta proponens, ad uolumẽ Iudicũ trãscendisti, in quo Micha de monte Ephraim scribitur mille cẽtum argenti siclos matri quos illa uouerat reddidisse, itaq; sculptile inde fecisse & cõflatile. Et addis hæc post modicum uocari ephod & theraphim, cum utiq; si zona sit, aut uestimenti genus, sculptile atq; cõflatile esse non possit. Agnosco errorem penè omnium Latinorum, putantiũ ephod & theraphim, quæ postea nominantur, de hoc argẽto quod Micha matri dederat, fuisse cõflata, cũ scriptura sic referat: Et accepit mater eius, haud dubium quin Michæ, argentũ, & dedit illud cõflatori, & fecit illud sculptile atq; cõflatile quod fuit in domo Michę, &
B uir Micha & domꝰ eius dei, & fecit ephod & theraphĩ: & impleuit manũ unius de filijs suis & factꝰ est ei in sacerdotẽ. Si aũt putas ea quę superius appellat ı sunt sculptile atq; cõflatile, ephod & theraphim deinceps nominari, disce esse nõ eadem. Siquidẽ post matris idolũ, quod dicitur sculptile atq; cõflatile, fecit Micha ephod & theraphim, sicut ex consequentibus approbat. Et respondẽrũt quinq; uiri qui abierant cõsiderare terram, & dixerunt ad fratres suos: Ecce nostis quia est in domibus istis ephod & theraphim & sculptile atq; cõflatile. Et post multa quæ in medio prætermisisti: Et ascẽderũt, inquit, quinque uiri, & illuc irruerũt, & sumpserũt sculptile atq; conflatile, ephod & theraphim. Et sexcenti uiri qui cincti erant uasis bellicis, ingressi sunt domũ Micha, & sumpserũt sculptile atq; cõflatile, ephod & theraphim. Coarguunt eorum opiniones, qui ut indissolubilem facerẽt quæstionem, ephod argenteũ putauerunt. Illud breuiter attẽde, quod nũquam nisi in sacerdotio nominetur. Nam & Samuel qui illo cinctus refertur, leuites fuit, & sacerdotes Nob, bad id est dignitatis suæ insigne portabant. Et (quod in Latinis co
3 dicibus nõ habet) quãdo Dauid fugiens à Saul uenit ad Achimelech, & gladium postulauit, dicẽs: Vide si est ad manũ tuã lancea & gladius, quoniã gladiũ meum, & uasa mea nõ sustuli in manu mea: respondensq; sacerdos dixit: Ecce gladius Goliath alienigenæ, quẽ percussisti in ualle Terebinthi, & hic inuolutus est uestimẽto post ephod in sacrario: utiq; ephod conditũ seruabat. Hoc quoq; quod nũc posuimus ubi sculptile atq; cõflatile legitur, licet idolũ sit, tamẽ quia per errorẽ religio putabat, ad uenerationẽ eius, sicut ad dei mysteriũ, ephod & theraphim insigne cõficitur. Theraphim quid sit, si spatiũ dictandi fuerit, prosequemur. Nunc interim de Ephod, ut cœpimus, explicandũ est. In Exodo ubi Moysi præcipitur, ut sacerdotalia iubeat fieri uestimẽta, post cætera legit: Et hæc stolæ quas faciant, pectorale, & superhumerale & tunicas ποικιλτὰς & cidarim & cinctorium. Vbi aũt nos posuimus superhumerale, in Græco ἐπωμίδα Septuaginta interpretes transtulerunt, quod scilicet super humeros istiusmodi ueniat uestimentum. Deinde iungitur: Et hi accipient aurum et hyacinthũ et coccũ et purpuram et byssum,
et faci-

& faciant ſuperhumerale de byſſo torta, opus textile uariũ. Quid plura? Totus Exodi liber hac ueſtiũ plenus eſt ſpecie. Nam & in fine eiuſdem uoluminis ſcribit: Et fecit omis ſapiens in operibus ſtolas ſanctorũ, quæ ſunt Aaron ſacerdotis, ſicut dñs præcepit Moyſi. Et fecerunt ſuperhumerale de auro & hyacintho & purpura & cocco & byſſo retorta. Sed quia in Exodo hoc genus ueſtimẽti præcipit tantũ ut fiat, & poſtea factũ refertur, non tamen eo Aaron ueſtitur: In Leuitico quõ ſacerdotalibus ueſtimentis indutus fuerit, explicatur. Et applicuit Moyſes Aaron & filios eius, & lauit eos aqua, & ueſtiuit eum tunica, & cinxit eum zona & ueſtiuit eum ὑποδύτῃ, quod nos ſubtunicalẽ, ſiue tunicã qua ſubtus ueſtitus eſt, poſſumus interpretari. Et impoſuit ei ſuperhumerale, inquit, & cinxit eum ſecundũ facturã ſuperhumeralis, & conſtrinxit eam in ipſo. Vides itaq; hoc 6
Aaron ſuperhumerali cingi, quõ Samuel ephod bad illo, neſcio quo, cingebatur. Sed ne te longius trahã, hanc habe ſententiã. Vbicunq; in Septuaginta interpretibus, hoc eſt in codicibus noſtris ἐπωμίς, id eſt ſuperhumerale legitur, & in Hebræo ſcriptũ eſt ephod. Quod quare alibi interpretari uoluerint, et alibi ininterpretatũ reliquerint, nõ eſt mei iudicij: cũ hoc ipſum in pluribus fecerint: ut quæ alibi aliter atq; aliter expreſſerãt, nouiſſime translationis uarietate laſſati, ipſa Hebræa uerba poſuerint. Aquila autẽ id quod illi ἐμάτιον dixerunt, ἐπίρραμμα & ἐπένδυμα dixit, quod ſcilicet tunica eſt, & quod Hebræo ſermone uocatur מעיל mail ſuperiorẽ tunicam, ἔνδυμα uero, id eſt ἐπωμὶς, quod Hebraice dicitur ephod, cum ſuperius pallium ſignificet: quo tota ſacerdotalis protegatur ambitio. Quæras forſitan, ſi ephod ſacerdotale ſit pallium: quare in quibuſdam locis addatur bar. Audiens bar, riſum tenere nõ poſſum. Nam cum apud Hebræos dicatur bad, ipſos quoq; Septuaginta interpretes ſic tranſtuliſſe manifeſtũ ſit: ut pro bad bar ſcriberetur, error obtinuit. בר Bad autem Hebraica lingua linum dicitur: licet linum משתה piſtha ſignificantius exprimatur. Deniq; ubi nos legimus, & face eis fœmorale lineũ: ut operiant carnis turpitudines, à lumbis uſq; ad crura eorũ: in Hebræo pro lineo bad ponitur. D
Qua ſpecie uir quoq; ille qui Danieli monſtrat, indutus eſt: Et extuli oculos meos, & uidi, & ecce uir unus ueſtitus eſt baddim, quo plurali numero ueſtes lineæ nuncupantur. Propterea autem Samuel & octoginta quinq; uiri ſacerdotes, ephod lineum portaſſe referuntur, quoniam ſacerdos magnus ſolus habebat licentiam ephod non lineo ueſtiendi: uerum (ut ſcriptura cõmemorat) auro, hyacintho, purpura, byſſoq; contexto. Cæteri habebant ephod, non illa uarietate diſtinctum, & duodecim lapidibus ornatũ, qui in humero utroq; reſidebant: ſed lineum & ſimplex, & toto candore puriſſimum. Verum quia ſupra promiſerã, me ſi ſpacium dictandi fuiſſet, de theraphim quoq; breuiter diſſerturum, nec quiſquam interim interpellator aduenit: ſcio theraphim ab Aquila μορφώματα interpretari, quas noſ figuras ſiue figurationes poſſumus dicere. Nam in eo loco, quando Saul miſit nuncios, ut acciperent Dauid: & reſponderunt uexari illum grauiter, miſit rurſum dicẽs: Afferte illum in lecto ad me, ut occidam illum: & uenerũt nuncij, & ecce cenotaphia in lecto: pro cenotaphijs, in Hebræo theraphim, id eſt μορφώματα poſita ſunt: & nõ decor caprarũ, ut noſtri codices habent, ſed puluillus de caprarũ pelle conſutus, qui intonſis pilis, caput inuoluti in lectulo hominis mentiretur. Vt autem utriuſq; ſermonis ueritatẽ pariter explicem, in Oſee comminatur deus ſe à populo fornicante omnem gratiam ablaturum, dicens: quod diebus multis ſedebunt filij Iſrael ſine lege & principe, ſine ſacrificio, ſine altari, & ſine ſacerdotio & manifeſtationibus. Pro ſacerdotio & manifeſtationibus in Hebræo eſt, ſine ephod, & ſine theraphim, ſicut Theodotion & Symmachus tranſtulerunt. Ex quo intelligimus in Ephod, iuxta Septuaginta quoq; q̃ ſenſum magis q̃ uerba interpretati ſunt, ſacerdotiũ interpretari: in theraphim uero, id eſt, figurationibus uel figuris, uaria opera, quæ theraphim uocant, intelligi. Nã & in Exodo cæteriſq; locis, ubi deſcribunt ueſtes plumaria arte contextæ, opus Cherubim, id eſt uariũ atq; depictũ eſſe factũ deſcribitur: ita tamen, ut ר uau literã Cherubim non habeat: quia ubicunq; cũ hac litera ſcribitur, animalia magis quàm opera ſignificat.

iuxta

A Iuxta igitur hunc ſenſum & Micha cũ ueſte ſacerdotali, cætera quoq; quæ ad ſacerdotalia pertinẽt ornamenta, per theraphim feciſſe monſtrat. Quàm uellem nũc tibi omnem habitum ſacerdotalem exponere, & per ſingulas ueſtiũ ſpecies, diuina oſtendere ſacramenta. Verũ quia in hoc ipſo breuitatem epiſtolæ exceſsimus, & Ioſephus ac Philo uiri doctiſsimi Iudæorum, multiq; de noſtris id latiſsime proſecuti ſunt, quorum, ut aiunt, uoce audies me: quæ de cætero uelis, præſens percontator præſentẽ: ut ſi quid forte neſcimus, ſine teſte, ſine iudice in fida aure moriat. Nos (ut ſcis) Hebræorũ lectiõe detenti, in Latina lingua rubiginem obduximus, intantum, ut loquentibus quoq; nobis ſtridor quidam nõ Latinus interſtrepat. Vnde ignoſce ariditati: & ſi imperitus ſum ſermone, inquit Apoſtolus, ſed nõ ſcientia. Illi utrunq; nõ deerat, & unũ humiliter renuebat. Nobis utrunq; deeſt, quia & quod pueri plauſibile habueramus, amiſimus, nec ſcientiam quam uolebamus conſecuti ſumus, iuxta Aeſopici canis fabulam, dum magna ſectamur, etiam minora perdentes.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

1 NOn ſunt ſuaues epulæ.] Locus hic in omnibus fermè codicibus uarie deprauatus habebatur. Quidam ita ſcriptũ habebant: Quæ nõ placent ac redolent. Mihi cõferenti uetera exemplarium ueſtigia, uidetur ita legendũ, Nõ ſunt ſuaues epulæ, quæ nõ placentã redolent, quas nõ condijt Apitius, in quibus nihil de magiſtrorũ huius tẽporis iure ſuſſumat, & haud ſcio an pro magiſtrorum legendum ſit magirorũ, id eſt coquorum. Placenta cibi genus eſt, olim in delicijs habitum. Apitius diligentia rei culinariæ, nobilitatem emeruit. Cuius extant & cõmentarij nõnulli de coquendis & cõdiendis cibis. Hunc Plinius altiſſimum nepotũ gurgitem uocat. Meminit huius & Iuuenalis. Quoniã igitur paulo ſuperius cõparauit colloquium quod per epiſtolas ſit cõuiuio: nunc memor metaphoræ, uocat lectorem ſtudioſum conuiuã, cuius palato nihil ſapiat, niſi uehemẽter exquiſitum, ac uarijs eloquentiæ condimentis edulcatum. Nam res ipſa, ueluti cibus eſt: ornamenta dicendi, condimentum. Non bene reſonant.] Hic apte reſonant, tanquam repercuſſu, ſonum in alia lingua reddant. Et Samuel puer.] Hic locus eſt primo Regum li-
2 B bro capite ſecundo. Quare adiungitur ei Bar.] Sic enim illa per errorem propoſuerat, cum utique bad, non bar ſit legendum. Doech Idumæus.] Doech Græci per κ ſcribunt, Hebræi per g. Cæterum hiſtoria habetur primo Regum libro, capite xxi. & xxij. Ephod bar.] Rurſum irridet indoctam lectionem, cum bar in his locis quos citauit, nuſquã inueniat apud Hebræos, nec apud Græcos, ſed ephod bad, ſiue ephod lineũ. Tranſcendiſti.] Apte, quoniam præpoſtero uoluminum ordine. Extat autem capite xvij. Sacerdotes nobant.] Exiſtimo legndum, ſacerdotes No,
3 bad. Nam Hebræis No uocatur ea ſacerdotum ciuitas. Niſi mauis Nobæ, ſiue Noba, ut pro id eſt, legas, id, omiſſo uerbo. Pectorale & ſuperh.] Pectorale, quod Græci uocant πδεκτόδιον, ſuperhumerale ἐπωμίδα, ſiue ἐπωμίδιον. Et tunicas κοσμίπας.] Ex ueſtigijs exemplarium deprehẽdimus legendum κοσυμβόπας. coſymbos enim ſiue coſymbe genus eſt ueſtimẽti, cuius meminit & Suidas. Et ueſtiuit eum ὑποδύτῃ.] Quod Latini ſubuculam uocant, nempe ueſtẽ qua ſubter tunicam u-
4 timur, Græci uocant ὑποδύτῃ, quod ſubter induatur. Aquila autẽ, id quod illi, ἱμάτιον dixerũt.] Mirum cẽ hic locus ſit deprauatus in omnibus exemplaribus. Arbitror autẽ legendum ad hunc modum, ne lectorem tam diu torqueam, cẽ ipſe tortus fui: Aquila autem, quod illi ἱμάτιον dixerunt & ἐπίῤῥαμμα, id eſt ueſtimentum & ſubterueſtimẽtum, ἔνδυμα dixit, & ὑπενδυμα, quod ſub tunica eſt, & quod Hebræo ſermone uocatur mail מעיל ἐπένδυμα, id eſt ſuperiorem tunicam, ἐπωμὶς uero,
5 quod Hebraice dicitur ephod, cum ſuperius pallium ſignificet &c. Μορφώματα.] Id eſt, figurationes, ſiue formationes, à uerbo μορφόω. Cenotaphia.] κενὸς inanis, τάφος ſepulchrum, unde κενοτάφια dicuntur monumenta & ſtatuæ repræſentantes ueluti ſepultum, cum illic corpus illius non adſit, cuiuſmodi erat Achilli in Cheroneſo. Quorum, ut aiunt, uoce.] Hoc eſt, illi pro me tibi narrabunt: ut cum dicimus, ſalutabis illum meis uerbis. Præſens percontator præſentem.] Percontator hic uerbum eſt, non nomẽ uerbale. Sine teſte, ſine iudice.] Legi poteſt, & ſine indice, hoc eſt ſine eo qui prodat quod dixerim. Iuxta Æſopici canis fabulã.] Extat apologus de cane, qui cum umbram uidiſſet in aqua maiorem, dum ad eam diducto rictu inhiat, hoc quoq; carniũ, quod ore tenebat, amiſit.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Hiſtoriam de iudicio Solomonis, per allegoriam interpretatur de eccleſia ex gentibus congregata, & ſynagoga Iudæorum.

SEQVENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

1 De nobis.] Quidam mutarant ad doctrinam noſtram, quum Hieronymus ſentẽtiam magis reddiderit cẽ uerba Pauli, quum ſuperius dixerit, Hæc autem fuerunt figuræ noſtri. Sic eñ habent Græ-
2 ca. Carnis mentitur affectus.] Mentitur eleganter poſuit pro imitatur. Quanc̃ſ ſic quoq; durum

est, Christo tribuere simulatos affectus: sed præ se ferebat quædam, ut ignorantiam interrogando, C
quæ in illo non erat. Sæpe stilum uertimus.] Cuspide stili scribebant olim, obtusiore parte delebant. Retulit autem carmen Horatij: Sæpe stilum uertas, iterum quæ digna legi sint Scripturus.

HIERONYMVS RVFFINO.

VLtum in utranq; partem crebro fama mentit, & tam de bonis mala, quàm de malis bona, falso rumore concelebrat. Vnde & ego gaudeo quidem super testimonio erga me sanctitatis tuæ & amore sancti presbyteri Eusebij: nec dubito quin me publice prædicetis, sed tacitum uestræ prudentiæ iudicium pertimesco. Itaq; obsecro, ut magis memineritis mei, & dignũ uestra laude facia tis. Quod primus ad officium prouocasti, & mihi secundæ in rescribendo partes datæ sunt, non uenit de incuria in amicos, sed de ignorantia. Si enim scissem, præoccupassem sermonẽ tuum. Interpretatio iudicij Solomonis super iurgio duarum mulierũ me retricum, quantum ad simplicem historiam pertinet, perspicua est: quod puer annorũ duodecim contra ætatis suæ mensuram de intimo humanæ naturę iudicarit affectu. Vnde & admiratus est & pertimuit illum omnis Israel, quod scilicet eum manifesta nõ fugerent, qui tam prudẽter abscõdita deprehẽdisset. Quantum autem ad typicos pertinet intellectus dicente Apostolo: Hæc omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem E
de nobis, in quos fines seculorum decurrerunt: quidam Græcorum autumant super synagoga & ecclesia sentiendum: & ad illud tempus cuncta referẽda, quando post crucẽ & resurrectionem, tam in Israel quàm in gẽtium populo uetus Solomon, id est pacificus regnare cœperit. Quod autem adulteræ & meretrices, synagoga & ecclesia dicantur in scripturis, nulla dubitatio est, & hoc prima fronte uidetur esse blasphemũ. Cæterum si recurramus ad prophetas, Osee scilicet qui accepit uxorem fornicariam, & genera rat filios fornicationis, & deinde adulteram: & ad Ezechiel qui Hierusalem, quasi meretricem arguit, quod secuta sit amatores suos, & diuaricauerit omni transeunti pedes, lupanarq; in loco celebri extruxerit: animaduertemus Christum idcirco uenisse, ut meretrices donaret matrimonio, & de duobus gregibus unum ouile faceret: medioq; pa- D
riete destructo, in easdem caulas oues prius morbidas congregaret. Hæ sunt duæ uirgæ, quæ iunguntur in Ezechiel, & de quibus per Zachariam dominus refert: Et assum psi mihi duas uirgas, unam uocaui decorem, & alteram uocaui funiculos, & paui gregem. Mulier quoq; illa meretrix in euangelio, quæ pedes Iesu lachrymis lauat, crine detergit, & cui peccata omnia dimittuntur, manifeste pingit ecclesiam de gẽtibus congregatam. Hæc idcirco in prima fronte replicaui: ne cui uideatur incongruum, si synagoga & ecclesia meretrices dicantur, quarum una Solomonis iudicio, filij possessione donata est. Prudens quærat auditor, quomodo meretrix sit 'ecclesia', quæ nõ habet maculam neq; rugam? Nõ dicimus ecclesiam permansisse meretricẽ, sed fuisse. Nam & in Simonis leprosi domo saluator scribitur inisse conuiuium: utiq; nõ quia leprosus erat eo tempore quo habebat hospitẽ saluatorem, sed quia leprosus ante fuerat. Matthæus quoq; in catalogo apostolorũ publicanus dicitur: nõ quo permanserit publicanus post apostolicam dignitatẽ, sed quia prius fuerit publicanus: ut ubi superabundauit peccatũ, superabundaret & gratia. Simulq; considera quid dicat ecclesia contra synagogam calumniatricem: Ego & mulier hæc habitabamus in domo una. Post resurrectionẽ em domini saluatoris, una de utroq; populo ecclesia congregata est, & q̃ eleganter: Peperi, inquit, apud eam in cubiculo. Ecclesia em de gentibus, quæ nõ habebat prius legẽ & prophetas, peperit in domo synagogæ: nec egressa est de cubiculo, sed ingressa. Vnde dicit in Cantico canticorum: Introduxit me rex in cubiculũ suum. Et iterum: Et quidẽ nõ spernã te. Assumens introducã te in domum matris meæ, & in cubiculũ eius quæ me genuit. Tertia autem die: Post q̃ ego peperi, peperit & hæc. Si cõsideres Pilatũ lauantem manus atq; dicentẽ: Mundus ego sum à sanguine iusti huius: si centurionem ante patibulum cõfitentem: Vere hic erat filius dei: si eos qui ante passionẽ per Philippũ dominũ uidere desiderant: haud ambiges primam peperisse ecclesiam: & postea natũ populũ Iudęorum,

pro

A pro quo dominus precabatur: Pater ignosce eis, quod enim faciunt, nesciũt. Vnaq; die credidere tria milia: & alia die quinq; milia. Et eramus simul (multitudinis em credentium erat cor unum, & anima una) nullusq; alius in domo nobiscũ, exceptis nobis duabus, non blasphemantiũ Iudæorũ, non gentilium idolis seruientium. Mortuus est autẽ filius mulieris huius nocte. Dum enim legis sequitur obseruantiã, & gratiæ euangelij, iugum Mosaicæ doctrinæ copulat, tenebrarũ errore cooperta est. Oppressitq; eum mater sua dormiens, quæ nõ poterat dicere: ego dormio, & cor meũ uigilat. Media nocte consurgens, tulit filium de latere ecclesiæ dormientis, & in suũ collocauit sinum. Relege totam ad Galatas apostoli epistolam, & animaduertes quomodo filios ecclesiæ suos facere synagoga festinet, & dicat Apostolus: Filioli mei quos iterũ parturio, donec Christus formetur in uobis. Viuum tulit, nõ ut possideret, sed ut occideret: nõ enim amore fecit hoc filij, sed æmulæ odio: & suũ mortuũ per legis cerimonias in sinum ecclesię supposuit. Longũ est si uelim singula percurrere, quomodo per apostolũ Paulũ, & ecclesia sticos uiros intellexit ecclesia, nõ esse suũ filium, qui tenebatur in lege: & in luce cognouerit, quem in tenebris nõ uidebat. Inde iurgium ortũ est præsente rege, altera dicente: filius tuus mortuus est, meus autem uiuit: altera respondente, mẽtiris, filius quippe meus uiuit, & filius tuus mortuus est: atq; in hunc modũ contendebant coràm rege. Tunc rex Solomon (qui manifeste saluator accipitur, secundũ psalmũ septuagesimũ primum, qui titulo Solomonis inscribitur: ubi nulla dubitatio est, quin cuncta quæ dicantur, nõ Solomoni mortuo, sed Christi conueniant maiestati) simulat ignorãtiam, & humanos
2 pro dispensatione carnis mentitur affectus, sicut in alio loco: Vbi posuistis Lazarũ? Et ad mulierẽ fluentem sanguine, quis me tetigit? Gladiũ postulat, de quo dixerat: Nolite putare quod uenerim pacẽ mittere super terrã: non ueni pacem mittere, sed gladiũ. Veni enim diuidere hominẽ contra patrẽ suum, & filiam contra matrẽ suam, & nurũ con-
B tra socrum suam: & inimici hominis domestici eius, & tentat naturã naturæ dominus, uultq; secundũ utriusq; uoluntatẽ, uiuentem filium in legem gratiamq; diuidere: non quod probet, sed quod ad arguendũ calumniam synagogæ, hoc uelle se dicat. Illa quæ nolebat ecclesiæ filium in gratia uiuere, nec per baptismum liberari, libenter habet diui di puerum: nõ ut possideat, sed ut interficiat. Ecclesia quæ scit suum esse, libẽter cõcedit æmulæ, dum uiuat saltẽ apud aduersariam: ne inter legẽ diuisus & gratiã, saluatoris mucrone feriatur. Vnde dicit Apostolus: Ecce ego Paulus dico uobis, quod si legẽ obseruatis, Christus uobis nihil prodest. Hæc sub allegoriæ nubilo dicta sunt. Cæterũ optime nouit prudẽtia tua, non easdẽ esse regulas in Tropologiæ umbris, quæ in historiæ ueritate. Quod si cubi pedẽ offendimus, & sapiẽti lectori friuolũ uideatur esse quod scripsimus, culpam in autorẽ referat. Nos em & hæc ipsa in lectulo decumbẽtes, longaq; ægrotatione confecti, uix notario celeriter scribenda dictauimus: nõ ut impleremus materiã, sed ne tibi in principio amicitiarum aliquid imperanti, uideremur negare. Ora nobis à domino sospitatẽ, ut post duodecim mẽses, quibus iugi languore cõfectus sum, possim aliquid dignũ uestræ scribere uoluntati: & ignosce si scatẽs oratio, cursu nõ solito fluat. Nõ enim eodẽ lepore dictamus quo scribimus: quia in altero sæpe stilum uertimus, iterum quæ legi digna sint scripturi: in altero quicquid in buccam uenerit celeri sermone cõuoluimus. Caninium libenter uidi, qui narrare tibi poterit q̃ difficile & periculosum manus dexteræ usq; in præsentem diem quo ista dictaui uulnus sustinuerim.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Ex annorum supputatione, docet Solomonem & Achatz ante pubertatis annos genuisse liberos. Verum ab huiusmodi quæstionibus anxie tractãdis dehortatur, quod in litera nihil sit fructus, 2
in allegoria plurimum.

SCHOLIVM EIVSDEM.

I CVm in benedictionibus.] Εὐλογίας Paulus beneficiola uocat, ultro missa amicis, siue à colligendo, siue quod bene ominatis uerbis, eiusmodi donare oporteat. Linguæ tenere uernaculæ.] Id est Hebraeæ, quæ propria est eius historiæ, & ad quam summum in difficultatibus est suffugium. Lustralibus hostijs.] Lustrare expiare est: unde hostiæ lustrales qui-

bus expiabatur portentū,numen aliquod offensum indicans. Nō tam studiosi q̄ ocios.] Si ocio c
sum est in his torquere simul ac torqueri quæstionibus,quæ tamen ad historiæ sacræ ueritatē pertinent,quid sentiendū de nōnullis sophisticis cōtrouersiis,quæ nec finem habent ullum,nec usum.

HIERONYMVS VITALI.

Enon nauclerus,per quē mihi dicis tuæ sanctitatis literas esse trāsmissas : unam tantum & breuē epistolam beati papæ Damasi amabilis reddidit, solita munuscula continentē.Satisq; miror quid causę fuerit,ut cū in benedictio- 1
nibus & tuis & illius perferendis fidelis extiterit,in retenta epistola negligēs comprobetur.Neq; em̄ te falli arbitror discipulū ueritatis,nisi fortè Græco homini Latinus sermo inter chartulas oberrauit.Itaq; ad secundā rescribo epistolam, quā mihi sanctus filius meus Heraclius diaconus reddidit,in qua inter cætera deprecaris : ut exponā tibi causas,quare Solomon & Achas undecim annorū,filios genuisse dicantur.Si enim duodecimo anno Solomō super Israel accepit imperiū, & quadraginta annis regnauit in Hierusalē:filiusq; eius Roboam cum quadragesimū annum ageret ætatis , patri successit in regnū,perspicuum est undecim annorū fuisse Solomonē, siue decem, quia decem menses à conceptu usq; ad partū sibi mater uendicat.Rursum Achaz filius Ioathan cum uiginti esset annorū,rex cōstitutus est super duas tribus, id est,Iudā & Beniamin, regnauitq; annis sedecim:quo mortuo,Ezechias cum uicesimū & quintū annum ageret ætatis,patri successit in regnū.Ex quo intelligitur Achaz quoq; undecimo siue decimo anno,Ezechiā filiū procreasse.Et siquidē in historijs aliter haberēt Septuaginta interpretes,aliter Hebraica ueritas,cōfugere poteramus ad solita præsidia, & arcē linguæ tenere uernaculæ:nūc uero cum & ipsum autenticū,& cæteri interpretes pari autoritate cōsentiant, nō in scriptura, sed in sensu est difficultas. Quis em̄ crederet mortaliū, ut undecim annorū puer generaret filiū? Multa & alia dicuntur in scripturis , quæ uidentē incredibilia,& tamē uera sunt.Neq; enim ualet natura cōtra naturæ dominū:aut potest uas figulo dicere,quare me ita fecisti,aut ita? Licet quod pro miraculo signo atq; portento fit,legē natura facere nō possit.Num quia nostra ætate duplex Lyddę natus est homo,duorū capitū,quatuor manuū,uno uentre & duobus pedibus,omnes homines ita nasci necesse est? Legamus ueteres historias,& maxime Græcas ac Latinas , & inueniemus lustralibus hostijs,secundū errorē ueterum portentuosas soboles, tam in hominibus, q̄ in armētis ac pecudibus expiatas. Audiui,domino teste nō mentior, quædam mulierecula cum expositum nutriret infantē,& instillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur,cubaretq; cum ea paruulus:qui usq; ad decimum iam peruenerat annum:accidit,ut plus q̄ pudicitia patitur,se mero ingurgitaret,accensaq; libidine, obscœnis motibus ad coitum duceret infantē. Prima ebrietas,alterius noctis & cęterarū deinceps fecit cōsuetudinem.Nec dum duo mēses fuerant euoluti,& ecce fœminæ uterus intumuit . Quid plura? dispensatione dei factum est,ut quæ cōtra naturam , simplicitate paruuli in contemptum dei abutebatur,à naturæ domino proderetur: impleto sermone quo dicitur: Nihil occultū quod nō reueletur.Simulq; cōsideremus, quod occulte scriptura & Solomonē & Achaz,uoluptatis & impietatis accusat . Vterq; em̄ cū esset de stirpe Dauid, recessit à domino: & alter intantū secutus est libidinē:ut septuaginta habuerit uxores,& trecētas concubinas & adolescētulas,& scorta passim,quorum nō erat numerus: negle ctoq; deo patrum suorū,extruxerit idola gētium plurimarum , & fuerit, non ut prius iedidia,id est,amabilis domini,sed amator mulierū: Alter miserit ad regem Assyriorum, auxiliū postulans,& in tēpore angustiæ suæ,auxerit contemptū in dominū : immolauerit q; dijs Damasci uictimas percussorib. suis,& in omnib. urbibus Iuda extruxerit aras ad cremandum thus,atq; ad iracundiam prouocauerit dominum deum patrū suorum: intantum ut direptis uasis domus domini atq; confractis, clauserit ianuas templi dei, & fecerit sibi altaria in uniuersis angulis Hierusalē,ambulau eritq; in uijs regū Israel,& statuas fuderit Baalim,& adoleuerit incēsum in ualle filiorū Ennō,& lustrauerit filios suos in igne

A in igne,iuxta ritum gentiū, quas interfecit dominus in aduētu filiorū Israel . Ex quo perspicuū est,homines à parua ætate libidini deditos,immatura eorū sobole demonstrari, quod etiā eo tempore peccare cœperint,quo natura non patitur : Ad summā illud dici potest,quod in regno Dauid Solomon cū duodecim esset annorū, soliū patris obtinuerit : & postea, quia scriptura reliquit incertū,uixerit Dauid regnāte iam filio aliquot annos, qui sibi & nō Solomoni imputent: mortuo autē patre post filius regnauerit annis quadraginta,quos sine parēte regnauit:atq; ita & initiū regni Solomonis, & tēpus quo solus ipse regnauit,ab historia demonstratū . Nec tamē omnes annos uitæ illius quinquaginta tantū & duorū annorū circulis contineri.Sin autē dubitas , quod regnātibus filijs patribusq; uiuētibus,nō filijs tēpus regni eorū sed parentibus imputet: lege ipsum Regnorum uolumē,& inuenies,quod Ozias rex Iuda postq̄ lepra percussus est,habitauit in domo separata,& filius eius Ioathan imperiū rexerit, iudicaueritq; populum terræ,usq; ad diem mortis patris sui:& tamē post mortē illius cum uiginti quinq; esset annorum,sedecim annis regnasse dicatur,quos solus ipse regnauerit. Quod de Solomone intelleximus,& de Achaz similiter intelligendū est, qui Ioathæ filius , Ezechiæ pater fuerit.Audiui quēdam Hebræū huiuscemodi narrare fabulam iuxta prophetiam Esaiæ, quam inter decem uisiones nuper interpretatus sum,quod mortuo Achaz Philistæa lætata sit,& scriptura postea cōminetur ac dicat:Ne læteris,Philistæa omnis tu,quoniā cōminuta est uirga percussoris tui.De radice em̄ colubri egredietur regulus , & semē eius absorbens uolucrem,hoc est,de Achaz constituet rex Ezechias. Ex quo intelligi uoluit nō statim post mortem patris,filiū imperio subrogatū, sed uel seditionib. populi, uel quibusdam inter se regnis,id est Iuda ac Samaria discordantibus , aut certe premētibus malis,& hincinde cōsurgentibus bellis,regnū eius fuisse dilatū. In rebus obscuris diuer
B sas ponimus opiniones:ut nō tam scribere,q̄ loqui tibi coràm uideamur.Cæterū Apostolus interminabiles genealogias & Iudaicas fabulas prohibēs , de istiusmodi mihi uidetur interdicere quæstionibus.Quid em̄ prodest hærere in litera,& uel scriptoris errorem,uel annorū seriem calumniari,cum manifestissime scribatur:Litera occidit , spiritus autem uiuificat? Relege omnes & ueteris & noui testamenti libros, & tantam annorum reperies dissonantiam,& numerū inter Iudam & Israel,id est,inter regnū utrunq; cōfusum:ut huiuscemodi hærere quæstionibus nō tam studiosi, q̄ ocioси hominis esse uideatur.Munuscula à te missa libēter susceрi,& impendio precor,ut in amore quo nos appetere cœpisti,ad finē usq; perdures:Non enim cœpisse, sed permansisse uirtutis est. Nostra uicissim per Desiderium missa suscipe.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Taxat Rheticium Heduorum episcopum,qui perperam interpretatus sit Tharsis pro Tarso Ciliciæ,& aurum Ophaz ad Petrum accommodet,quia dictus sit Cephas. Hominis eloquentiām nō improbat,eruditionem & iudicium non probat.

SCHOLIVM.

1 Nuper cum Rheticij.] Meminit huius in Catalogo uirorum illustriū. Homonymum esse uocabulum.] Hoc est æquiuocum,cum eadem uox res diuersas declarat. Sed tam male existimasse uidetur.] Quid si legisset Hieronymus portenta quæ nunc passim legimus in commentarijs recentium interpretum,tam impudenter insulsa,ut uideantur suibus scripsisse,non hominibus.

HIERONYMVS MARCELLAE.

1 NVper cū Rheticij Augustudunēsis episcopi, qui quondā à Cōstantinopolitano imperatore sub Syluestro episcopo , ob causam Montensiū missus est Romā, cōmentarios in Cāticum canticorū perlegissem , quod Hebræi uocāt, sir hasirim שיר השירים uehemēter miratus sum,uirū eloquentē præter ineptias sensuum cæterorū, Tharsis urbem , putasse Tarsum , in qua Paulus apostolus natus sit:& aurū Ophaz,Petrū significare:quia Cephas in euāgelio, idem Petrus sit appellatus.Habuerat utiq; & in Ezechiele idipsum uerbū, ubi de quatuor animalib.scribitur:Et species rotarū sicut species Tharsis. Et in Daniele de domino : Et corpus eiusdē

ut Tharsis: quod Aquila chrysolithum, Symmachus hyacinthũ, interpretant. Et in psal c
mo: In spiritu uiolẽto conteres naues Tharsis. Et inter lapides qui in ornatu sacerdotis, tribuũ nominibus sculpti sunt, eiusdem lapidis nomẽ inseritur: & omnis ferè scriptura, hoc uocabulo referta est. De Ophaz uero quid dicam, cũ supradictus Daniel propheta in tertio anno Cyri regis Persarũ, post tres hebdomadas ieiunij atq; tristiciæ dicat: Extuli oculos meos, & uidi, & ecce uir unus uestitus baddim, & renes eius cincti auro Ophaz. Plura quippe apud Hebræos auri sunt genera. Vnde ob distinctionẽ, nũc Ophaz positum est: ne quis Zaab putaret, quod in Genesi nasci cum lapide carbunculo prædicatur. Quæris si Tharsis lapis chrysolithus sit, aut hyacinthus, ut diuersi interpretes uolunt, ad cuius coloris similitudinem dei species scribat: quare Ionas propheta, Tharsis ire uelle dicat, & Solomon & Iosaphat in Regnorũ libris naues habuerint, quę de Tharsis solitæ sint exercere commercia. Ad quod facilis est respõsio, homonymum esse uocabulum, quod & Indiæ regio ita appellet, & ipsum mare, quia ceruleũ sit, & sæpe solis radijs percussum, colorem supradictorũ lapidũ trahat, & à colore nomen acceperit. Licet Iosephus τ pro θ litera mutata, Græcos putet Tarsum appellare ϱ Tharsis. Innumerabilia sunt, quæ in illius mihi commẽtarijs sordere uisa sunt. Est quidem sermo cõpositus, & Gallicano cothurno fluens: sed quid ad interpretẽ, cuius professio est, non quo ipse disertus appareat, sed quo eum qui lecturus est, sic faciat intelligere, quomodo ipse intellexit qui scripsit. Rogo non habuerat decem Origenis uolumina? Non interpretes cæteros? Nõ certe aliquos necessarios Hebræorum, ut aut interrogaret, aut legeret, quid sibi uellẽt quæ ignorabat? Sed tam male uidẽt existimasse de cæteris, ut nemo possit de eius erroribus iudicare. Frustra ergo à me eiusdem uiri cõmentarios postulas, cũ mihi in illis displiceant multo plura q̃ placeant. Quod si opposueris, cur cæteris dederim: audies, nõ omnes ijsdem uesci debere cibis. Iesus in deserto plures hordeaceis panibus pascit, frumẽtaceis pauciores. Corinthij in quibus audiebat fornicatio qualis nec inter gentes, lacte pascuntur, quia necdum poterant solidum cibum capere. Ephesij autẽ in quibus nullum crimẽ arguitur: ab ipso domino cœlesti uescunt̃ pane, & sacramentũ D
quod à seculis absconditũ fuerat, agnoscunt. Neq; uero eorũ qui à me exemplaria acceperunt, uel autoritate uel ætate ducaris, cum & Daniel puer senes iudicet, & Amos pastor caprarum, in sacerdotum principes inuehatur.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

De diuisione psalterij, & autoribus ac titulis psalmorum instruit Sophronium, parãtem psalmos ex Hebræa ueritate uersos ab Hieronymo, in Græcam transferre linguam.

SCHOLIVM.

γένοιτο γένοιτο, id est, fiat, fiat.] Optantis est, esse uerum quod dictum est. Pro quo Aquila transtulit πεπισωμένως, id est, fideliter. Nam & titulus ipse Hebraicus.] סֵפֶר uolumẽ est Hebræis, תְּהִלִּים hymnus. In syluam ne ligna feras.] Fingit Horatius, sic se monitũ à Romulo per somniũ, quod natus citra mare, Græcos uersus pararet scribere: cum apud Græcos satis esset poetarum. In syluam non ligna feras insanius, ac si Græcorum magnas malis implere cateruas.

HIERONYMVS SOPHRONIO.

SCio quosdã putare psalteriũ in quinq; libros esse diuisum: ut ubicunq; apud Septuaginta interpretes scriptũ est, γένοιτο γένοιτο, id est, fiat fiat, finis librorũ sit: pro quo in Hebræo legitur, amen amen. Nos autem Hebręorũ autoritatem secuti, & mãxime apostolorũ, qui semper in nouo testamẽto, psalmorũ librum nominãt: unum asserimus psalmorũ uolumẽ. Psalmos omnes eorũ testamur autorum, qui ponunt̃ in titulis, Dauid scilicet, Asaph & Idithũ, filiorũ Core, Eman Ezrahitæ, Moysi & Solomonis: & reliquorũ quos Esdras primo uolumine comprehẽdit. Si enim amẽ, pro quo Aquila transtulit πεπισωμένως, in fine tantũmodo librorũ ponere t: & non interdum, aut in exordio, aut in calce sermonis siue sentẽtiæ: nunquam saluator in euangelio loqueret: Amẽ amẽ dico uobis: nec Pauli epistolæ, in medio illud opere cõtinerẽt. Moyses quoq; & Hieremias, & cæteri in hũc modũ multos haberent libros, qui in me-

A in medijs uoluminibus suis, amen frequenter interserunt. Sed & numerus uiginti duorum librorum Hebraicorũ, & mysterium eiusdem numeri cõmutabitur. Nam & titulus ipse Hebraicus, sepher tehillim סֵפֶר תְּהִלִּים quod interpretatur uolumen hymnorũ, apostolicæ autoritati cõgruens, non plures libros, sed unum uolumen ostendit. Quia igitur nuper cum Hebręo disputans, quædã pro domino saluatore de psalmis testimonia protulisti: uolensq; te illudere per sermones penè singulos, asserebat non ita haberi in Hebræo, ut tu de Septuaginta interpretibus opponebas: studiosissime postulasti, ut post Aquilam & Symmachum & Theodotionẽ nouam editionẽ Latino sermone transferrem. Aiebas enim te magis interpretum uarietate turbari, & amorem tuum quo laberis, uel translatione uel iudicio meo esse contentũ. Vnde impulsus à te, cui & quæ possum debeo, & quæ non possum: rursum me obtrectatorũ latratibus tradidi, maluiq; te uires potius meas, quàm uoluntatẽ in amicitia requirere. Certe confidenter dicam, & multos huius operis testes citabo, me nihil duntaxat sententiæ de Hebraica ueritate mutasse. Si cubi ergo editio mea à ueteribus discreparit, interroga quẽlibet Hebræorũ, & liquido peruidebis me ab æmulis frustra lacerari, qui malunt contemnere uideri præclara, q̃ discere. Peruersissimi homines. Nam cum semper nouas expetant uoluptates, & gulæ eorum uicina maria non sufficiant, cur in solo studio scripturarũ, ueteri sapore contenti sunt? Nec hoc dico, quo prædecessores meos mordeam, aut quicquã his arbitrer detrahendum: quorum translationẽ diligentissime emendatã, olim meæ linguæ hominibus dederim: sed quod aliud sit in ecclesijs Christo credentium psalmos legere: aliud Iudæis singula uerba calumniantibus, respondere. Quod opusculũ meum, si in Græcũ, ut polliceris, transtuleris, & imperitiæ meæ doctissimos quosq; uiros testes facere uolueris, dicam tibi illud Horatianũ: In syluam ne ligna feras. Nisi quod hoc habebo solamen: si in labore communi intelligam mihi & laudem & uituperationem tecum esse cõmunem.

B ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Collatione uoluminum facta, docet quibus in locis editio Septuaginta dissonat ab Hebraica ueritate. & interpretibus cæteris inter se ut sæpe faciunt, discordantibus, indicat quid potissimum sit sequendum. Hoc opus quoniam reperi satis diligenter emendatum opera Ioannis Cononis, uiri literarum Græcarũ peritissimi, & quod ad huiusmodi negocium non minus habebat momenti, summa fide pariq; diligentia: præterea clarissimi uiri Ioannis Capnionis, postremo fratrũ Amerbachiorum: illorum studio contentus, non putaui meo labore opus esse. Respondet autem Germanis quibusdam, ostendens quomodo restitui debeant deprauata in psalmis, iuxta Hebraicam ueritatem, & Septuaginta editionem ab ipso Hieronymo sub asteriscis & obelis prius traditam.

HIERONYMVS SVNIAE ET FRETELAE

VEre in uobis apostolicus & propheticus sermo completus est: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Quis hoc crederet, ut Barbara Getarum lingua Hebraicam quæreret ueritatem: & dormitantibus, imò contendentibus Græcis, ipsa GERMANIA, spiritus sancti elo quia scrutaretur. In ueritate cognoui, quoniam non est personarũ acceptor deus, sed in omni gente, qui timet deum, & operatur iusticiã, acceptus est illi. Dudum callosa tenendo capulum manus, & digiti tractandis sagittis aptiores, ad stilum calamumq; mollescunt: & bellicosa pectora uertuntur in mansuetudinem Christianam. Nunc & Esaię uaticinium cernimus opere completum: Concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces, & non assumet gens contra gentem gladium, & non discent ultra pugnare. Rursumq; in eodem: Pascetur lupus cum agno, & pardus requiescet cum hœdo, & uitulus & leo & taurus pascentur simul, & puer paruulus ducet eos: & bos & ursus in commune pascent̃, paruuliq; eorum erunt pariter: & leo & bos comedent paleas: non ut simplicitas in feritatẽ transeat, sed feritas discat simplicitatẽ. Quæritis à me rem magni operis & maioris inuidię: in qua scribentis non ingenium, sed eruditio comprobet̃: ut dum ipse cupio de cæteris iudicare, iudicandum me omnibus præbeam: Et in opere psalterij iuxta distinctionẽ schedulę uestræ, ubicunq; inter Latinos Græcosq; cõtentio est, quid

magis Hebræis cõueniat, significem. In quo breuiter illud admoneo: ut sciatis aliam esse c
editionẽ quam Origenes, & Cæsarienſis Euſebius, omnesq; Græciæ tractatores κοινὴν, id est, cõmunem appellant atq; uulgatã, & à pleriſq; nunc λουκιανὸς dicitur: aliam Septua ginta interpretũ, quæ & in ἑξαπλοῖς codicibus reperitur, & à nobis in Latinum ſermonẽ fideliter uerſa est, & Hieroſolymæ atq; in orientis eccleſijs decantatur. Super qua re & ſanctus filius meus Auitus ſæpe quæſierat. Et quia ſe occaſio fratris noſtri Firmi presby teri dedit, qui mihi epiſtolam ueſtram reddidit à uobis, ſcribens in cõmune reſpondeo, & me magno amicitiæ libero fœnore: quod quanto magis ſoluimus, plus debemus. Si cut autẽ in nouo teſtamẽto, ſi quando apud Latinos quæſtio exoritur, & est inter exem plaria uarietas, recurrimus ad fontem Græci ſermonis, quo nouum ſcriptum est inſtru mentũ: ita in ueteri teſtamento, ſi quando inter Græcos Latinosq; diuerſitas est, ad He braicam recurrimus ueritatẽ: ut quicquid de fonte proficiſcitur, hoc quæramus in riuu lis. κοινὴ autem iſta, hoc est cõmunis editio, ipſa est quæ & Septuaginta. Sed hoc intereſt inter utranq;, quod κοινῶς pro locis & temporibus & pro uoluntate ſcriptorũ ueterum corrupta editio est. Ea autẽ quæ habetur in ἑξαπλοῖς, & quam nos uertimus, ipſa est quæ in eruditorũ libris incorrupta & immaculata, Septuaginta interpretũ translatio reſerua tur. Quicquid ergo ab hac diſcrepat, nulli dubium est, quin ita & ab Hebræorũ autorita te diſcordet. Prima de quinto pſalmo quæſtio fuit: Neq; habitabit iuxta te malignus. Pro quo habet in Græco ὁ παροικήσει σοι πονηρὸς, ſiue πονηρευόμενος, ut uulgata editio con tinet, & miramini cur παροικίαν, id est, incolatũ Latinus interpres nõ uerterit, ſed pro hoc poſuerit habitationem, quæ Græce dicitur κατοίκεσις, quod quidem in alio pſalmo feciſſe cõuincitur. Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et in decimoquarto pſalmo, rurſum pro incolatu, habitationẽ poſuit: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Et ſciendum, quod ſi uoluerimus dicere: Domine quis incolet tabernaculum tuum: uel il lud de quinto: Neq; incolet iuxta te malignus, perdet euphoniam: & dum interpretatio nis κακοζηλίαν ſequimur, omnem decorẽ translationis amittimus: & hanc esse regulã bo D
ni interpretis, ut idioma alterius linguę, ſuæ linguæ exprimat proprietate, quod quidem & Tullium in Protagora Platonis, & in Oeconomico Xenophontis, & in Demoſthenis contra Aeſchinem oratione feciſſe cõuincimus, & Plautum, Terentiũ, Cæciliumq; eru ditiſſimos uiros in Græcis comœdijs transferendis. Neq; ex eo quis Latinam linguã an guſtiſſimã putet, quod nõ poſſit uerbum de uerbo transferre, cum etiam Græci pleraq; noſtra per circumitus transferant: & uerba Hebraica non interpretationis fide, ſed lin guæ ſuæ proprietatibus nitanẽ exprimere. De eodem pſalmo: Dirige in conſpectu meo uiam tuam: pro quo habetur in Græco κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, hoc est, dirige in cõſpectu tuo uiam meã: quod nec Septuaginta habent, nec Aquila, nec Symmachus, nec Theodotio, ſed ſola κοινὴ editio. Deniq; & in Hebræo ita ſcriptum reperi: haiciſar le phanai darcheho הַיְשַׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ quod omnes uoce ſimili tranſtulerũt: dirige in conſpe ctu meo uiam tuã: ſecundũ illud quod in oratione dominica dicitur: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuũ: nõ quod nobis orantibus ſanctificet, quod per ſe ſan ctum est: ſed quod petamus, ut quod per naturã ſui ſanctũ est, ſanctificet in nobis. Ergo & nunc propheta poſtulat: ut uia domini quæ per ſe recta est, etiã ſibi recta fiat. De ſe xto pſalmo: Erubeſcant & cõturbentur uehementer omnes inimici mei: & dicitis, uehe menter, in Græco nõ haberi. Scio, ſed hoc in editione uulgata. Cæterũ in Hebræo habet meod מְאֹד id est, uehementer, & omnes σφόδρα ſimiliter tranſtulerũt. De ſeptimo pſal mo: Iudica me domine, ſecundũ iuſticiam meam. Pro quo habetur in Græco, κρῖνόν μοι κύριε κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, id est, iuxta iuſticiã tuam: ſed & in hoc male: in Hebræo autem zideki צִדְקִי habet, quod interpretatur iuſticia mea: & nõ zidekathecho צִדְקָתְךָ quod iuſticiam tuam ſonat. Sed & omnes interpretes iuſticiam meam, uoce ſimili tranſtulerũt. Nec cuiquam uideatur temerariũ, quod iudicari ſe ſecundũ iuſticiam ſuam poſtulet, cum & ſequens uerſiculus, hoc ipſum ſignificet: Et ſecundum innocentiam meam ſuper me. Et decimi-

ſexti

A ſexti pſalmi hoc exordiũ ſit: Exaudi domine iuſticiã meam. Et in decimoſeptimo quoq; dicatur: Retribuet mihi dominus, ſecundũ iuſticiam meam, & ſecundum puritatẽ manum mearũ reddet mihi. In uigeſimo quoq; quinto pſalmo ſcriptum ſit. Proba me domine & tenta me, ure renes meos & cor meum. Et in quarto pſalmo dicatur: Cum inuocarem exaudiuit me deus iuſticiæ meæ. Et in octogeſimoquinto pſalmo: Cuſtodi animã meam, quoniam ſanctus ſum. Iacob quoq; loquatur in Geneſi: Et exaudiet me cras iuſticia mea. De octauo pſalmo: Quoniã uidebo cœlos tuos: & dicitis quod, tuos, in Græco non habeatur. Verum est, ſed in Hebræo legitur ſamecha שָׁמַיִךָ, quod interpretatur, cœlos tuos. Et de editione Theodotionis in Septuaginta interpretibus additum est ſub aſteriſco: cuius rei breuiter uobis ſenſum aperiam. Vbi quid minus habeat in Græco ab Hebraica ueritate, Origenes de translatione Theodotionis addidit, & ſignũ poſuit aſteriſcum, id est ſtellam, quæ quod prius abſconditũ uidebatur, illuminet, & in mediũ proferat. Vbi autẽ quod in Hebræo nõ est, in Græcis codicibus inuenitur, ὀβελὸν, id est, iacentem præpoſuit uirgulam, quam nos Latine ueru poſſumus dicere: quo oſtenditur iugulandum esse & confodiendum, quod in autenticis libris non inuenitur: quæ ſigna & in Græcorũ Latinorumq; poematibus inueniuntur. In decimoſexto pſalmo: Oculi tui uideant æquitates: pro quo in Græco uos legiſſe dicitis, οἱ ὀφθαλμοί μου ἰδέτωσαν εὐθύτητας, id est, oculi mei uideant æquitates: ſed rectius oculi tui, quia & ſupra dixerat: De uultu tuo iudiciũ meum prodeat: ut oculi domini in propheta recta operante non praua, ſed recta cõſpiciant. In ipſo: Cuſtodi me ut pupillã oculi: dicitis in Græco legi φύλαξόν με κύριε ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, id est, cuſtodi me domine, ut pupillã oculi: quod nec in Hebræo, nec ullo habet interprete. In eodem: Exurge domine, præueni eum & ſupplanta eum: pro quo in Græco ſit, ἀνάστηθι κύριε πρόφθασον αὐτὸν καὶ ὑποσκέλισον αὐτὸν, id est: Exurge domine, præueni eos & ſupplanta eos. Sed melius, ſi legatur in numero ſingulari. Siqui
B dem de impio dictum est: de quo ſtatim ſequitur, præueni eum & ſupplanta eum: eripe ab impio animam meam: nulliq; dubium quin diabolum ſignificet. Decimoſeptimo pſalmo: Grando & carbones ignis: Et quæritis cur Græci iſtum uerſiculũ ſecundo non habeant interpoſitis duobus uerſibus. Sed ſciendũ, quia de Hebraico, & de Theodotionis editione, in Septuaginta interpretatione ſub aſteriſco additum ſit. In eodem: Qui perficit pedes meos tanquã ceruorum: pro quo ſcribitis in Græco inueniri, κατηρτισμένον τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφου, id est, qui perficit pedes meos tanquã cerui: ſingularem numerum pro plurali. Sed in Hebræo pluralis numerus poſitus est caaialoth כְּאַיָּלוֹת & omnes interpretes pluralem numerũ tranſtulerunt. In eodem: Et dediſti mihi protectionẽ ſalutis tuæ: pro quo in Græco uos legiſſe dicitis, καὶ ἔδωκάς μοι ὑπερασπισμὸν σωτηρίας μου, id est, & dediſti mihi protectionẽ ſalutis meæ. Sed in Hebræo ieſacha יִשְׁעֲךָ ſalutis tuæ ſignificat, non meæ, quod & omnes interpretes tranſtulerunt. In ipſo: Supplantaſti inſurgentes in me, ſubtus me. Pro quo in Græco plus inueniſſe uos dicitis, συνέπεσον οἱ ὑπεναντιούμενοί μοι ὑποκάτω μου ἐπαναστάντες ἐπ' ἐμὲ, id est, ſupplantaſti omnes inſurgẽtes in me: ſed omnes, additũ est. In eodem: Viuit dominus & benedictus deus meus. Et dicitis in Græco non haberi meus, ζῇ κύριος καὶ εὐλογητὸς ὁ θεός, id est, uiuit dominus & benedictus deus: quod nõ ſub aſteriſco, ſed ab ipſis Septuaginta de Hebraica ueritate translatũ est, & cuncti interpretes in hac parte conſentiunt. In eodem: Liberator meus de gentibus iracundis. Pro quo in Græco uos inueniſſe dicitis, ὁ ῥυόμενός μου ἐξ ἐχθρῶν μου δυνάστων, id est, liberator meus ab inimicis meis fortibus ſiue potentibus. Et quia ſemel ueritati ſtudemus, ſi quid uel transferentis feſtinatione, uel ſcribentium uitio deprauatũ est, ſimpliciter confiteri, & emendare debemus. In Hebræo nihil aliud habetur, niſi hoc: Liberator meus ab inimicis meis: Septuaginta autem, iracundis addiderunt. Et pro gentibus tam in Hebræo, quàm in cunctis interpretibus, inimici poſiti ſunt, & miror quomodo pro inimicis, gentes mutatæ ſunt. De decimooctauo: Exultauit ut gigas ad currendum uiam ſuam: & dicitis quod in Græco ſuam, nõ habeatur, ἠγαλλιάσατο ὡς γίγας δραμεῖν ὁδόν, id est, exultabit

est, exultabit ut gigas currere uiam: sed hoc nos sub ueru additum reperimus, & in He- c
braeo non esse, manifestum est. De decimonono: Tribuat tibi secundũ cor tuum: & di
citis in Greco uos in hoc uersiculo additum nomen domini reperisse, δῴη σοι κύριος, id
est, tribuat tibi dominus, quod superfluũ est: quia ex superioribus ἀπὸ κοινῆς subauditur,
ude cœpit & psalmus: Exaudiat te dominus in die tribulationis: ut & hic sub eodem sen
su dicatur: Tribuat tibi secundũ cor tuum, id est, ipse dominus, de quo supra dictum est.
In eodem: Exaudi nos in die, qua inuocauerimus te: pro quo legisse uos dicitis, ἐν ᾗ ἂν, id
est, in quacunq;, sed superius cum Hebraica ueritate concordat: ubi scriptum est, beiom
בְּיוֹם, id est, in die. De uicesimoprimo: Tu autem domine ne elongaueris auxiliũ tuum:
dicitis inuenisse uos, meũ: quod & uerum est, & ita corrigendũ. Neq; enim si quid scri-
ptorum est errore mutatũ: stulta debemus contentione defendere. In eodem: Vniuer-
sum semen Iacob magnificate eum: pro quo in Græco scriptum sit, ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ
δοξάσατε αὐτὸν, id est, glorificate eum. Sed sciendum, quod ubicunq; in Græco δοξάσατε,
id est, glorificate scriptum sit, Latinus interpres magnificate transtulerit, secundũ illud
quod in Exodo dicitur: Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, pro quo in
Græco scribitur δεδόξασται, id est glorificatus est. Sed si in Latino transferat, fit indecora
translatio: & nos emendantes psalteriũ olim, ubicunq; sensus idem, ueterũ interpretum
consuetudinẽ mutare noluimus, ne nimia nouitate, lectoris studium terreremus. De
uicesimosecundo. Calix meus inebrians quàm præclarus est. Pro quo in Græco legisse
uos dicitis τὸ ποτήριόν σου, id est calix tuus. Sed in κοινῇ hoc error obtinuit. Cæterũ & Septua-
ginta, & Hebræi, & omnes interpretes, calix meus habent, & Hebraice dicitur chosi כּוֹסִי
Alioqui si calix tuus esset, diceret choscha כּוֹסְךָ In uicesimoquarto: Confundantur om
nes iniqua agentes: & dicitis, quod omnes, in Græco nõ habeatur, αἰσχυνθήτωσαν οἱ ἀνο-
μοῦντες, id est, confundantur iniqua agentes, & bene: nam nec in Hebræo habetur, sed d
in Septuaginta sub ueru additum est. In eodem: Innocentes & recti adhæserunt mihi,
quia sustinui te: & dicitis in Græco uos reperisse, ὅτι ὑπέμεινάς σε κύριε, id est, quia susti-
nui te domine, quod superfluum est. De uicesimosexto. Et nunc exaltauit caput meum,
super inimicos meos: pro quo in Græco uos inuenisse dicitis, καὶ νῦν ἰδοὺ ὑψωσε κεφαλήν
μου, id est, & nunc exaltauit caput meum: sed ecce, superfluum est. In eodem. Exquisiuit
facies mea: pro quo in Græco positum sit, ἐξεζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου, id est, quæsiuit te
facies mea, sed melius superius est. De uicesimoseptimo: Exaudi uocem deprecationis
meæ: pro quo uos inuenisse dicitis εἰσάκουσον κύριε, id est, exaudi domine, sed & hoc addi
tum est. Viceſimooctauo. Et in templo eius omnes dicent gloriam: pro quo in Græco
καὶ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν, id est, & in templo eius omnis quis dicit gloriam.
Quod si transferre uoluerimus ad uerbũ omnis quis, in κακοζηλίαν interpretationis in-
currimus, & fit absurda translatio. In eodem. Dominus diluuium inhabitare facit: pro
quo uos legisse dicitis, κύριος τὸν κατακλυσμὸν κατοικεῖ, id est, dominus diluuium inhabi
tat: quorum prius pertinet ad gratiam credentium, secundum ad eius, in quo credunt,
habitaculum. Sed quia iosab יֹשֵׁב uerbum ambiguum est, & potest utrunq; sonare: nam
sessio & habitatio dicitur, & in ipso psalmo de gratia baptismatis dicitur: Vox domini su
per aquas multas, & uox domini præparantis ceruos, & reuelauit cõdensa, & in templo
eius omnis dicet gloriam: de ipsis sentiri uoluimus qui glorificant dominũ: & interpre-
tati sumus, dominus diluuiũ inhabitare facit. De tricesimo: Quoniam tu es protector
meus. Rursum & in hoc loco additũ est nomen domini, ὑπερασπιστὴς μου κύριε, id est, quo
niam tu es protector meus domine. Et ne eadem inculcẽ, obseruare debetis nomen do-
mini & dei sepissime additũ: & id uos debere sequi, quod de Hebraico & de septuaginta
interpretibus emendauimus. In eodem. Ego aũt dixi in excessu mentis meæ: pro quo in
Latinis codicibus legebat, in pauore meo, & nos iuxta Græcũ transtulimus ἐν τῇ ἐκστάσει
μου, id est, in excessu mentis meæ. Aliter enim Latinus sermo ἔκστασιν exprimere non po-
test, nisi mentis excessum. Aliter me in Hebraico legisse noueram, in stupore & admi-
ratione

A ratione mea. Tricesimoprimo: Nec est in spiritu eius dolus. Pro quo in Græco uos le
gisse dicitis, ὃ δ' ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος, id est, neq; est in ore eius dolus, quod so-
lus Symmachus posuit. Alioquin & Septuaginta interpretes & Theodotion, & Quinta
& Sexta editio, & Aquila, & ipsum Hebraicum, in spiritu eius habet, quod Hebraice di
citur בְּרוּחוֹ berucho. Sin autẽ esset, in ore eius dolus, scriberetur בְּפִיו bepif. In eodem:
Conuersus sum in erumna mea. In Græco, mea, non esse suggeritis ἐστράφην εἰς ταλαιπω-
ρίαν. ἐν τῷ ἐμπαγῆναί μοι ἄκανθαν, id est, conuersus sum in erumna, dum configitur mi-
hi spina: quod ex Hebraico & translatione Theodotionis, sub asteriſco additũ est: & in
Hebraico legitur lesaddi לְשַׁדִּי Trigesimoquarto: Omnia ossa mea dicent domine. Pro
quo, bis domine inuenisse uos dicitis, πάντα τὰ ὀστᾶ μου δέσποτα κύριε, κύριε, id est, omnia os-
sa mea dicent, domine, domine. Sed sciendũ quod multa sunt exẽplaria apud Hebræos,
quæ ne semel quidem dominũ habent. Trigesimosexto: Et uiam eius uolet: & in Græ
co uolet nimis, uos legisse dixistis θελήσει σφόδρα, id est, & uiã eius uolet nimis, quod ad-
ditum est, nec apud quenq; habetur interpretum. Trigesimooctauo: Veruntamen ua
ne cõturbatur omnis homo uiuens, & dicitis in Græco uos non inuenisse conturbatur
πλὴν τὰ συμπάντα ματαιότης πᾶς ἄνθρωπος ζῶν, id est, ueruntamẽ uniuersa uanitas, omnis
homo uiuens. Sed & hoc sub ueru additũ est in Septuaginta. Et hinc apud uos, & apud
plerosq; error exorit, quod scriptorũ negligentia, uirgulis & asteriscis subtractis, distin-
ctio uniuersa confunditur. Tricesimonono: Et legem tuam in medio cordis mei. Pro
quo in Græco cõperisse uos dicitis, ὁ νόμος σου, ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου, id est, & legem
tuam in medio uentris mei, quod in Hebræo scriptũ est בְּתוֹךְ מֵעַי beſoch meai. Sed pro-
pter euphoniam apud Latinos in corde translatũ est, & tamen nõ debemus subtrahere
quod uerum est. In eodem: Domine in adiutoriũ meum respice. Pro quo in Græco re-
perisse uos dicitis, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες, id est, domine ad adiuuandum me festi
na. Sed apud Septuaginta πρόσχες, id est, respice scriptum est. Quadragesimo. Et si ingre
B diebatur, ut uideret: & dicitis quòd, si, in Græco non sit positũ, καὶ εἰσπορεύου τοῦ ἰδεῖν,
id est, & ingrediebatur, ut uideret: cum manifestissime & in Hebræo & in cunctis inter-
pretibus scriptũ sit, & Septuaginta transtulerint. Quadragesimoprimo. Salutare uultus
mei deus meus. Pro quo inuenisse uos dicitis, σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ θεός μου, id est,
salutare uultus mei, & deus meus. Sed sciendum est, hoc in isto psalmo bis inueniri. & in
primo positum esse, Salutare uultus mei, deus meus. In secundo autẽ, id est in fine ipsius
psalmi, Salutare uultus mei, & deus meus: ita duntaxat, ut, & coniunctio, de Hebræo &
Theodotione sub asteriſco addita sit. In eodẽ. Exprobrauerunt mihi qui tribulant me.
Pro quo inuenisse uos dicitis, ὠνείδισάν με οἱ ἐχθροί μου, id est exprobrauerũt mihi inimici
mei, cum & apud Septuaginta scriptũ sit οἱ θλίβοντές με. Et apud Hebræos צוררי sorerai,
id est hostes mei. In eodem. Spera in eo, quoniam adhuc confitebor illi, & dicitis, ad-
huc, in Græco non inueniri: ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, id est spera in eum, quoniam confi-
tebor illi: quod sub asteriſco additũ est: ita enim & in Hebræo scriptum reperimus בִּי עוֹר
chi od, quod significat ὅτι ἐάσει με, Latineq; dicitur adhuc. Hoc etiam ipsum & in quadra-
gesimosecundo intelligendũ est in ultimo uersu. Quadragesimotertio. Et non egre-
dieris in uirtutibus nostris: pro quo in Græco uos reperisse dicitis, καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ θεὸς ἐν
ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν, id est, & non egredieris deus in uirtutibus nostris, sed deus super-
fluum est. In ipso. Posuisti nos in similitudinem gentibus. Pro quo in Græco scriptum
est, ἔθου ἡμᾶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν. Sed si dictum fuisset in Latino, in similitudinem
in gentibus, κακόφωνον esset. Et propterea absque damno sensus, interpretationis elegan
tia conseruata est. Alioquin in Hebræo ita scriptum reperi, tesimenu mosel bagoim
תְּשִׂימֵנוּ מָשָׁל בַּגּוֹיִם id est, posuisti nos prouerbium in gentibus. In eodem. Exurge ad-
iuua nos. Pro quo more solito in Græco, domine additum est, ἀνάστα κύριε βοήθησον ἡμῖν,
id est, exurge domine adiuua nos. Quadragesimoquarto. Sagittæ tuæ acutæ. Pro
quo in Græco legisse uos dicitis, τὰ βέλη σου ἠκονημένα δυνατή, id est, Sagittæ tuæ

acutæ

acutæ potentissime,sed hoc male,& de superiori tertio uersiculo additũ est,in quo legi- C
tur. Accingere gladio tuo super fœmur tuũ potentissime, id est, ὡὴ τὴν μηρόν σε δυνατε. Quadragesimo septimo. Quoniam ecce reges cõgregati sunt. Pro quo in Græco legisse uos dicitis, ὅτι ἰδὲ οἱ βασιλεῖς αὐτῆ συνήχθησαν: id est, quoniam ecce reges eius cõgregati sunt:quod superfluum esse,ipse lectionis textus ostendit, & in ueteribus Latinorum co dicibus scriptum erat,reges terræ:quod nos sustulimus, quia nec in Hebræo,nec in Septuaginta reperitur. In ipso.Sicut audiuimus,sic uidimus:pro quo in Græco reperisse uos dicitis, καθάπερ ἠκούσαμεν οὕτως ⟨ἐ⟩ εἴδομεν, id est,sicut audiuimus, ita & uidimus:quod superfluum est. Legitur enim in Hebræo , chenrainu כֵּן רָאִינוּ quod interpretatur οὕτως εἴδομεν,hoc est,sic uidimus. In eodem.Suscepimus deus misericordiã tuã,in medio tem pli tui:pro eo quod nos de Hebraico & Septuaginta interpretibus uertimus, templi tui, id est ναοῦ σου,in Græco legisse uos dicitis λαοῦ σου,id est,populi tui, quod superfluũ est. In Hebraico enim scriptũ est הֵיכָלֶךָ hechalecho,id est ναοῦ σου, hoc est templi tui,& non עַמְּךָ amecha,quod populũ tuum significat. Quadragesimooctauo.Homo cum in honore esset: pro quo in Græco uos inuenisse dicitis,& homo cum in honore esset, ⟨ἐ⟩ ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν. Sed sciendũ quod iste uersiculus bis in hoc psalmo sit:& in priori additam ha beat & coniunctionẽ,in fine nõ habeat. In eodem. Et dominabunt eorũ iusti.Pro iu stis,οἱ εὐθεῖς,id est rectos,in Græco uos legisse dicitis,sed hoc propter euphoniã ita in La tinum uersum est. Alioquin & in eo loco, ubi scriptũ legimus, ecce scriptũ est in libro, εὐθεῖωνiustorũ intelligimus librum, & non debemus sic uerbum de uerbo exprimere, ut dum syllabas sequimur,perdamus intelligentiã. In eodem.De manu inferi cum libera uerit me.Pro quo inGręco legisse uos dicitis,ἐκ χειρὸς ᾅδου ὅταν λαμβάνῃ με,id est,de ma nu inferi cum acceperit me. Quod quidem & nos de Septuaginta ita uertimus,& miror quomodo in uestro codice deprauatũ sit. Quadragesimonono. Sedens aduersus fra- D
trem tuum loquebaris.Pro quo in Græco legisse uos dicitis, καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις: & putatis nõ bene uersum,quia diximus aduersum fratrẽ tuum loquebaris, & debuisse nos dicere, aduersum fratrẽ tuum detrahebas, quod uitiosum esse,& in lin gua nostra non stare,etiam stultis patet.Nec ignoramus,quod κατάλαλιὰ dicatur detra ctio,quã si uoluerimus ponere,non possumus dicere aduersus fratrẽ tuum detrahebas, sed de fratre tuo detrahebas.Quod si fecerimus:rursum contentiosus calumniator uer borum inquiret: quare non dixerimus, κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, hoc est, aduersus fratrẽ tuum. Hæc superflua sunt, & nõ debemus putida nos uerborũ interpretatione torquere,cum damnum nõ sit in sensibus:quia unaquæq; lingua(ut ante diximus)suis proprietatibus loquitur. In ipso.Ne quando rapiat,& sit qui eripiat,& in Græco uos reperisse dicitis, καὶ ὃ μὴ ἦ,id est,nec sit qui eripiat,quod & à nobis uersum est,& in nostris codicibus sic habeẽ:& miror quomodo uitium librarii dormitantis,ad culpã referatis interpretis:nisi forte fuerit,ne quando rapiat,nec sit qui eripiat:& ille pro nec,& scripserit. In eodem. Sacrificium laudis honorificabit me:pro quo in Græco scribit, θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, id est,glorificabit me:de quo & supra diximus. Et in euangelio in eo loco,ubi in Græco legimus:⟨ἐ⟩ νῦν δόξασόν με σὺ πάτερ παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ,ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρά σοι: in Latino scribitur, Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate , quã habui priusquam mundus esset apud te.Noluimus igitur immutare,quod ab antiquis legeba tur,quia idem sensus erat. In quinquagesimoquarto.Expectabam eum,qui saluum me fecit,& dicitis uos inuenisse in Gręco,προσεδεχόμην τὸν θεὸν τὸν σώζοντά με,id est,expecta bam deum saluantem me, quod additum est. In eodem. A pusillanimitate spiritus,& in Græco inuenisse uos dicitis , ἀπὸ ὀλιγοψυχίας, quod proprie pusillanimitas dicitur. Sed sciendum quod pro ὀλιγοψυχία Aquila & Symmachus & Theodotion , & Quinta editio interpretati sunt ἀπὸ πνεύματος, id est, à spiritu , & in Hebræo scriptum est בְּרוּחַ meruah . Omnisque sensus ita apud eos legitur , festinabo , ut saluer à spiritu tempesta tis , & turbinis. In eodem. Quoniam si inimicus maledixisset mihi , in Græco ὠνείδισέ με

A ὠνείδισέ με, hoc est opprobrasset me, positum est. Sed inter maledicta & opprobria sensum non discrepare,perspicuum est. De quinquagesimoquinto. Quoniam multi bellantes aduersum me,ab altitudine diei timebo.Et dicitis in Græco uos inuenisse,ὅτι πολλοί πολε μοῦντές με,ἀπὸ ὕψους ἡμέρας ἐ φοβηθήσομαι,id est non timebo,quod additũ est.Et est ordo, quoniã multi dimicant aduersum me:idcirco ego ab altitudine diei timebo:hoc est non bellantes aduersum me,sed tuum excelsum timebo lumen. In ipso.In ira populos con fringes, pro quo in Græco legitur,ἐν ὀργῇ λαοὺς κατάξεις,id est confringes : & apud Lati nos pro eo quod est,deijcies,id est καταβαλεῖς, male error obtinuit κατάξεις, id est in ira populos confringes. Nam & in Hebraico הוֹרֵד hored habetur,id est καταβίβασον, quod nos possumus dicere depone , & Symmachus interpretatus est κατάσεισον. Quinqua gesimooctauo. Quia dominus susceptor meus. Pro quo in Græco positũ est, ὅτι σὺ θεὸς ἀντιλήπτωρ μου ⟨εἶ⟩,id est,quia tu deus susceptor meus es. Sed sciendũ quod in Hebræo nec es,est scriptum,nec tu,& apud Septuaginta solos inueniri. In ipso.Deus meus uoluntas eius præueniet me. Pro quo in Græco scriptum est , ὁ θεός μου τὸ ἔλεός αὐτοῦ προφθάσει με, id est deus meus misericordia eius præueniet me:quod & uerius est.Sed in Hebræo scri ptum est:Dei mei misericordia præueniet me. In eodem.Deus ostendet mihi inter ini micos meos. Prò quò in Græco positũ est,ὁ θεός μου δείξει μοι ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου, id est,deus meus ostendet mihi in inimicis meis,sed meus,additum est. In eodem.Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populum tuum.Pro quo in Græco scriptum est, μήποτε ἐπιλαθω νται τοῦ νόμου σου,id est ne quando obliuiscantur legis tuæ.Sed in Septuaginta & in He bræo non habetur populi tui, sed populi mei : & à nobis ita uersum est. In eodem: Et scient quia dominus dominabitur Iacob finium terræ. Pro quo in Græco scriptum est, ⟨ἐ⟩ γνώσονται ὅτι ὁ θεὸς δεσπόσει τοῦ ἰακὼβ,καὶ τῶν πράτων τῆς γῆς,id est,& noscent quoniam dominus dominabitur Iacob & finium terræ . Sed , & coniunctio addita est : & ordo est : Scient quia deus Iacob dominabitur finium terræ. In quinquagesimonono:Quis
B deducet me in ciuitatem munitam : quis deducet me usque in Idumæam ? Pro quo ha betur in Græco, ἢ τίς ὁδηγήσει με ἕως τῆς Ἰδουμαίας, id est, aut quis deducet me, sed super fluum est,aut. In sexagesimo: Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam.Pro quo in Græco legitur,ὅτι σὺ ὁ θεὸς εἰσήκουσας τῆς εὐχῆς μου,id est,quia tu deus exaudisti ora tionem meam : quod non habetur in Hebræo, nec in Septuaginta interpretibus : & in Latino additum est. In eodem: Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi.Pro quo in Græco scriptum sit, in secula , οὕτως ψαλῶ τῷ ὀνόματί σου εἰς τοὺς αἰῶνας, id est, sic psallam nomini tuo in secula : & in Hebræo semel habet לָעַד laad,id est,in æternum: & non לְעֹלָם leolam,id est,in seculum. In sexagesimoprimo:Quia deus adiutor noster in æternum. Pro quo in Græco sit,ὁ θεὸς βοηθὸς ἡμῶν, id est,quia deus adiutor noster : ergo in æternum,obelus est. In sexagesimosecundo:Sitiuit tibi anima mea: pro quo in Græ co sit: ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου,id est:Sitiuit te anima mea. Sed in Hebræo non habetur אָתָּה ato, quod significat, te : sed לְךָ lecho, quod significat tibi , quod & omnes interpretes transtulerunt.Ergo secundum linguæ proprietatẽ,uersum est in Latinum. In sexage simo tertio:Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Pro quo in Græco,βέλη νη πίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν, id est, sagitta paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Sed si sic dicamus, non resonat in Latino : Sagitta paruulorum factæ sunt plagæ eorum. In sexagesimoquarto:Qui conturbas profundum maris,sonum fluctuum eius.In Græ co:ὁ ταράσσων τὴν κύτην τῆς θαλάσσης,ἦχος κυμάτων αὐτῆς,τίς ὑποστήσεται,id est,qui con turbas profundum maris , sonum fluctuum eius : & est additum, quis sustinebit : quod superfluum est: subauditur enim, qui conturbas profundũ maris : & conturbas sonum fluctuum eius. In eodem: Parasti cibum illorum:quoniam ita est præparatio eius: Et dicitis quod in Græco non sit, eius : ὅτι οὕτως ἡ ἑτοιμασία , id est, quoniam ita est præpa ratio : cum in Hebræo תְּכִינָתָ techineoh, manifeste præparationem eius significet. Eius autem, id est, terræ : de qua supra dixerat : Visitasti terram & inebriasti eam. In sex-

 gesimoquinto

Universidad de Deusto Biblioteca

gesimoquinto: Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum. Pro quo dici- C
tis inuenisse uos, μετὰ θυμιάματος καὶ κριῶν, id est, cum incenso & arietibus: sed male. In Hebræo autem scriptum est: עִם קְטֹרֶת אֵילִים im Katoroth elim: quod interpretatur μετὰ θυμιάματος τῶν κριῶν, id est, cum incenso arietum. In eodem: Propterea exaudiuit deus. Pro quo in Græco inuenisse uos dicitis, διὰ τοῦτο εἰσήκουσέ μου θεὸς, πρόσεσχε τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου, id est, propterea exaudiuit me deus: intendit uoci deprecationis meæ: ubi, me, superfluum est. In sexagesimoseptimo: Exultare in conspectu eius. Pro quo in Græco inuenisse uos dicitis, καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἐνώπιον αὐτοῦ, id est, & exultate in conspectu eius: quod ita uersum est à nobis: sed à quo in uestro codice corruptum sit, scire non possumus. In eodem: Etenim non credunt inhabitare dominum. Pro quo in Græco uos legisse dicitis, καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι, id est, etenim non credentes inhabitare, quod utrunque falsum est. Nos enim transtulimus: Etenim non credentes inhabitare dominum: ut hic sensus, & pendeat ex superioribus: Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus, & eos qui non credebant deum inhabitare posse mortalibus. In eodem: Benedictus dominus die quotidie, pro quo dicitis in Græco legi, κύριος ὁ θεὸς εὐλογητὸς, εὐλογητὸς κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν, id est, dominus deus benedictus, benedictus dominus die quotidie. Sed melius & uerius est quod supra. In eodem: Viderunt ingressus tui deus: pro quo in Græco scriptum sit: ἐθεωρήθησαν αἱ προέλευσίς σου ὁ θεὸς, id est, uisi sunt ingressus tui deus, quod in Hebræo ita habet: רָאוּ הֲלִיכוֹתֶיךָ אֱלֹהִים rau helicothecho elohim, quod Aquila & Symmachus & Theodotio, & Quinta sextaq; editio interpretati sunt: Viderunt itinera tua deus: & quod sequitur. Itinera dei mei regis qui est in sancto. Ergo à uobis ita legendum est: Viderũt ingressus tuos deus: & scriptoris uitium relinquendum est, qui nominatiuum posuit pro accusatiuo: licet in Septuaginta & in ἑξαπλοῖς ita repererim, ἐθεώρησαν τὰς πορείας σου. & pro eo quod est, ἐθεώρυσαν, hoc est uiderunt, in multis codicibus habetur ἐθεωρήθησαν, quod & obtinuit consuetudo. In eodem: Ingressus dei mei, regis mei, qui est in sancto: subauditur, uiderunt D
ingressus dei mei & regis mei. Quod autem dicitis, mei, in rege non appositum, apertissimi mendacij est. Secundo enim ponitur: & dei mei, & regis mei, blandientis affectu: ut qui omnium deus & rex est, suus specialiter deus fiat, & rex merito seruitutis. Deniq; in Hebræo scriptum habes אֱלִי מַלְכִּי eli malki, quod deum meũ, & regem meum significat. In eodem: Regna terræ cantate deo, psallite domino. Et dicitis hoc in isto uersiculo non esse scriptum, psallite domino: quoniam statim sequitur post diapsalma, psallite deo, qui ascendit super cœlũ cœli ad Orientẽ: cum iste uersiculus magis habere debeat iuxta Hebraicam ueritatẽ: Cantate deo, psallite domino: & illud quod sequitur in principio uersus alterius, psallite deo: nõ sit in libris authenticis, sed obelo prænotatũ. Ergo & uos legite magis ea quæ uera sunt: ne dum additũ suscipitis, quod à propheta scriptũ est, relinquatis. In sexagesimooctauo: Laudabo nomen dei cum cantico. Pro quo dicitis uos reperisse in Græco, ᾄσομαι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μετ' ᾠδῆς, id est, laudabo nomen dei mei cum cantico: sed, mei, superfluum est. In septuagesimo: Deus ne elongeris à me: quod dicitis in Græco positum esse, ὁ θεός μου μὴ μακρυνθῇς ἀπ' ἐμοῦ, id est, deus meus ne elongeris à me: meus, superfluum est. In eodem: Deus docuisti me ex iuuentute mea, & in hoc quod apud Græcos uos inuenisse dicitis: ὁ θεός μου ἐδίδαξάς με ἐκ νεότητός μου, id est, deus meus quæ docuisti me ex iuuentute mea, superfluum est, meus. In eodem: Donec annunciem brachium tuum, & dicitis in Græco uos reperisse, mirabilia tua, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀπαγγελῶ τὰ θαυμάσιά σου, id est, usq; nunc annunciabo mirabilia tua, quod de superiori uersiculo est, & usque nunc pronunciabo mirabilia tua. Bene ergo hic habet, brachium. In septuagesimoprimo psalmo: Et adorabunt eum omnes reges. Illud quod in Græco uos inuenisse dicitis; καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, id est, & adorabunt eum omnes reges terræ: hoc quidem superfluum est. In eodem psalmo: Benedictus dominus deus deus Israel, dicitis in Græco bis, deus non haberi, εὐλογητὸς κύριος
ὁ θεὸς

A ὁ θεὸς ἰσραήλ, id est, benedictus dominus deus Israel, cum & in Hebraico sit, & apud Septuaginta, & manifestissime triplex domini dei, deiq; nuncupatio, mysterium sit trinitatis. In eodem: Et benedictum nomen maiestatis in æternum. Hoc ergo quod in Græco uos inuenisse dicitis, καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, id est, & benedictum nomen gloriæ eius in æternum, & in seculum seculi: superflue sciatis à Græcis esse appositum, quod nec Hebræus habet, nec Septuaginta interpretes. De septuagesimosecundo: Prodijt quasi ex adipe, & uos dicitis in Græco reperisse ἐξελύσετο, id est, prodiet, quod falsum est. Nam & apud Septuaginta interpretes ita scriptum est, ἐξηλύσατο ὡς ἐν σίατος ἡ καθηκία αὐτῶν. In eodem: Quomodo scit deus, in Græco dicitis non esse deum, cum & apud Septuaginta scriptum sit, πῶς ἔγνω ὁ θεὸς, & omnes interpretes similiter de Hebræo transtulerint. In eodem: Intelligam in nouissimis eorum, pro quo in Græco legisse uos dicitis, καὶ σωθῶ, id est, & intelligam: sed hic, & coniunctio superflua est. In eodem: Defecit caro mea & cor meum, pro quo dicitis in Græco haberi, ἐξέλιπεν ἡ καρδία μου, καὶ ἡ σαρξ μου, id est, defecit cor meum & caro mea, sed hic peruersus ordo est. In eodem: Vt annunciem omnes prædicationes tuas. Pro quo in Græco legisse uos dicitis, τοῦ ἐξαγγεῖλαι με πάσας τὰς αἰνέσεις σου, id est, ut annunciem omnes laudes tuas. Et sciendum quod scriptum in Hebræo habet מַלְאָכוֹתֶיךָ malachothecho, quod Aquila ἀγγέλους σου, id est, nuncios tuos, Septuaginta, τὰ ἀπαγγέλματά σου, id est, prædicationes tuas, uel promissa interpretati sunt: licet & laus & prædicatio unum utrunque significet. De septuagesimotertio: Vt quid deus repulisti in finem. Pro quo apud Græcos male legitur ordine commutato, ut quid repulisti deus. In eodem: Quanta malignatus est inimicus in sancto. Miror quis in codice uestro emendando peruerterit, ut pro sancto sanctis posuerit, cum in nostro codice, in sancto inueniatur: licet Græci legant, ἐν τῷ ἁγίῳ σου, id est, in sancto tuo. In eodem: Incendamus omnes dies festos dei à terra, pro quo in Græco scriptum est, διότι καὶ κατάπαυσωμεν
B πάσας τὰς ἑορτὰς τοῦ θεοῦ ἀπὸ τῆς γῆς, & nos trãstulimus, heus & quiescere faciamus omnes dies festos dei à terra. Et miror quomodo è latere annotationem nostram, nescio quis temerarius scribendam in corpore putauerit, quam nos pro eruditione legentis scripsimus, hoc modo: textus non habet, κατάπαύσωμεν, ut quidam putant, sed κατακαύσωμεν; id est, incendamus. Et quia retulit mihi sanctus presbyter Firmus, qui huius operis exactor fuit, inter plurimos hinc habitam quæstionem, plenius de hoc disputandum uidetur. In Hebræo scriptum est, שָׂרְפוּ כָל מוֹעֲדֵי אֵל בָּאָרֶץ sarphu chol moade el baarez, quod Aquila & Symmachus uerterunt ἐνέπρησαν πάσας τὰς ἑορτὰς θεοῦ ἀπὸ τῆς γῆς, id est, incenderunt omnes solennitates dei in terra. Quinta, κατέκαυσαν, id est, combusserunt. Sexta, κατακαύσωμεν, id est, comburamus. Quod & Septuaginta iuxta hexaplorum ueritatem transtulisse perspicuum est. Theodotio quoq; ἐνεπυρίσωμεν uertit, id est, succendamus. Ex quo perspicuum est, sic psallendum, ut nos interpretati sumus. Et tamen sciendum quid Hebraica ueritas habeat. Hoc enim quod Septuaginta interpretes transtulerunt, propter uetustatẽ in ecclesia decantandum est: & illud ab eruditis sciendum propter noticiam scripturarũ. Vnde si quid pro studio ex latere additum est, non debet poni in corpore: ne priorem translationem, pro scribentium uoluntate conturbet. In eodem: Cõtribulasti capita draconum in aquis, tu confregisti capita draconis: sic lectionis ordo sequitur, ut in priori uersu, tu, nõ habeat, sed in secundo: & aquæ plurali numero scribantur, non singulari. Sed & Aquila uerbum Hebraicũ חַמִּים hamaim, ὑδάτων, id est, aquarum interpretatus est. Græcus uerò textus habet, σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος ἐπὶ τοῦ ὕδατος, σὺ συνέθλασας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος. In eodem: Ne obliuiscaris uocis inimicorũ tuorum: pro quo in Græco, μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν ἐκετῶν σου, id est, ne obliuiscaris uoces deprecantiũ te, scriptum dicitis. In Hebræo autem צוֹרְרֶיךָ zorerecho legitur: quod Aquila, hostium tuorum: Symmachus, bellantiũ contra te: Septuaginta & Sexta editio, inimicorum tuorum, interpretati sunt: & est sensus pendens ex superioribus

Universidad de Navarra Biblioteca

ribus: Memor esto improperiorũ tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt quotidie. c Ne obliuiscaris uoces inimicorũ tuorum, id est, uoces quibus te blasphemant, tibiq; in populo tuo detrahũt. Vnde sequitur: Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Pro quo in Græco est διαπαντὸς, id est, per omnia siue omnino: id est, dum tu differs pœnas, illi proficiunt in blasphemias. In septuagesimoquarto: Narrabimus mirabilia tua. Pro quo male apud Græcos legit, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου, id est, narrabo omnia mirabilia tua. In septuagesimoquinto: Omnes uiri diuitiarum manibus suis: & non ait uos, nescio à quo deprauatum legitis, in manibus suis: cum in Græco sit, πάντες οἱ ἄνδρες τοῦ πλούτου ταῖς χερσὶν αὐτῶν, id est, omnes uiri opulentiæ manibus suis. In eodem: Terribili & ei qui aufert spiritum principum: dicitis quod ei, non sit scriptum in Græco, τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων, id est, terribili & auferenti spiritus principum. Verũ est: sed nisi apposuerimus ei, Latinus sermo non resonat. Neq; enim possumus dicere: terribili & qui aufert spiritum principum. In septuagesimosexto: Et meditatus sum nocte cum corde meo: & excitabar & scopebam spiritũ meum. Pro quo in Hebræo legimus: Recordabar psalmorum tuorum in nocte cum corde meo: loquebar & scopebam spiritum meum. Pro exercitatione ἀδολεσχίαν, id est, decantationẽ quandam & meditationem, Septuaginta transtulerunt: & pro eo quod nos diximus scopebam, illi posuerunt ἔσκαλλον, quod Symmachus transtulit, ἀνεξεύνων, id est, perscrutabar siue quærebam: Et quinta similiter. In Græco habetur, καὶ ἔτη αἰώνια ἐμνήσθην καὶ ἐμελέτησα, νυκτὸς μετὰ τῆς καρδίας μου ἠδολέσχουν, καὶ ἔσκαλλε τὸ πνεῦμα μου, id est: & annos æternos memineram & meditatus sum, nocte cum corde meo argutabar, & rimabat spiritus meus. Proprie autem σκαλισμὸς in agricultura dicitur, in sarriendo, id est, sarculando: & quomodo ibi quæruntur herbæ sarculo quæ secentur: sic & iste retractatum cogitationum suarum metaphoricos à sarculo demonstrauit. Et sciendum quod ἔσκαλλον non semel, sed frequenter significet. In eodem: A generatione in generationem: hoc quod Græcum sequentes inuenisse uos dicitis, συνετέλεσε ῥῆμα, id est, consummauit uerbum, d recte non habetur in Latino: quia & in nullo habetur interpretum. In septuagesimoseptimo: Et narrabunt filijs suis. Pro quo habetur in Græco, καὶ ἀπαγγελοῦσιν αὐτὰ, id est, & annunciabunt ea. Sed sciendũ quod in Hebræo וַיְסַפְּרוּ uisapheru scriptum est: quod Aquila & Symmachus, narrabunt, transtulerunt. In eodem: Et occidit pingues eorũ, pro quo in Græco esse dicitis, καὶ ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν, id est, & occidit in pluribus eorum: sic habetur in Hebræo, בְּמִשְׁמַנֵּיהֶם bemismanehem, quod Aquila interpretatus est εὐπόροις αὐτῶν, Symmachus, τοῖς εὐπορωτάτοις, Septuaginta & Theodotio, & Quinta editio, ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν, quod quidam non intelligentes, putauerunt scriptum, ἐν τοῖς πλήθεσιν. In eodem: Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei: in Græco haberi dicitis, καὶ ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν καὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτῷ, id est, & dilexerunt eum in ore ipsorum: & lingua sua mentiti sunt eum. Et in Hebræo scriptum est, וְיְכַזְּבוּלוֹ iechaz bulo, & omnes uoce simili transtulerunt ἐψεύσαντο αὐτῷ, id est, mentiti sunt ei. Quis autem uoluerit pro ei ponere, eum, & uitiare exemplaria, non est mei iudicij. In eodem: Et propicius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos: dicitis quod in Græco, eos, non habeatur: quod & uerum est, καὶ οὐ διαφθερεῖ, id est, & non disperdet. Sed nos ne sententia pendeat, Latinum sermonem sua proprietate compleuimus. Si quis autem putat διαφθερεῖ non perditionem, sed corruptionem sonare, recordetur illius tituli in quo scribitur Græce, εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς, hoc est, in finem ne perdas: & non ut plerique κακοζήλως interpretantur, ne corrumpas. In eodem: Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisiuit dextera eius. Pro quo apud Septuaginta legitur, ὄρος οὗ ἐκτήσατο ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, id est, montem hunc quem possedit: & non ut uos ponitis, ὃ ἔκτισε, id est, quæ acquisiuit. Melius ergo secundum Hebraicam proprietatẽ interpretatus est Symmachus, montem quem acquisiuit dextera eius. In eodem: Et auerterunt se, & non seruauerũt f pactum

A pactum: quemadmodum patres eorum. Scio quod pactum non habeatur in Hebræo: sed quoniam omnes uoce simili transtulerunt, ἠσυνθέτησαν, & apud Græcos pactum dicitur, συνθήκη, ex uno uerbo significatur, non seruauerunt pactum: licet Septuaginta ἠθέτησαν posuerunt. In eodem: In terra quam fundauit in secula. Pro quo scriptum inuenisse uos dicitis, ἐν τῇ γῇ ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα, id est, in terra fundauit eam in secula. In Hebræo ita scriptũ est, ut uertit Symmachus, εἰς τὴν γῆν ἣν ἐθεμελίωσεν εἰς τὸν αἰῶνα, id est, & ædificauit sicut unicornium sanctificium suum in terra quam fundauit in secula. Si autem nõ de terra dicitur quod fundata sit, sed de alia re quæ fundata uideatur in terra: probent ex prioribus & sequentibus, quis sensus sit: ut nescio quid, quod dicitur fundatum, uideatur in terra. Si autem sanctificium in terra fundatum putant, debuit scribi, in terra fundauit illud in secula. In eodem: Et in intellectibus manuũ suarum deduxit eos: non habet textus, ἐν τῇ συνέσει, ut scribitis numero singulari: quod intelligentiam sonat: sed ἐν ταῖς συνέσεσι, quod intelligentias sonat: sicut & in Hebræo habetur בְּתְבוּנוֹת bithbunoth, quod est in intellectibus. De septuagesimooctauo: Posuerunt Hierusalem in pomorũ custodiã: quod in Græco ὀπωροφυλάκιον dicitur: nec potest aliter uerti quàm à nobis translatũ est. Significat autem ὀπωροφυλάκιον speculam quam custodes fatorũ & pomorum habere consueuerunt: ut de amplissima urbe paruum tuguriolũ uix remanserit. Hoc secundum Græcos. Cæterũ in Hebræo לְעִיִּים laijm scriptũ habetur: quod Aquila uertit λιθόριον, id est, aceruum & cumulum lapidum, quibus uineæ & agri purgari solent. In septuagesimonono: Et plãtasti radices eius hinc: & dicitis quod in Græco, hinc, non habeatur, καὶ κατεφύτευσας τὰς ῥίζας αὐτῆς, & bene. Nam & in nostris codicibus nõ habetur: & miror quis imperitorũ uestros libros falsauerit. De octogesimosecundo: Hæreditate possideamus sanctuarium dei. Et dicitis quod in Græco sit scriptum, κληρονομήσωμεν ἑαυτοῖς, id est, possideamus nobisipsis, quæ superflua quæstio est. Quando enim
B dicitur, possideamus, intelligitur & nobis. De octogesimotertio: Cor meum & caro mea exultauit in deum uiuum. Pro quo in Græco scriptum dicitis, καρδία μου καὶ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο, id est, cor meum & caro mea exultauerunt, & in hoc nulla contentio est. Si em legimus, exultauit, intelligitur cor meũ exultauit: & caro mea exultauit. Si autem exultauerunt, duo pariter exultauerũt, id est, cor & caro. Et quæso uos ut huiusmodi ineptias & superfluas contentiones, ubi nulla est sensus mutatio, declinetis. In eodem: Beatus uir cui est auxilium abs te. In Græco uos inuenisse dicitis, μακάριος ἀνὴρ ᾧ ἐστὶν ἀντίληψις αὐτοῦ παρὰ σοῦ, id est, cuius est auxiliũ eius abs te: quod quia nos in Latina interpretatione mutauimus, ut dicitis reprehendimur. Cui enim non pateat, quod si dicere uoluerimus, cui est auxilium eius abs te, apertissimũ uitium sit: & quando præcesserit, cui, sequi non debeat, eius: nisi forte uitij arguimur, quod uitauimus uitium. In eodem: In ualle lachrymarum. Pro quo dicitis in Græco scriptum esse, εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ κλαυθμῶνος, id est, in ualle plorationis. Sed siue ploratum, siue fletum, siue lachrymas, siue planctum dixerimus, unus est sensus: & nos hoc sequimur, ut ubi nulla est de sensu mutatio, Latini sermonis elegantiã conseruemus. De octogesimoquarto: Benedixisti domine terram tuam, pro eo quod est, benedixisti, in Græco scriptum dicitis εὐδόκησας, & quæritis quomodo hoc uerbũ exprimi debeat in Latino. Si contentiosè uerba scrutamur & syllabas, possumus dicere, beneplacuit domine terra tua. Et dum uerba sequimur, sensus ordinẽ perdimus. Aut certe addendum est aliquid, ut eloquij ordo seruetur, & dicendũ: Complacuit tibi domine terra tua. Quod si fecerimus, rursum à nobis quæretur, quare addiderimus tibi, cum nec in Græco sit, nec in Hebræo. Eadẽ igitur interpretandi sequẽda est regula, quam sæpe diximus, ut ubi non sit damnũ in sensu, linguæ in quà transferimus, εὐφωνία, proprietas & elegantia conseruetur. In eodem: Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi, & dicitis quod in Græco, sibi, non habeat, ἔλεος καὶ ἀλήθεια συνήντησαν, id est, misericordia & ueritas concurrerunt, nec in Hebræo habeẽ, & apud Septuaginta obelo prænotatum est: quæ signa dum per scriptorum negligentiam à plerisq; quasi superflua

relinquuntur, magnus in legendo error oboritur. Si autem non fuerit additũ ſibi: miſe- c
ricordia & ueritas nõ ſibi, ſed alij occurriſſe credent̃: nec iuſticia & pax ſibi dediſſe oſcu
lum, ſed aſteri. De octogeſimoquinto: Et non propoſuerũt te in conſpectu ſuo, dicitis
quod in ueſtro codice, te, non habeatur: addite, te, & emendato errore librarij, ueſtrum
quoq; errorem emendabitis. In eodem: Et tu domine deus miſerator & miſericors. In
Græco inueniſſe uos dicitis, σὺ κύριε ὁ θεός μου, id eſt, & tu domine deus meus, quod ſu-
perfluum eſt. Meus enim nec in Hebræo habetur, nec in Septuaginta. De octogeſimo-
octauo: Magnus & horrẽdus. Pro quo in Græco inueniſſe uos dicitis, μέγας καὶ φοβερός,
quod ſignificat terribilis, timendus, & formidandus. Ego puto idipſum ſignificare hor
rendum, non uti uulgus exiſtimat, deſpiciendũ & ſqualidum, ſecundum illud Vergilij:
Mihi frigidus horror membra quatit: Et, horror ubiq; animo, ſimul ipſa ſilentia terrẽt:
Et, monſtrum horrendum ingens, & multa his ſimilia. In eodem: Tunc locutus es in ui
ſione ſanctis tuis. Pro quo in Græco uos inueniſſe dicitis, τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς υἱοῖς
σου, id eſt, tunc locutus es in uiſione filijs tuis. Sed ſciendum eſt quod in Hebræo לַחֲסִידֶיךָ d
lahaſidecho habetur, quod omnes, τοῖς ἁγίοις σου, id eſt, ſanctis tuis, tranſtulerunt. Et ſola
Sexta editio, prophetis tuis, interpretata eſt, ſenſum magis quàm uerba exprimens. Et in
κοινῇ tantũ pro ſanctis, filios reperi. In eodem: Tu uerò repuliſti & deſpexiſti. Pro quo
in Græco σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας inuéniſſe uos dicitis. Vnius literæ mutatio, quan-
tum uobis fecit errorem? Non enim reſpexiſti, ſed deſpexiſti, & pro nihilo duxiſti, inter
pretati ſumus, niſi forte ἐξουδένωσας, non putatis tranſferendũ deſpexiſti: ſed ſecundum
diſertiſsimum iſtius temporis interpretem, nullificaſti, ſeu annihilaſti, uel annullaſti, uel
uilificaſti, & ſi qua alia poſſunt inueniri apud imperitos portenta uerborum. De octo-
geſimonono: A ſeculo uſq; in ſeculum tu es deus, & dicitis quod in Græco nõ ſit, deus,
ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ, id eſt, à ſeculo & uſq; in ſeculũ tu es, quod apud eos
deeſſe, manifeſtũ eſt. Nam & Hebraica ueritas habet, & omnes alij interpretes, & Septua
ginta ſimiliter tranſtulerunt, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ θεός, quod Hebraice di e
citur, מִן־הָעוֹלָם וְעַד־עוֹלָם אַתָּה אֵל meolam uead olam atha el. In eodem: Quoniã ſuperuenit
manſuetudo, & corripiemur. In Græco uos dicitis inueniſſe, ὅτι ἐπῆλθε πραότης ἐφ' ὑμᾶς
καὶ παιδευθησόμεθα, id eſt, quoniã ſuperuenit ſuper nos manſuetudo, & inſtruemur. Sed
hoc ſuperfluum eſt. De nonageſimo: Dicet domino ſuſceptor meus es tu. Et dicitis,
quod in Græco es, nõ habeatur. Ego uobis amplius dicam, quod apud Hebræos nec es
habeatur, nec tu. Sed apud Septuaginta, & apud Latinos pro εὐφωνίᾳ & uerborum conſe
quentia poſitum ſit. De nonageſimotertio: Beatus homo, quem tu erudieris domine: di
citis in Græco non eſſe, tu, μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἂν παιδεύσῃς κύριε, id eſt, beatus homo
quem quidẽ erudieris domine: & uerum eſt, ſed apud Latinos propter εὐφωνίαν, id eſt,
cõſonantiam poſitum eſt. Si enim dicamus, beatus homo quem erudieris domine, com
poſitionis elegantiã non habebit. Sed quando dicitur, domine, & apoſtropha fit ad do-
minũ, nihil nocet ſenſui ſi ponitur &, tu. In eodem: Et in malicia eorũ diſperdet eos. In
Græco dicitis non eſſe præpoſitionẽ, in, ſed legi: malicia eorum diſperdet. Sciendum au
tem quod & in Hebræo & in cunctis interpretibus poſitũ ſit, ἐπὶ τῷ πονηρίαν αὐτῶν ἀφα
νιεῖ αὐτοὺς κύριος ὁ θεός, id eſt, in malicia eorum diſperdet eos dominus deus. Si autem uo
luerimus legere, malicia eorum diſperdet, id quod in Septuaginta ſequitur in fine uerſi
culi, eos, & ſuperfluum erit & uitioſum. De nonageſimoſeptimo: Recordatus eſt miſe-
ricordiæ ſuæ, pro quo in Græco inueniſſe uos dicitis, ἐμνήσθη τοῦ ἐλέους αὐτοῦ τῷ Ἰακὼβ, id
eſt, recordatus eſt miſericordiæ ſuæ Iacob, ſed hic, Iacob, nomen ſuperfluum eſt. De
centeſimo: Oculi mei ad fideles terræ, ut ſedeant mecũ. Pro quo in Græco inueniſſe uos
dicitis, οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπὶ τοὺς πιστοὺς τῆς γῆς, τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ, id eſt: oculi mei
in fideles terræ, conſidere ipſos mecum. Quis non talem fugiat interpretationẽ, ut uer-
bum ad uerbũ exprimens, dicat, cõſidere ipſos cum me? De centeſimoprimo: Vigilaui
& factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Et dicitis inueniſſe uos in Græco, ὡσεὶ στρου
θίον,

A τος, quod antiqui codices Latinorum interpretati ſunt, in ædificio. Δῶμα, in orientali-
bus prouincijs ipſum dicitur, quod apud Latinos tectũ: in Palæſtina enim & Aegypto,
uel ubi ſcripti ſunt diuini libri, uel interpretati ſunt, nõ habent in tectis culmina, ſed do
mata, quæ Romæ uel ſolaria, uel meniana uocant, id eſt, plana tecta, quæ trãſuerſis tra-
bibus ſuſtentãtur. Deniq; & in actis apoſtolorum, Petrus quãdo aſcẽdit in doma, in te-
ctum ædificij aſcẽdiſſe credẽdus eſt. Et quãdo præcipitur nobis, ut faciamus domati no
ſtro coronam, hoc præcipitur, ut in tecto faciamus per circuitum quaſdam eminẽtias,
ne facilis in præceps lapſus ſit. Et in Euangelio: Quæ, inquit, auditis in aure, dicetis ſu-
per domata, id eſt ſuper tecta. Et in Eſaia. Quid uobis eſt quod omnes aſcendiſtis ſuper
tecta uana? Et multa iſtiuſmodi. In eodem. Factus ſum ſicut nycticorax in domicilio:
quod ſimiliter in Græco habetur δῶμα, & quęritis quid ſignificet nycticorax apud La-
tinos. In Hebræo pro nycticorace uerbũ chos כּוֹס ſcriptum eſt: quod Aquila & Septua
ginta & Theodotion & Quinta æditio nycticoracẽ interpretati ſunt, Symmachus uero
upupã: Sexta æditio noctuã, quod & nos magis ſequimur. Deniq; ubi apud nos & Grę-
cos legit̃, factus ſum ſicut nycticorax in domicilio: apud Hebręos dicit̃, factus ſum ſicut
noctua in ruinoſis. Pleriq; bubonẽ cõtentioſe ſignificare putant. In eodẽ. A facie iræ
indignationis tuæ. Pro quo in Græco inueniſſe uos dicitis, ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου καὶ τοῦ
θυμοῦ σου. i. à facie iræ tuæ, & indignationis tuæ: cum manifeſtum ſit quod apud Hebræos
& apud Septuaginta interpretes ſic habeat̃, ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς καὶ τοῦ θυμοῦ σου. In eodẽ.
Quoniam placuerũt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebũtur. Pro terra, aphar
עָפָר in Hebræo poſitum eſt, quod omnes γῆν χοῦν, tranſtulerũt: & poteſt tam puluis q̃ hu
mus, id eſt terra interpretari, In Græco ſic legitur, ὅτι ἠθέλησαν οἱ δοῦλοί σου τοὺς λίθους αὐ-
τῆς, καὶ τὴν χοῦν αὐτῆς οἰκτειρήσουσι. i. quoniam probauerũt ſerui tui lapides eius, & pulueris ei-
us miſerebuntur. De cẽteſimoſecundo. Nõ in perpetuum iraſcetur. Pro quo in Græ-
co inueniſſe uos dicitis, ὅτι εἰς τέλος ὀργισθήσεται, id eſt nõ in finem iraſcetur: ſed uerbum
B Hebraicum nezah נֵצַח & perpetuum & finis & uictoria intelligitur, pro locorum qua-
litate. De centeſimotertio. Qui facis angelos tuos ſpiritus. Pro quo in Græco uos inue-
niſſe dicitis, ὁ ποιῶν ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, id eſt, qui facit angelos ſuos ſpiritus. A qui-
bus breuiter quærite: quomodo cum ad deum ſermo ſit, quaſi ad alium loquens pro-
pheta repente mutetur: maxime cum ſic incipiat: Domine deus meus, magnificatus es
uehementer, confeſsionem & decorem induiſti: Et qui tegis aquis ſuperiora eius: id
eſt, cœli: Qui ponis nubes aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas uẽtorum: & ſta-
tim ſequatur: Qui facis angelos tuos ſpiritus: & miniſtros tuos ignem urẽtem. Qui fun-
daſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, Et poſt paululũ. Ab increpatione tua fugiẽt: & à uo
ce tonitrui tui formidabũt, & in loco quẽ fundaſti eis. Qui emittis fontes in cõuallibus,
& illud, Vt educas panem de terra. Si ergo omnia hæc ad ſecũdam perſonam ſunt, id eſt
ad deum, quomodo in uno uerſiculo, tertia perſona ſubito & extra ordinẽ inducitur?
In eodẽ. A uoce tonitrui tui formidabũt: dicitis, tui, nõ haberi in Latino, cum in Græco
ſit, ἀπὸ φωνῆς βροντῆς σου ἐφοβήθησαν. habetur & in Hebræo tonitrui tui, & miror quomo
do apud Latinos errore ſcriptorum ſubtractum ſit. In eodem. Hoc mare magnum &
ſpacioſum manibus, & dicitis in Græco, manibus, non haberi: & ego noui, αὕτη ἡ θά-
λασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος, id eſt, hoc mare magnum & ſpacioſum: ſed ex Hebraica
& Theodotionis æditione in Septuaginta ſub aſteriſco additum eſt. Deniq; & in He-
braeo ita ſcriptum eſt, zeh haiom godol urehab iadaim זֶה הַיָּם גָּדוֹל וּרְחַב יָדַיִם quod A-
quila ſic interpretatus eſt εὐρύχωρος χερσίν, & omnes interpretes, & hoc ſecũdum He-
braicam dicitur proprietatem μεταφορικῶς, quod quaſi expanſas manus habeat, & in ſe
cuncta ſuſcipiat. In eodẽ: Vt educas panẽ de terra. Pro quo inueniſſe uos dicitis, ut
educat, ſed nõ poteſt aliud ad ipſum, aliud ad alium de ipſo dici: aut omnia quaſi ad de-
um loquebatur propheta, aut omnia ad alium de eo referebat. Cum aũt pleraq; ad ip-
ſum dirigantur, & ea quæ ambigua ſunt, ad ipſius perſonam redigẽda ſunt. In Græco ſic

legitur, ἐξαγαγεῖν αὐτὴν ἐκ τῆς γῆς, id est, ad educendū panē è terra. In eodem: Herodij c
domus dux est eorū. Pro Herodio quod in Hebraico dicitur hasida חֲסִידָה Symmachus
ἐκτῖνον, id est, miluū interpretatus est. Deniq; & nos ita uertimus in Latinū. Ibi aues nidi
ficabunt, milui abies domus est, quod scilicet semper in excelsis & arduis arboribus ni-
dos facere cōsueuerit. Vnde & Sexta æditio manifestius interpretata est, miluo cupres-
sus ad nidificādum. Pro abietibus autē & cupressis in Hebræo ponitur berosim בְּרוֹשִׁים
quod magis abietes q̄ cupressos significat. In eodem: Petra refugium herinacijs. Pro
quo in Hebræo positum est sephānim שְׁפָנִים & omnes χειρογυλίκες uoce simili trāstule-
runt. Soli septuaginta lepores interpretati sunt, ὄις λαγωοῖς, id est, petra refugium lepo-
ribus. Sciendum est autē animal esse nō maius heritio, habēs similitudinē muris & ur-
si. Vnde & in Palæstina ἀρκτομῦς dicitur, & magna est in istis regionibus huius generis
abundātia, semperq́; in cauernis petrarum & terræ foueis habitare cōsuerunt. In cen-
tesimoquarto. Edidit terra eorū ranas. Pro quo in Græco, ἐξέβρυσεν ἡ γῆ αὐτῶν βατρα-
χους, uos legisse dicitis, quod potest ita interpretari, ebulliuit terra eorum ranas. Sed &
in hoc nulla est in sensu mutatio, & nos antiquam interpretationem sequētes, quod nō
nocebat, mutare noluimus. In eodem. Et cōtriuit lignum finium eorum. Pro quo in
Græco uos inuenisse dicitis, συνέτριψε παῦ ξύλον ὁρίων αὐτῶν, id est, cōtriuit omne lignum
finis eorum. Sed & hoc additum est & superfluum. In eodem. Quoniam memor fu-
it uerbi sancti sui quod habuit ad Abraham puerum suum. Pro quo in Græco uos le-
gisse dicitis, ὅτι διέθετο, id est, quod disposuit. Ita em̄ & in Hebræo & apud Septuaginta
habetur interpretes, ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ τοῦ πρὸς ἀβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Ergo
quod in Græco dicitur, ὅτι διέθετο, in hoc loco, & superfluum est & radendum. De
centesimoquinto. Cōfitemini domino quoniam bonus. Pro quo in Græco uos legisse
dicitis, ὅτι χρηστὸς, id est, quoniam suauis. Sed sciēdum est quod χρηστὸς in utile, & in bo
num & suaue uerti potest. Deniq; & in Hebraico scriptum est chi tob, כִּי טוֹב quod om
nes uoce simili transtulerūt ὅτι χρηστὸς, id est, quia bonus. Ex quo perspicuum est, quod d
χρηστὸς bonus intelligatur. In eodem. Nō fuerūt memores multitudinis misericordiæ
tuæ, dicitis quod in Græco inueneritis, οὐκ ἐμνήσθησαν, id est, & nō fuerūt memores,
& cōiunctio superflua est. In eodem. Et iritauerūt ascendētes in mare, mare rubrum.
Pro quo in Græco inuenisse uos dicitis, παρεπίκρανεν, & putatis uerbum è uerbo de-
bere trāsferri, & amaricauerūt, sed hæc interpretatio annullationi cōsimilis est, siue an-
nihilationi. Legite Ezechielem, & inuenietis παραπικρασμὸν iritationē & exacerbationem
semper expressum: ubi dicit, οἶκον παραπικραίνοντα. i. domus exasperās. In eodē. Et uidit
cum tribularētur, & audiuit orationē eorū (in Græco uos legisse dicitis ἐν τῷ κύριον. i.
& uidit dominus) quicquid extra hoc in Græco inuenisse uos dicitis, superfluum est.
De cētesimosexto. Et statuit procellam eius in auram, & siluerūt fluctus eius. Hoc ergo
quod pro isto in Græco inuenisse uos dicitis, ἐπέταξε τῇ καταιγίδι, ἐν εἰς αὔραν. i. &
cōstituit procellæ, & statuit in auram, superfluum est. In eodē. Et deduxerūt eos in por-
tum uoluntatis eorum, pro quo dicitis uos inuenisse, εἰς λιμένα θελήματος αὐτῶν, id est,
in portum uoluntatis suæ, sed in Hebræo nō habetur hephzi חֶפְצִי quod uoluntatis suę
significat, sed hephzam חֶפְצָם quod uolūtatis eorum sonat. De cētesimoseptimo, in
Græco dicitis esse ἐξεγέρθητι ἡ δόξα μου. i. exurge gloria mea, quod dicitis in Latino nō es-
se, recte in isto psalmo nō habetur, quia nec apud Hebræos, nec apud ullum interpretū
reperitur, sed habet in quinquagesimosexto psalmo. Exurge gloria mea, exurge psalte-
rium & cithara: exurgā diluculo. De quo mihi uidet à quodā in istum locū esse trāslatū.
In eodē. Mihi alienigenæ amici facti sunt. Pro quo in Græco inuenisse uos dicitis, ὑπετά-
γησαν, hoc est, subditi sunt. Sed hoc in quinquagesimono psalmo scriptū est, mihi alieni
genæ subditi sunt, in præsenti aūt ita apud oēs inueniemus trāslatores, ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ἐφί-
λωσαν. i. amici facti sunt, quod Hebraice dicit eth roa. אֶתְרוֹעַ De cētesimonono. Vir-
gam uirtutis tuæ emittet dñs ex Sion, dicitis uos in Græcis codicibus nō legisse, uirtutis

tuæ

A tuæ, ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι κύριος, id est, uirgam uirtutis emittet tibi dominus
ex Sion: quod manifeste & in Hebræo & in Septuaginta interpretibus habetur. In eo-
dem: Dominare in medio inimicorū tuorū: dicitis in Græco legi, καὶ κατακυρίευε, id est,
& dominare: sed hoc nec in Hebræo habetur: nec apud Septuaginta, & superfluum est.
De cētesimodecimo. Cōfitebor tibi domine in toto corde. Sed & hoc superfluū est,
quod in Græco uos inuenisse dicitis, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, id est, in toto corde meo. De cēte
simotertiodecimo. Deus aūt noster in cœlo: pro quo in Græco legisse uos dicitis, ἐν τῷ
οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, id est, in cœlo & in terra, sed & hoc superfluum est. De cētesimo quar
todecimo. Et in diebus meis inuocabo te: dicitis quod in Græco nō sit, te: & bene: de ue
stris quoq; codicibus radēdum est. In ipso. Placebo domino in regione uiuorum. Pro
quo in Græco legisse uos dicitis, εὐαρεστήσω ἐνώπιον κυρίου, id est, placebo in cōspectu do
mini, sed hoc superfluum est. In cētesimo decimoseptimo. In nomine domini quia
ultus sum in eos: dicitis, quia, in Græcis codicib. nō inueniri, καὶ τῷ ὀνόματι κυρίου ἠμυνά-
μην αὐτούς, id est, in nomine domini ultus sum eos, sed in Latinis sub asteriſco legendū
est. De cētesimo decimooctauo, Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi: in Græco
uos legisse dicitis: uehemēter additum, οὓς ἠγάπησα σφόδρα, id est, quas dilexi uehemen-
ter, sed hoc superfluum est. In eodem. Et leuaui manus meas ad mandata quæ dilexi,
in Græco uos legisse dicitis, πρὸς τὰς ἐντολάς σου, id est, ad mādata tua: sed & hoc super-
fluum est. In eodem. Cogitaui uias meas: in Græco uos legisse dicitis, διελογισάμην τὰς
ὁδούς σου. i. cogitaui uias tuas: sed hoc superfluum est, & rectius uias meas legiī. In eo-
dem. Et cōuerti pedes meos in testimonia tua: in Græco legisse uos dicitis, καὶ ἐπέστρε-
ψα, id est, & auerti. Sed & hoc superfluum est. In eodem. Ego aūt in toto corde scrutabor
mandata tua, in Græco, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. i. in toto corde meo, uos legisse dicitis: sed hic,
meo, superfluum est. In eodē. Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam nō
sum oblitus. Pro quo in Græco legisse uos dicitis, ἐν ταῖς χερσίν σου, id est, anima mea in
manibus tuis semper. Sed sciendum est & apud Hebræos & apud Septuaginta, & apud
B omnes alios interpretes scriptū esse in manibus meis, & nō in manib. tuis, quod Hebrai
ce dicitur bechafai בְּכַפַּי: & omnes apud Græcos ecclesiastici interpretes istum locū sic
edisserūt: & est breuiter hic sensus: Quotidie periclitor, & quasi in manibus meis sangui
nem meum porto: & tamen legem tuam non obliuiscor. In eodem. Exitus aquarum
deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam. Pro quo in Græco legisse
uos dicitis: quia nō custodiui legem tuam: sed hoc superfluum est: quia & in Hebræo
legitur: Riui aquarum fluebant de oculis meis: quia non custodierunt legem tuam.
In eodem. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: pro quo nunciabit in Græco φθέγ-
ξεται uos legisse dixistis, quod uerbum siue dicas pronunciabit siue effabitur siue lo-
quetur, idipsum significat. Deniq; & nos de Hebræo ita uertimus: Loquetur lingua
mea sermonem tuum. De cētesimo decimonono, Domine libera animam meam à la
bijs iniquis, à lingua dolosa: in Græco legisse uos dicitis, & à lingua dolosa. & ergo su-
perfluū est. De cētesimo uigesimosexto. Beatus uir qui implebit desideriū suū ex ipsis:
& in Græco dicitis, uir nō haberi, μακάριος ὃς πληρώσει. i. beatus qui implebit: quod mani-
feste in Hebræo & in Septuaginta interpretibus cōtinetur. De cētesimo uigesimonono.
Propter legē tuā sustinui te domine, dicitis in Græco uos legisse, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. i.
ppter nomē tuū. Et nos cōfitemur plura exēplaria sic reperiri. Sed qa ueritati studem⁹,
id quod in Hebræo sit, simpliciter debemus dicere: Pro nomine em̄ siue lege, apud eos
legit thira, quod Aquila interpretatus est φόβον, hoc est timorē: Symmachus & Theodo
tio νόμον. i. legē putātes thora, ppter literarū iod י & uau ו similitudinē & formam, quæ
tantum magnitudine distinguūtur. Quinta æditio, terrorē interpretata est. Sexta, uerbū.
De cētesimo triceſimoprimo. Sicut iurauit domino, uotū uouit deo Iacob. Pro eo quod
nos interpretati sumus, uotū uouit, in Græco ᾔξατο legisse uos dicitis, & putatis inter-
pretari debuisse, orauit deū: sed hoc male: nam εὐχὴ pro locorū qualitate, & orationem

&

& uotum significat, secũdum illud: Redde domino uota tua:id est τὰς εὐχάς σου. De cen C
tesimo tricesimoquinto. Qui fecit luminaria magna: dicitis quia in Græco inueneritis τῷ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ, id est, qui fecit luminaria magna solus. Sed hoc de superiori uersiculo est:ubi legimus: Qui fecit mirabilia magna solus, ibi ergo legendum est: & hic quasi superfluum nõ scribendum. De centesimo tricesimoseptimo. Quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum, in Græco reperisse uos dicitis ἐπὶ πάντας, id est, super omnes, sed in Septuaginta legit, ὅτι ἐμεγάλωσας ἐπὶ πᾶσι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιόν σου, sicut & nos in Latinum uertimus. Cæterũ apud Hebræos ita esse cognoscite. Quoniam magnificasti super omne nomẽ uerbum tuum. Iuxta æditionem autem Latinã hic sensus est: Quoniam magnificasti super omne nomen: hoc est, quod in cœlo & in terra dici potest sanctum, filium tuum. In centesimo tricesimooctauo pro eo quod est, quia nõ est sermo in lingua mea: uos in Græco inuenisse dicitis, ὅτι οὐκ ἔστι δόλος ἐν γλώσσῃ μου, id est, quia nõ est dolus in lingua mea: quod solum Sexta æditio interpretata est. Cæterũ & apud Septuaginta, & apud omnes interpretes, & ipsum Hebraicum, uel λαλιάν, uel λόγον, id est eloquium & uerbum, scriptum habet: deniq; Hebraice dicitur milla מִלָּה. In centesimo tricesimonono. Funes extenderunt in laqueum. Pro quo in Græco inuenisse uos dicis, καὶ σχοινίοις ἐπετείναν παγίδα τοῖς ποσί μου, id est, & funibus extenderũt laqueum pedibus meis: sed in hoc loco superfluum est. In eodem, pro eo quod est: Habitabunt recti cum uultu tuo: in Græco uos inuenisse dicitis, καὶ διατρίψουσιν, id est, & habitabunt recti cum uultu tuo, sed hic, cõiunctio &, superflua est. In centesimo quadragesimo. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Pro quo in Græco legisse uos dicitis, διεσπαρθήσαν τὰ ὀστᾶ αὐτῶν παρὰ τὸν ᾅδην, id est: Dissipata sunt ossa eorum secus infernũ, sed & hoc superfluum est. In centesimo quadragesimosexto: Nec in tibijs uiri beneplacitum erit ei: pro ei, domino legisse uos dicitis: quod nõ habetur in Græco, ὃ δὲ ἐν ταῖς ἰσχύσαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ, id est: neq; in tibijs uiri beneplacitum est. De eo autẽ quod & D
uos in fine schedulæ quæritis, & sanctus filius meus Auitus frequenter efflagitat, quomodo Græca interpretanda sint uerba: breuiter annotaui. Neomenia, mẽsis exordium est, quod nos secundum latinæ linguæ proprietatem, Calendas possumus dicere. Verũ quia apud Hebræos mensis secundum lunæ cursum supputatur, & apud Græcos μὴν dicitur, ἀπὸ τῆς μήνης, νεομηνία quasi luna noua appellatur. ἔρημος autem desertum uel solitudinem significat. Thronus uel sedem uel solium. νυκτικόραξ, ut diximus noctuam. Cœnomyia, nõ ut Latini interpretati sunt, musca canina dicitur per y Græcam literam: sed iuxta Hebraicam intelligẽtiam per œ dipthongon debet scribi: ut sit κοινομυῖα, id est omne genus muscarum, sed Aquila πανμυῖαν, id est omnimodam muscam interpretatus est. λαξευτήριον pro quo Latinus asciam uertit: nos genus ferramẽti interpretati sumus, quo lapides dolantur. Deniq; ex Hebræo uertẽtes ita diximus: Et nunc sculpturas eius pariter bipenni & dolatorijs deraserunt. λαξευτήριον ergo dolatorium dici potest.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

De decem mysticis uocabulis, quibus apud Hebræos designatur deus. Nõnihil subolet, hoc fragmentum esse ex commentario quopiam.

HIERONYMVS MARCELLAE.

NOnagesimum psalmũ legẽs, in eo loco quo scribitur: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cõmorabitur: dixerã apud Hebræos pro deo cœli esse positũ, saddai שַׁדַּי quod Aquila interpretat ἄλυμον, quod nos robustum & sufficientẽ ad omnia perpetrãda accipere possumus: unumq; esse de decem nominibus, quibus apud Hebræos deus uocatur. Ilico studiosissime postulasti, ut tibi uniuersa nomina cum sua interpretatione digererem. Faciã quod petisti. Primũ nomẽ dei est El אֵל quod Septuaginta θεόν, id est deũ, Aquila ἐτυμολογίαν eius exprimens

A mens ἰσχυρόν, id est fortẽ interpretat. Deinde Eloim אֱלֹהִים & Eloe אֱלֹהִי quod & ipsum deus dicitur. Quartũ sabaoth צְבָאוֹת quod Septuaginta uirtutũ, Aquila exercituũ transtulerunt. Quintum Elion עֶלְיוֹן quod nos excelsum dicimus. Sextum Eser eheie אֲשֶׁר אֶהְיֶה quod in Exodo legitur: Qui est, misit me. Septimum, Adonai אֲדֹנָי quem nos dominum generaliter appellamus. Octauum ia יָהּ quod in deo tantum ponit, & in alleluia extrema quoq; syllaba sonat. Nonum τετραγράμματον, quod ἀνεκφώνητον, id est inessabile putauerunt, quod his literis scribitur, Iod י he ה uau ו he ה quod quidam nõ intelligentes propter elemẽtorum similitudinẽ, cũ in Græcis libris repererint, pipi legere consueuerunt. Decimũ quod superius dictũ est saddai שַׁדַּי & in Ezechiel interpretatũ ponitur. Scire aũt debemus quod elohim cõmunis numeri sit, quod & unus deus sic uocetur & plures, ad quam similitudinẽ cœlũ quoq; appellatur & cœli, id est, samaim שָׁמַיִם Vnde & sæpe interpretes uariant, cuius rei exemplũ nos in lingua nostra habere possumus, Athenas, Thebas, Salonas.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Quid sit Hebræis Allelu ia, Amen, Maran atha, quo usus est Paulus, & Ephod, quæ recepta sunt etiam in ecclesiis Latinorum, neq; translata sunt ab interpretibus.

HIERONYMVS MARCELLAE.

NVper cum pariter essemus, nõ per epistolam, ut ante consueueras, sed præsens ipsa quæsisti, quid ea uerba, quæ ex Hebræo in Latinum non habemus expressa, apud suos sonarẽt, curq; sine interpretatiõe sint posita: ut est illud Allelu ia, Amẽ, Maran atha, Ephod, & cætera, quæ in scripturis respersa morasti. Ad quod nos quia dictandi angustia coartamur, breuiter respõdemus, siue Septuaginta interpretes, siue apostolos id curasse, ut quoniam prima ecclesia ex Iudeis fuerat congregata, nihil ad credẽtium scandalum innouarẽt, sed ita ut à paruo imbiberant
B traderẽt: postea uero q̃ in uniuersas gẽtes euangelij dilatatus est sermo, non potuisse semel susceptа mutari. licet & illud in libris suis, quos ἐξηγητικὰς uocãt, Origenes asserat:
1 propter uernaculum linguæ uniuscuiusq; idioma, non posse ita apud alios sonare, ut apud suos dicta sunt: & multo melius esse non interpretata ponere, q̃uim eorũ interpretatione tenuare. Igit̃ Allelu ia exprimitur, laudate dominum. Ia יָהּ quippe apud Hebræos unum de decẽ dei nominibus est. Et illo psalmo ubi legimus: Laudate dominũ, quoniam bonus est psalmus, apud Hebræos legit̃, halleluia chi tob sambra הַלְלוּיָהּ כִּי טוֹב זַמְּרָה
2 Amẽ uero Aquila πιστωμένως exprimit, quod nos fideliter possumus dicere, ductum aduerbiũ ex nomine fidei. Amẽ Septuaginta γένοιτο, id est, fiat. Vnde & in fine librorum (in quinq; siquidem uolumina, psalterium apud Hebræos diuisum est) fiat fiat transtulerunt, quod in Hebraico legitur, Amẽ amen, אָמֵן אָמֵן quo scilicet ea uere dicta quæ sunt supra, confirmẽtur. Vnde & Paulus asserit, non posse aliquẽ respondere amen, idest cõfirmare quæ prædicata sunt, nisi intellexerit prædicationẽ, מָרָאן אֲתָא Maran atha magis Syrum est q̃ Hebraicũ, tametsi ex confinio utrarumq; linguarũ aliquid & Hebræũ sonet, & interpretet̃ dominus noster uenit, ut sit sensus: Si quis non amat dominum Iesum Christũ, anathema sit: & illo completo deinceps inferat̃, dominus noster uenit: quod superfluum sit aduersum eum odijs pertinacibus uelle contẽdere, quem uenisse iam constet. Vellem tibi aliquid & de diapsalmate scribere, quod apud Hebræos scribitur Sela סֶלָה & de Ephod, & de eo quod in cuiusdam psalmi titulo habet̃, Pro eieleth אַיֶּלֶת & cæteris istiusmodi, nisi & modũ epistolici characteris excederẽ, & tibi auiditatem magis dilatæ deberent facere quæstiones. Tritum quippe est prouerbium, Vl-
3 troneas putere merces. Vnde & nos de industria dicenda reticemus, ut auidius uelis audire quæ tacita sunt.

Præcedentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

Quos Tegeticos uocant.] ἐξηγητικὸς legendum,nō Tegeticos. Exegesis enarratio.Exegeticon enarratorium. Pepistomenos.] πεπεισμένως à participio factum aduerbium, sicut ἐρρωμένως. Amen Septuaginta γένοιτο, id est fiat.] γένοιτο optantis uerbum, ut μὴ γένοιτο, abominantis. Vltroneas putere merces.] Nam suspectæ sunt emptori. Sic Horatius: Vbi largius æquo Laudat,uenales qui uult extrudere merces.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Quid sit Sela,hoc est diapsalma in psalmis asscriptum, ex sententia Origenis explanat,reiectis aliorum sententijs.

HIERONYMVS MARCELLAE.

QVæ acceperis reddenda sunt cum fœnore: sortisq; dilatio usuram parturit. De diapsalmate nostram sententiam flagitaras: epistolæ breuitatē causati sumus: & rem libri,non posse explicari literis prętexuimus. Verum quid promus: & rem libri, non posse explicari literis prętexuimus. Verum quid promus: & rem libri, non posse explicari literis prętexuimus. Verum quid promus: & rem libri,

cuius ore, creaturam mundi, eorum duntaxat quæ uisibilia sunt, cõditionem hominis, c
& omnis retro historiæ didicimus ueritatẽ, qui nõ solũ nobis quinq; reliquit libros, Genesim, Exodũ, Leuiticũ, Numeros & Deuteronomiũ: sed undecim quoq; psalmos, ab octogesimonono, cuius principiũ est: Domine refugium factus es nobis: usq; ad nonagesimum nonũ, qui inscribit, Psalmus in cõfessione. Quod aũt in plerisq; codicibus nonagesimus octauus habet titulũ, psalmus Dauid: in Hebraico nõ habet, hanc habẽte scriptura sancta cõsuetudinem, ut omnes psalmi qui cuius sint, titulũ nõ habent, his deputentur, quorũ in prioribus psalmis nomina continent. Quatuor autem psalmi sunt qui habent orationis titulum: sextusdecimus, qui inscribitur, oratio Dauid, & incipit: Exaudi domine iusticiã meam. Et octogesimusquintus: Inclina domine. Et octogesimusnonus, qui nũc in manibus est: Domine refugiũ factus es nobis. Et centesimusprimus, qui titulum habet, oratio pauperis cum anxius fuerit, & in cõspectu domini effuderit precẽ suam. Dauid & pauper, qui cũ diues esset, pro nobis pauper factus est, refertur ad Christum, qui sedit super pullũ asinæ: iuxta Zachariam, pauper atq; mansuetus. Moyses aũt per quem dominus legẽ dedit, cuius ore audiuimus loquẽtem deũ: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã: statimq; inferẽ: Et fecit deus hominẽ ad imaginẽ suam, ad imaginẽ dei fecit illũ: masculũ & fœminã creauit illos: ab initio cõditionis hominis usq; ad mortẽ & resurrectionẽ omnia explicat, qualis creatus sit, quãto uiuat tempore, quid agat in seculo, quẽ fructũ uitæ habeat, propter quid laboret, quò ire contendat. Et quoniam ipse qui hæc scribit homo est, sub persona sua de omni generis humani conditione testat. Sunt aũt qui hunc psalmũ siue orationẽ, ad Israeliticũ populũ referãt: quomodo in solitudine offenderit deũ atq; cõciderit, & nõ meruerit terrã promissionis intrare: proq; patribus ingressi sint filij, & rursum placatũ expectent deũ, quod in Christi cõpleatur aduentu. Oratio iuxta grammaticos omnis sermo loquentiũ est: cuius etymologiam sic explicant. Oratio, est oris ratio. In scripturis aũt sanctis, difficile orationẽ iuxta hunc sensum legimus: sed eam quæ ad preces & obsecrationes pertinet. Aiunt He- d
bræi uno psalmorũ uolumine quinq; libros cõtineri: à primo usq; ad quadragesimũ, & à quadragesimoprimo usq; ad septuagesimũ primũ, & à septuagesimosecũdo usq; ad octogesimumoctauũ, & ab octogesimonono qui quarti libri initiũ est, & quem nũc differimus, usq; ad centesimumquintũ. In quorũ omniũ fine duplex amen positũ est, quod septuaginta transtulerũt, fiat, fiat: & à cẽtesimosexto usq; ad finem, instar duodecim prophetarũ. qui & ipsi cũ proprios libros ædiderint, unius uoluminis nomine cõtinentur. Illud aũt quod penè præterij, asserens inter undecim Moysi psalmos, etiã nonagesimũ octauũ esse, in quo positũ est: Exaltate dominũ deũ nostrum, & adorate scabellũ pedũ eius quoniã sanctũ est: Moyses & Aaron in sacerdotib. eius, & Samuel in eis qui inuocant nomẽ illius: uidet nostræ sententiæ cõtraire: quomodo Moysi sit, qui Samuelẽ nominet, quem multa post tempora fuisse cognoscimus. Cuius quæstionis facilis solutio est: prophetatũ nomẽ esse Samuelis, qui tanti meriti fuit, ut cũ Moyse poneret in Hieremia: Si steterint Moyses & Samuel: iuxta illud exemplũ, quando homo dei loquit in Samaria: Altare, altare, hæc dicit dñs: ecce filius nascet domui Dauid, Iosias nomẽ eius. Scimus quoq; errare eos, qui omnes psalmos Dauid arbitrant, & non eorũ, quorũ nominibus inscripti sunt. Vnde & hũc psalmũ uolunt sub nomine Moysi à Dauid esse cõpositum, quod scilicet legislator cõmunem humani generis offensam & calamitatẽ, & deinde expectationẽ salutis, sacro ore describat. Domine habitaculũ factus es nobis, in generatione & generationẽ. Septuaginta. Domine refugiũ factus es nobis, in omni generatione & generatione. Pro habitatione & refugio in Hebraico maon מָעוֹן ponit, quod magis habitationẽ q̃ refugiũ sonat. Narraturus aũt tristia, & genus deploraturus humanum, à laudib. dei incipit: ut quicquid postea homini accidit aduersorũ, nõ creatoris duritia, sed eius qui creatus est culpa accidisse uideat. Qui sustinet tempestatẽ, uel petrę uel tecti quærit refugiũ. Quẽ hostis persequitur, ad muros urbiũ cõfugit. Fessus uiator tam sole

A sole q̃ puluere, umbræ quærit solatium. Si sæuissima bestia hominis sanguinẽ sitiat, cupit & nititur utcunq; poterit, præsens uitare discrimẽ: Ita & homo à principio cõditionis suæ deo utitur adiutore: & cum illius sit gratiæ quod creatus est, illiusq; misericordiæ quod subsistit & uiuit: nihil boni operis agere potest absq; eo, qui ita cõcessit liberum arbitriũ, ut suam per singula opera gratiam nõ negaret: ne libertas arbitrij redundaret ad iniuriam cõditoris, & ad eius cõtumaciam, qui ideo liber cõditus est, ut absque deo nihil esse se nouerit. Quod aũt dixit, in generatione & generatione, omnia significat tempora, & ante legẽ & in lege, & in euangelij gratia. Vnde & Apostolus dicit: Gratia salui facti estis per fidem: & hoc nõ ex uobis, sed ex dono dei. Et omnes epistolæ eius in salutationis principio, nõ prius pacem habẽt & sic gratiam: sed ante gratiam & sic pacem: ut donatis nobis peccatis nostris, pacẽ domini cõsequamur. Anteq̃ montes nascerentur, & parturiret terra & orbis, à seculo usq; in seculũ tu es deus. Septuaginta: Antequam mõtes firmarentur & fingeretur terra & orbis, à seculo & usq; in seculũ tu es deus. Hunc locũ quidam praua distinctione subuertũt, maxime hi qui uolũt ante fuisse animas, q̃ homo in sexti diei numero cõderetur. Ita enim legũt atq; distinguũt. Domine refugium factus es nobis, à generatione in generationẽ, priusquam montes firmarentur, & fingeret terra & orbis: ut scilicet cõsequatur, à seculo & usq; in seculum tu es deus. Ita enim edisserunt. Si dominus anteq̃ mõtes firmarẽtur, & fingeretur terra orbisq; terrarum, refugium fuit hominũ: ergo fuerunt animæ in cœlestibus, anteq̃ hominũ corpora formarentur. Nos aũt ut proposuimus, lectionẽ ita debemus distinguere. Antequã mõtes firmarẽtur & fingeretur terra & orbis terrarũ, à seculo & usq; in seculũ tu es deus: ut nõ refugiũ nostrũ fuerit ante conditionẽ mũdi, qui necdũ eramus: sed quod deus ab ę-
terno usq; in æternũ sit semper deus. Pro eo eñ quod Latinus interpres posuit, à seculo usq; in seculũ, & Hebraice dicitur וּמֵעוֹלָם עַד עוֹלָם rectius interpretabimur, à sempiterno usq; in sempiternũ. Simile quid & in puerbijs ex persona sapiẽtiæ, qui Christus
B est legit. Dns creauit me in initio uiarũ suarum in opera sua: ante secula fundauit me in principio, anteq̃ terrã faceret & abyssos, priusquã produceret fontes aquarũ, priusquam montes firmarẽtur, ante omnes colles generauit me. Nullũ aũt debet uerbum creationis mouere, cũ in Hebræo nõ sit creatio quæ dicitur bara בָּרָא sed possessio: ita eñ scriptũ est, adonai kanani resith daracho יְהוָה קָנָנִי רֵאשִׁית דַּרְכּוֹ qđ in lingua nostra exprimitur: Dns possedit me, initio uiarũ suarum. Inter possessionẽ aũt & creationẽ, multa diuersitas est. Possessio significat, quod semper filius in patre, & pater in filio fuerit. Creatio aũt eius qui prius nõ erat, cõditionis exordiũ. Potest iuxta legis Tropologiã hoc qđ dicitur: Anteq̃ mõtes firmarẽtur, & fingeret terra & orbis terrarũ, significare, quod antequã animæ nostræ sublimia dogmata firmarẽtur, & terra corporis nostri fingeret si-
1 ue stabiliret à deo, & orbis terrarũ qui Hebraice dicit thebel תֵּבֵל Græce significãtius dicitur οἰκουμένη, quã nos habitatam trãsferre possumus, firmaret siue stabiliret, deus nobis semper refugiũ fuerit. Habitata est aũt anima, nõ deserta, quæ hospitẽ meretur habere deũ, dicente saluatorẽ: Ego & pater ueniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. Illud autẽ quod & Hebraicũ habet, & omnes alij interpretes: Anteq̃ mõtes nascerẽtur, & parturiretur terra, manifeste ad Tropologiã nos trahit. Neq; eñ montes & terra natiuitatẽ parturitionemq; recipiũt, sed cõditionem. Ex quo liquido demonstrat, sanctos quoq; excelsasq; uirtutes, dei semper misericordia procreari. Cõuertes hominẽ usq; ad contritionẽ, & dices, reuertimini filij Adam. Septuaginta. Ne auertas hominẽ in humilitatẽ, & dixisti: cõuertimini filij hominũ. Iuxta Hebraicũ, quod dicit hoc est: O deus, qui hominem cõdidisti, & ab initio eius es refugiũ & habitatio, cõuertes eum usq; ad cõtritionem: fecisti eum atq; plasmasti, ut cõtereret in mortẽ, & uas tuũ extremo uitæ suæ tẽpore frangeret: cui cũ immineat ista cõditio, ut ortus intereat: & quãuis longo uixerit tẽpore, tamen fine dissoluatur extremo, quotidie ei loqueris per prophetas: Reuertimini filij Adam, qui uestra culpa offenditis deum, & de immortalibus facti estis mortales. Præci-

scientis em̃ noluistis audire imperium: De omni ligno quod est in paradiso comedes: de c
ligno aut̃ scientiæ boni & mali nõ comedes. In quocunq; enim die gustaueris de eo,
morte morieris. Porrò illud quod Septuaginta transtulerũt: Ne auertas hominẽ in humilitatem, & dixisti, cõuertimini filij hominum, hunc habet sensum. Obsecro, ut hominem quem ad tuam imaginem & similitudinem cõdidisti, & tantum eum honorare dignatus es, ut de seruo filiũ nuncupares: ne eum humilies peccato perpetuo, ne super illũ uigeat antiqua sententia: Terra es tu, & in terrã ibis. Tu em̃ nobis ꝓmisisti pœnitentiam, dicens: Nolo mortem peccatoris, tantũ ut conuertat̃ & uiuat. Tu dixisti, omniũ sanctorum tuorũ eloquio: Conuertimini (siue reuertimini) filij hominũ, ad clementissimum patrem, qui occurrit uenientibus, & signũ quod suo uitio perdiderũt offert, & stolam incorruptionis largitur antiquam. Quia mille anni in oculis tuis, ut dies hesterna, quæ præterijt, transijt, ut & uigilia nocturna siue in nocte. Qui per prophetas semper nos ad pœnitentiam ꝓuocas, dicens: Reuertimini filij hominũ, petimus (ut ante iam dixi) ne facias hominem in humilitate sempiterna retineri. Nec em̃ putamus longũ esse, quod promittis, salutẽ nobis post tempora multa tribuendã. Aeternitati cõparata, breuis est omnium temporũ longitudo. In cõspectu em̃ tuo mille anni quasi una dies reputantur. Statimq; se ipse reprehẽdit. Male dixi unam diem, & unius diei spacio mille annorũ apud te longitudinẽ cõputari, cum magis debuerim dicere: unius uigiliæ spacium, instar habere mille annorum. Nox in quatuor uigilias diuidit̃: quæ singulæ trium horarũ spacio supputantur. Vnde & dñs quarta uigilia ad nauigantes uenit apostolos. Sicut igitur una noctis uigilia cito pertrãsit, maxime uigiliarũ labore defessis: sic & mille annorũ spacia apud te, qui semper es, & futurus es, & fuisti, pro breuissimo tẽpore cõputant̃. Quodq; infert: Sicut dies hesterna quæ præterijt: iuxta illud Apostoli sentiamus quod scribit ad Hebræos. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sempiternũ. Ego arbitror ex hoc loco & ex epistola quæ nomine Petri apostoli inscribit̃, mille annos pro una die solitos appel 2
lari: ut scilicet quia mundus in sex diebus fabricatus est, sex milibus annorũ tãtum creda D
tur subsistere: & postea uenire septenarium numerũ, & octonariũ, in quo uerus exercetur sabbatismus, & circuncisionis puritas redditur. Vnde & octo beatitudinib. bonorũ operũ præmia promittunt̃. Scribit aũt Petrus hoc modo. Vnũ hoc uos nõ prætereat dilectissimi, quia una dies apud deũ quasi mille anni, & mille anni quasi unus dies. Nõ moratur dñs in ꝓmisso, ut quidã existimant. Percutiẽte te eos, somniũ erunt mane, quasi herba transiens. Mane floruit & abijt, ad uesperam contere & siccabitur. Septuaginta: Quæ ꝓ nihilo habent̃, eorum anni erũt. Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat, uespere decidat, induret & arescat. Iuxta Hebraicũ hic sensus est: Multũ cõuersationi cõtulit & saluti, quod omnis uita mortaliũ, quasi somnium, ita ueloci morte cõtracta est: quæ in similitudine florũ atq; fœni, eodẽ penè tẽpore siccat̃ atq; deperit. Percutiente te, inqt, eos, id est, homines, & illo sermone cõpleto: Stulte, hac nocte repetẽt animã tuam à te: quæ aũt præparasti cuius erũt? Omnis humana cõditio somnio cõparabit̃. Sicut em̃ mane uirẽs herba, & suis florib. uernãs, delectat oculos cõtemplantiũ, paulatiq; marcescẽs, amittit pulchritudinẽ, & in fœnũ quod cõterendũ est uertit̃: ita omnis species hominũ uernat in paruulis, floret ĩ iuuenibus, uiget in perfectæ ætatis uiris: & repẽte dum nescit, incanescit caput, rugat̃ facies, cutis prius extẽta cõtrahit̃: & extremo fine qd̃ hic dicit̃ uespere, ideſt, senectute, uix moueri põt: ita ut nõ cognoscat̃ qs prior fuerit, sed penè in aliũ commutet̃. Quid loquimur de infantiæ temporib. usq; ad extremã & decrepitam senectutẽ, cũ hoc & lãguor faciat, & inediæ mœror, ut uultus prius pulcherrim⁹ fœminarũ, ad tantã trãseat fœditatẽ, ut amor in odia cõmutet̃. Super hac cõditione mortaliũ & Esaias loquit̃: Omnis caro fœnũ, & omis gloria eius quasi flos fœni. Fœnũ aruit, flos decidit. Iuxta Septuaginta quoq; similiter explicãdũ est. Omne quod in seculo longum uidet̃, apud te deus breue est. Dies enim & anni quib. humana uita cõtracta est, si cõparent̃ æternitati, reputabunt̃ pro nihilo. Sicut em̃ herba mane creuit, floruit & sicca

tur

A tur, ad uesperam q; indurescit & deperit: ita erit omnis hominũ pulchritudo. Cõsumpti enim sumus in furore tuo, & in indignatiõe tua cõturbati sumus. Septuaginta. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Pro eo quod nos diximus, turbati sumus, Symmachus & Aquila transtulerunt, accelerauimus. Breuitatẽ autem uitæ significat humanæ. Quodq; intulit: in ira tua & in furore tuo: sententiæ dei ostendit perseuerantiam, cui omnes homines subiacemus, illi uidelicet: Terra es, & in terram ibis. Pulchre aũt nõ (ut in Septuaginta habet̃) turbati sumus, sed iuxta Hebraicũ, accelerauimus dicitur: ut q̃uis ætas hominũ longa uideatur, tamẽ comparatione æternitatis breuis sit:
3 quod & illustris Poeta testatur, dicens Sed fugit interea, fugit irreparabile tẽpus. Et iterum. Rhœbe diu (res si qua diu mortalib. ulla est) Viximus. Posuisti iniquitates nostras coràm te: negligẽtias nostras in luce uultus tui. Septuaginta. Posuisti iniquitates nostras in cõspectu tuo, seculũ nostrũ in illuminatione uultus tui. Vbi nos iuxta Hebraicũ & Symmachũ posuimus, negligẽtias nostras, pro quo Septuaginta seculũ transtulerũt, in Hebraico scriptũ est alumenu עלמינו quod quinta æditio interpretatur adolescentiam, Aquila ἀποφάσεις, & nos in linguã nostram uertere possumus, errores siue ignorantias. Vnde dixit in alio loco: Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Et iterũ: Delicta quis intelligit? Et ab occultis meis mũda me dñe: & ab alienis parce seruo tuo. Aliena em̃ nobis sunt uitia, quæ sæpe uoluntate, interdũ ignorantia & errore cõmittimus: & tamẽ cum nõ sit uolũtas in crimine, error in culpa est. Miror aũt cur Septuaginta uoluerint pro alumenu, id est adolescẽtia, negligentijs & erroribus siue ignorationibus seculũ dicere: nisi fortè, quod in seculo & in uitæ huius tẽpore uitia cõmittant̃. Quodq; intulit: in illuminatione siue in luce uultus tui, hũc habet sensum: Nihil te nostrorũ latuit peccatorũ: secreta quoq; nostra tuus oculus inspexit: iuxta illud qd̃ scriptũ est: Tenebræ nõ abscõdent̃ à te. Et: scrutãs corda & renes de⁹. Et iterũ: Sicut tenebræ eius, ita & lumẽ eius. Homo em̃ uidet ĩ facie, deus aũt in corde. Omnes em̃ dies nr̃i transierũt, & in furore tuo cõsumpsim⁹ annos nostros. quasi in sermone loquẽs. Septuagin
B ta. Quoniã omes dies nr̃i defecerũt, & in ira tua defecim⁹. Anni nostri sicut aranea medi
4 tati sunt. Breuitatẽ humanæ uitæ, quæ sententiæ dei hucusq; subiecta est: & quã in priori uersiculo somnio cõparauit, dicẽs: Percutiẽte te eos, somniũ erũt: nũc sermoni loquentium cõparat: ut quõ sermo q in ore uersat̃ dũ ꝓfertur, ĩtercipiat̃, & esse desistit: sic & omnis uita nostra pertrãseat atq; desistat: & hoc in ira & in furore dei, cui merito subiacemus, uiuẽte in nobis (ut supra diximꝰ) sentẽtia dei. Quæ sit aũt ira & furor dei, crebrius diximꝰ: nõ qd̃ deus ulciscat̃ iratus, sed quod patientib. pœnas iratus esse uideat̃. Qd̃ em̃ in nos ex perturbatiõe descẽdit, in illo ex iudicio & ex ueritate est. Pro sermõe loquẽtis, Septuaginta meditationẽ araneæ transtulerũt. Quõ em̃ loquẽtis sermo ꝑteruolat: ita & opus araneæ incassum texit̃. De quo super ꝓsona hæreticorũ scriptũ est in Esaia: Telã araneæ texũt, q̃ parua & leuia põt capere animalia: ut muscas, culices & cætera huiusmodi: à fortiorib. aũt rumpit̃, instar leuiũ in ecclesia simpliciũq;, q eorũ decipiunt̃ erroribꝰ cũ uiros in fidei ueritate robustos, nõ ualeãt obtinere. Dies annorũ nostrorũ in ipsis septuaginta anni: si aũt multũ, octoginta anni. & quod amplꝰ est, labor & dolor. Septuaginta. Dies annorũ ĩ ipsis septuaginta anni. Si aũt in potentatib. octoginta anni: & amplius eorũ labor & dolor. Pro eo quod nos posuimus, in ipsis, & in Hebræo habet̃ bahem בָּהֶם Symmachꝰ significãtius trãstulit ὁλόκληροι, quod magis ad sensum q̃ ad uerbũ trãsferre possumus, uniuersi. Quicquid igit̃ uiuimus, & in quo delectabilis est uita mortalium, septuaginta annorũ spacio cõprehendit̃. Sin aũt multũ, & ut interpretatus est Symmachus, cõtra opinionẽ, octoginta sunt anni: quicqd supra fuerit, morbis & infirmitate transigit̃, q̃ est socia senectutis, caligantib. oculis, dolentib. uel cadẽtibus, prius durisi-
5 mis dentibꝰ, quod plenius diuinus sermo in Ecclesiaste describit. Veniẽt dies maliciæ, & in quib. dicemus, nõ est nobis uolũtas: quãdo obscurabit̃ sol & luna, & stellæ, & conuertent̃ nubes post pluuiã, in die qua mouebũtur custodes domꝰ, & subuertent̃ uiri uir

tutis,ceſſabuntq; molẽtes,quia paucæ factæ ſunt: & obſcurabuntur quę uidẽt in forami c
nibus,& claudẽtur ianuæ in foro,in infirmitate uocis molẽtis, & exurget ad uocem a-
uis,& humiliabunt omnes filiæ cantici, & quidẽ ab alto aſpicient,& pauor in uia,& flo-
rebit amygdalũ,& incraſſabitur locuſta,& ſcindetur capparis, quoniã abibit homo in
domũ æternitatis ſuæ:& gyrabũt in foro qui plangũt,quoaduſq; nõ pulſetur funiculus
argenti, & cõteratur ornamẽtum auri,& cõfringatur hydria ad fontem, & impediatur
rota in lacu,& cõuertatur puluis in terrã ſicut fuit,& ſpiritus reuertatur ad dominũ qui
dedit eum. Vanitas uanitatũ dicit Eccleſiaſtes,& uniuerſa uanitas. Quæ omnia huma-
næ uitæ & maxime ſenectutis miſerias comprehendũt,& quẽ ſenſum habeãt, in ſuo lo-
co differuimus. Sunt qui iſtum locũ Allegorice interpretãtes,ad ſabbati circũciſionisq;
myſterium referũt,quod primũ requieſcamus in lege,& poſtea ueræ circũciſionis in e-
uangelio ſacramẽta nos teneant,admonẽtes & illud: Da partẽ ſeptẽ, & da partẽ octo, &
ſeptuaginta milia,& octoginta milia hominũ multitudines, à quibus templũ ſub Solo-
mone cõſtructum eſt. Sed quid hoc ad præſentẽ locũ,cui ſufficit ſimplex & pura expla-
natio,quæ nõ doctrinæ gloriã in multiplicatione ſermonũ,ſed legẽtis debet intelligen-
tiam quærere? Quoniã trãſiuimus cito & auolauimus. Septuaginta. Quoniam ſuperue
nit manſuetudo ſuper nos,& corripiemur. Pro quo in Græco ſcriptũ eſt, παιδεύσεως- 6
μεθα, quod uerbũ ambiguũ eſt,& tam correptionẽ q̃ eruditionẽ doctrinãq; ſignificat.
Quẽ enim diligit dñs,corripit ſiue erudit,ac flagellat omnẽ filiũ quem recipit. Quẽ locũ
ita Symmachus tranſtulit: ſuccidimur em̃ repente & auolamus. Quinta æditio hoc mo-
do: Quoniã tranſiuimus celeriter & diſſoluimur. Et eſt ſenſus. Poſt ſeptuaginta annos,
& ut multũ octoginta, quib. hominũ uita tranſigitur,cũ anima fuerit à corpore ſegre-
gata,uẽto ſimiles auolamus: ſiue quia ſupra herbæ uirenti & florũ pulchritudini, & ad
ueſperã ſiccitati hominẽ cõparat: nunc pro ariditate ueſperæ, ſucciſionẽ florũ ponit. Et
cum pertranſierit,inquit,omne quod uiuimus,ſubita morte diſſoluimur. Quod aũt Se
ptuaginta dixere: quoniã ſuperuenit manſuetudo & corripiemur, hunc habet ſenſum.
Poſt ſeptuagĩta annos & octoginta cũ uenerit dñi mãſuetudo,& dies nos mortis ingrue D
rit,nõ iudicabimur iuxta meritũ,ſed iuxta clementiã: & quæ putaẽ correptio eſſe,eruditio eſt & doctrina. Satisq; miramur quid uoluerint uerbũ Hebraicũ gas his גַּז חָרִישׁ Se-
ptuaginta, Theodotio & Sexta æditio trãsferre manſuetudinẽ,cũ Aquila, Symmach. &
quinta æditio feſtinationẽ & repẽte celeriterq; tranſtulerint. Quis nouit fortitudinẽ iræ
tuæ,& ſecundũ timorẽ tuũ indignationẽ tuã? Septuaginta. Quis nouit poteſtatẽ iræ tuę,
& p timore tuo iram tuã dinumerare? Inter Hebraicũ & Septuaginta diuerſa diſtinctio
eſt. Septuaginta em̃ dinumerationẽ,timori & furori dñi copulant. Porrò Hebraicũ, ſe-
quenti aptat uerſiculo,ut ſequaẽ: Vt numerẽtur dies nr̃i,ſic oſtende & ueniemus corde
ſapiẽti. Quod breuiter ita nobis differendũ uideẽ. Quis põt noſſe q̃ diu ira tua, ex qua ti
mor naſcit humano generi, p ſeueret,niſi te docente, q deus es? Itaq; obſecro,ut tẽpus ui
tæ noſtræ indices nobis,quo poſsimus corde ſapiẽti,tuo nos iudicio præparare. Quod
aũt dixit: Quis nouit fortitudinẽ ſiue poteſtatẽ iræ tuæ,& ſecundũ timorẽ tuũ, indigna-
tionem tuã: oſtendit eſſe difficile,iræ timorisq; & indignationis dei ſecretũ rationemq;
cognoſcere. Vnde & p pheta lachrymabiliter deprecaẽ: Dñe ne in ira tua arguas me,ne-
que ĩ furore tuo corripias me. Nõ em̃ corripit ut ĩterficiat atq; diſperdat, ſed ut corrigat
& emendet. Quã ob rem & in Oſee,populo Iudæorũ,cui multũ iratus eſt,dicit ſe nequa
quam iraſci,nec uiſitare nurus eorũ,cũ adulterauerint. Et per Ezechielẽ loquiẽ ad Hie-
ruſalem: Iam nõ iraſcar tibi,& zelus meus receſsit à te. Et in uerbis dierũ ſonat, quando
pergit Iſrael aduerſum hoſtes in præliũ corde pacifico. Vt numerẽtur dies nr̃i,ſic oſten
de,& ueniemus corde ſapienti. Septuaginta. Dexterã tuã ita notã fac, & eruditos corde
in ſapiẽtia. Quod Aquila, Symmachus & Quinta æditio ſic uerterũt: Dies noſtros ſic o-
ſtẽde,ut ueniam⁹ corde ſapiẽti. Errorq; p ſpicuus,cur p diebus, Septuaginta dexterã di
xerint יָמֵינוּ iamenu quippe uerbũ cõpoſitũ eſt: ſignificans dies noſtros: qđ in ſingulari
numero

A numero ſi ſcribatur, extrema litera quæ appellatur nun ן exprimit dexterã: ſicut eſt illud
in nomine Beniamin, qui interpretaẽ, filius dextræ. Sin aũt ם habeat, diem uel dies ſonat.
Eſt aũt ſenſus: numerũ annorũ dierumq; noſtrorũ, quibus in hoc ſeculo nos uiuere de-
creuiſti, oſtende nobis, ut præparemus nos aduẽtui tuo: & contẽpto errore mortaliũ, ad
te pergere feſtinemus, cupiamusq; præſentiã tuã, & ad te feſtinemus corde ſapiẽti. Nihil
em̃ ita decipit humanũ genus, q̃ q̃ dũ ignorãt ſpacia uitæ ſuæ, longiorẽ ſibi ſeculi huius
poſſeſsionẽ repromittũt. Vnde & illud egregie dictũ eſt: Nullũ tam ſenẽ eſſe & ſic decre
pitæ ætatis, ut nõ ſe adhuc uno plus anno uiuere ſuſpiceẽ. Ad hunc ſenſum pertinet & il
lud quod dicitur: Memento mortis tuæ,& nõ peccabis. Qui enim ſe recordaẽ quotidie
eſſe moriturũ, cõtemnit præſentia,& ad futura feſtinat. Hoc eſt quod Dauid in alio pre-
catur loco, dicens: Ne auferas me in dimidio dierũ meorũ, priuſquã abeam & non ſubſi
ſtam, quod ita exponiẽ. Ne eo tempore facias me mori, quando adhuc putabã me uiẽtu-
rum, ut poſsim peccata corrigere pœnitentia. Si em̃ hoc feceris, inuẽtus in delictis meis
eſſe deſiſtã: nõ quod ſpem reſurrectionis neget, ſed quod corã eo ſe neget poſſe ſubſiſte
re: apud quẽ omnes qui in uitijs perſeuerãt, pro nihilo reputanẽ. Vbi nos interpretati ſu
mus, eruditos corde in ſapientia, alij tranſtulerũt cõpeditos, uerbi ambiguitate decepti.
7 Si em̃ dicas πεπεδυμένους cõpeditos: ſin aũt παιδευθυμένους eruditos ſignificat. Reuertere
dñe uſq; quò, & exorabilis eſto ſuper ſeruos tuos. Septuaginta ſimiliter. Quia agimus pœ
nitentiã, & ſciẽtes uitę noſtrę breuitatẽ, ad te corde ſapienti cupimus peruenire, & tu do
mine reuertere ad nos. Peccatis em̃ noſtris longe receſſeras: & dimiſeras nos, ut ambu-
laremus ſecundũ uoluntatẽ & cogitationes noſtras. Quod aũt infert, uſq; quò, illã habet
intelligentiã, quã in duodecimo pſalmo diximus: Vſq; quò dñe obliuiſceris me in finẽ?
Qui em̃ in anguſtia cõſtitutus eſt, ſerũ ei uideẽ dei auxiliũ: & propterea impenſius depre
catur, ut cito adiutorẽ deũ ſentiat: & nequaq̃ iratũ iudicẽ, ſed placatũ. Imple nos matuti-
na miſericordia tua: & laudabimus & lætabimur in cunctis diebus noſtris. Septuaginta:
B Repleti ſumus mane miſericordia tua, & exultauimus & delectati ſumus in omnibus die
bus noſtris. In cũctis penè locis hanc habẽt Septuaginta cõſuetudinẽ: ut quod apud He-
bræos in futurũ ponit,hoc illi quaſi iam factũ & præteritũ referãt. Hic ergo, nõ ut illi uo
luerũt dicũt ſe impletos eſſe matutina miſericordia dei atq; lætatos: alioqui ſi hoc factũ
erat, quomodo poſtea deprecanẽ & dicũt: Reſpice in ſeruos tuos & in opera tua: ſed totũ
quod poſtulãt, ideo deprecanẽ, ut mereantur matutinã miſericordiã eius: quã cum fue-
rint aſſecuti, laudẽt deum atq; lætenẽ in cunctis diebus uitæ ſuę. Videtur aũt mihi reſur-
rectionis ſpem & æternæ uitæ præmia deprecari, dicens: Imple nos matutina miſericor-
dia tua. Quod quidẽ & uiceſimiprimi pſalmi titulus ſonat: qui proprie ad myſteriũ do-
mini & ad reſurrectionẽ eius pertinens, inſcribitur pro aſſumptione matutina. Lætifica
nos pro diebus quibus nos afflixiſti,& annis quibus uidimus mala. Septuaginta: Lætati
ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus uidimus mala. Et Lazarus q rece
perat mala in uita ſua, in ſinu Abrahæ æterno q̃ſcit gaudio. Mala aũt nõ ea appellat quæ
contraria bonis ſunt, ſed pro afflictione ponit & anguſtijs: quibus malis & Sara afflixit
Agar ancillã ſuã: & de quibus in euangelio ſcribiẽ: Sufficit diei malicia ſua. Quãto igitur
magis in hoc ſeculo, perſecutionibus, paupertate, inimicorũ potentia uel morborũ cru
ciatib. fuerimus afflicti: tanto poſt reſurrectionẽ in futuro maiora præmia cõſequemur.
Pulchre aũt non dixit: ſuſtinuimus mala, ſed uidimus. Quis enim eſt homo qui uiuat &
nõ uideat mortẽ? Quæ nõ tam ad diſſolutionẽ corporis referenda eſt, q̃ ad multitudinẽ
peccatorũ, iuxta quod dicitur: Anima quæ peccauerit, ipſa morieẽ. Appareat apud ſer-
uos tuos opus tuũ, & gloria tua ſuper filios eorũ. Ergo in ſeruis ſuis ipſe dominus opera
tur opus ſuũ. Nec propria qui poſtulat ſalute cõtentus eſt, ſed quærit gloriam filiorum:
id eſt, ſeruorũ dei. Filios autem non tam illos qui de eorũ ſtirpe generati ſunt, quàm di-
ſcipulos debemus accipere: de quibus & Paulus loquebatur: Filioli mei quos iterum par
turio. Vnde & Ioannes apoſtolus ſecundũ merita filiorum ſuorũ profectusq; operum

singulorum, scribit ad paruulos, scribit ad iuuenes, scribit ad patres. Et sit decor domini dei nostri super nos, & opus manuũ nostrarũ fac stabile super nos : & opus manuum nostrarum confirma. Septuaginta: Et sit splendor domini dei nostri super nos: & opera manuum nostrarũ dirige super nos: & opus manuũ nostrarum dirige. Vbi sunt qui liberi arbitrij sibi potestate plaudentes, in eo putant se dei gratiam consecutos, si habeant potestatem faciendi uel nõ faciendi bona siue mala? Ecce hic Moyses post resurrectionem quam postulauerat, dicens: imple nos matutina misericordia tua, & laudabimus & lætabimur in cunctis diebus nostris: nequaquam se surrexisse contentus est, & æternæ uitæ præmia consecutũ : sed postulat ut decor domini dei sui sit super eos qui surrexerint, & splendeat in animabus cordibusq; sanctorum: & opera manuum eorum ipse dirigat, faciatq; esse perpetua: ipseq; confirmet quicquid in sanctis uidetur boni. Sicut enim humilitas deprecantis meretur præmia: ita superbia contemnentis, dei auxilio deseretur. C

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

οἰκουμένη.] Id est habitata, ab οἰκέομαι habitor, hanc dictionẽ fermè nostri interpretes uertũt orbẽ terrarũ. 1

Quę nomine Petri apost. inscribit.] Hic palàm diuus Hieronymus indicat, se dubitasse de secunda Petri epistola propter stili dissimilitudinẽ, quod excusat alio in loco, ob mutatũ interpretẽ 2

accidisse. Rhœbe diu.] His uerbis Mezẽtius dux alloquit equũ suũ Rhœbum nomine, facturus 3

impetũ in Æneam apud Virg. libro Æneidos decimo. προφάσεις. & nos in linguam nost.] προφάσει Græce est perperã uidere, quod accidit parũ attente rem inspicientibus, sicut παραλλήπτῳ. Quasi

in sermone loquẽs.] Nihil celerius, & nihil inanius oratione hominũ. Sicut aranea meditati sunt] 4

Hunc locũ uulgo deprauarant. Nam Græce est ἐμελέτων, id est, meditabant. Pro quo scriptum fuit meditabuntur. Venient dies maliciæ.] Hic quoq; maliciã accipit pro afflictione. In hoc loco tam 5

etsi sensus fermè idem est, tamẽ uerba multũ dissonant à nostra uulgata editione. In Græco scriptũ 6

est παιδευθησόμεθα.] Nam παῖς puer, inde παιδεύω erudio siue corripio & castigo: sic enim eruditur pueri. Si enim dicas.] πεπεδημένος participiũ est à uerbo πεδέω, id est compedibus uincio, 7

πεπαιδευμένος participium est à παιδεύω, quod est erudio siue corripio.

DIVI HIERONYMI AD PRINCIPIAM VIRGINEM EXPLANATIO PSALMI QVADRAGESIMIQVARTI. D

SCio me Principia in Christo filia à plerisq; reprehendi, quod interdum scribam ad mulieres, & fragiliorem sexum maribus pręferam. Et idcirco debeo primum obtrectatoribus meis respõdere, & sic uenire ad disputatiunculam quam rogasti. Si uiri de scripturis quærerent, mulieribus nõ loquerer. Si Barach ire ad prælium uoluisset, Debbora de uictis hostibus non triumphasset. Hieremias carcere clauditur, & quia periturus Israel uirum non receperat prophetantem, Olda eis mulier suscitatur. Sacerdotes & pharisæi crucifigunt filiũ dei : & Maria magdalene plorat ad crucem, unguenta parat, quærit in tumulo, hortulanũ interrogat, dominũ recognoscit, pergit ad apostolos, repertum nunciat, Illi dubitãt, ista confidit. Vere πυργίτης, uere turris candoris & Libani, quæ prospicit faciem Damasci, sanguinẽ uidelicet saluatoris ad sacci pœnitentiã prouocantem. Defecerant Saræ muliebria, & ideo Abraham ei subijcitur, & dicitur ad eum: Omnia quæ dicit tibi Sara, audi uocẽ eius. Illi defecerant muliebria: tu nunq; habuisti muliebria. Sexus deuoratur à uirgine, Christũ portat in corpore. Iam posidet quod futura est. Rebecca pergit ad interrogandũ deũ: & sua responsione condigna audit oracula. Duæ gentes in utero tuo, & duo populi de uentre tuo diuidentur. Illa duos generat dissidentes: tu unum quotidie concipis, parturis, generas: unione fœcundũ, maiestate multiplicẽ, trinitate concordem. Maria soror Moysi, uictorias domini canit, & Rachel Bethlehẽ nostrã atq; Ephratan stirpe nominis sui signat in posteros. Filiæ Salphaad hæreditatẽ inter fratres merẽtur accipere. Ruth & Hester & Iudith tantæ gloriæ sunt, ut sacris uoluminibus nomina indiderint. Anna prophetissa generat filium leuitã, prophetã, iudicẽ, sacro crine uenerabilẽ, & offert eum in tabernaculum dei. Thecuitis mulier, regẽ Dauid interrogatione cõcludit, ænigmate docet, exemplo dei mitigat. Legimus & aliam sapientẽ fœminã, quæ cum obsideretur ciuitas, & propter unũ eã perdere uellet dux exercitus Ioab, murosq; ariete quateret, locuta est ad populum

pulum in sapientia sua, & tantæ multitudinis periculũ, muliebri autoritate sedauit. Quid loquar de regina Saba, quæ uenit à finibus terræ audire sapientiã Solomonis: & testimonio domini cõdemnatura est omnes uiros Hierusalem? Elisabeth utero prophetat & uoce. Anna filia Phanuelis in templo, templũ efficitur dei: & quotidiano ieiunio, cœlestem inuenit panem. Sequebantur mulieres saluatorẽ, & ministrabant ei de substantia sua. Ille qui de quinq; panibus milia hominũ, exceptis mulieribus & paruulis aluit, escas sanctarum mulierũ non recusat accipere. Cum Samaritana loquitur ad puteũ, & saturatus conuersione credentis, cibos qui coempti fuerant negligit. Apollo uirum apostolicũ & in lege doctissimũ, Aquila & Priscilla eruditunt, & instruũt eum de uia domini. Si doceri à fœmina nõ fuit turpe apostolo, mihi quare turpe sit post uiros docere & fœminas? Hæc & istiusmodi σεμνωτάτη filia perstrinxi breuiter, ut nec te pœniteret sexus tui, nec uiros nomẽ suũ erigeret: in quorũ condemnationẽ, fœminarũ in scripturis sanctis uita laudatur. Gaudeo & ueluti quodã tripudio effertur animus meus, cum in Babylone inueniẽ Daniel, Ananias, Azarias, Misael. O quàm multi sunt senes & iudices Israel, quos rex Babylonius frigit in sartagine sua. Quàm multæ Susannæ, quod interpretat lilium, quę candore pudicitiæ sponso serta cõponunt, & coronã spineã mutant in gloriã triumphãtis. Habes ibi in studio scripturarũ, & in sanctimonia mentis & corporis Marcellã & Aselam: quarum altera te per prata uirentia, & uarios diuinorũ uoluminum flores ducat ad eum qui dicit in Cantico: Ego flos campi, & liliũ conuallium : altera ipsa flos domini tecũ mereat audire: Vt lilium in medio spinarũ, sic proxima mea in medio filiarũ. Et quia de floribus & lilijs loqui cœpimus, semperq; uirginitas floribus comparat: opportunũ mihi uidetur, ut ad florem Christi scribens, de multis floribus disputem. Quadragesimum quartũ psalmũ legens, in titulo reperi: In finem pro his qui cõmutabuntur filiorũ Core, intelligentiæ canticũ pro dilecto, in Hebraico scriptũ est, lamanazeah al sosannim libne Corah maschil sir iedidoth: לַמְנַצֵּחַ עַל שֹׁשַׁנִּים לִבְנֵי קֹרַח מַשְׂכִּיל שִׁיר יְדִידוֹת quod nos in Latinum uertimus, uictori pro lilijs filiorũ Core eruditionis canticum amantissimi. Symmachus more suo manifestius, triumphum pro floribus interpretatus est. Igitur שֹׁשַׁנִּים sosannim, uel pro his qui cõmutandi sunt, uel in lilia trãsfertur & flores: maschil מַשְׂכִּיל quoq; & eruditionẽ & doctissimum sonat שִׁיר sir canticum: iedidia יְדִידוֹת Solomonis est nomen, qui alio sensu pacificus appellatur. Quatuor autem psalmi, licet in posteriori titulorũ parte dissentiant, hoc principio prænotantur, quadragesimus quartus, quinquagesimus nonus, sexagesimus octauus, septuagesimus nonus, è quib⁹ duo medij inscribuntur Dauid, primus & nouissimus filiorũ Core & Asaph. De cunctis dicere nõ est huius tẽporis, quẽ cœpimus explicemus. Recte qui in seculorũ fine mutãdi sunt, de quib. Apostolus loquit: Omnes dormiemus, sed nõ omnes immutabimur: referunt ad finẽ. Et hoc ipsum mysteriũ lectorẽ præparat ad intelligentiã spiritalẽ. Vbi eñ simplex & apertus est sensus, quid necesse est audientẽ intelligẽtiæ præmonere, & dici ad eum, qui habet aures audiendi, audiat? Canticũ quoq; canitur charissimo atq; dilecto, quia propter illũ ueniet sanctis promissa mutatio. Quæ quidẽ & in hac uita intelligi potest, quãdo exuimur ueteri homine & induimur nouo qui renouat in cognitione secundũ imaginẽ creatoris, & gloriã domini cõtemplantes, in eandẽ imaginẽ transformamur, quasi à gloria in gloriã: nec est tẽpus ullũ quo nõ mutetur spiritus, præteritorũ obliuiscens & in futurũ se extendens, cum interior noster homo renouet de die in diẽ, & immutabilis deus qui loquitur per prophetã: Ego deus & nõ mutor : ꝓpter nos mutauerit faciẽ suã formamq; serui acceperit, & de Iudæa trãsmigrãs ad Philistijm, q interpretant poculo corruẽtes (inebriati eñ fuerãt aureo calice Babylonis) primũ derisus sit ꝓpter stulticiã crucis, deinde susceptus ꝓpter gloriã triũphorũ. Charissimus aũt ille est, de quo Esaias canit: Cãtabo canticũ dilecti uineæ. & euãgeliũ: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui, ipsum audite. Cui nõ unus ꝓpheta, sed omnis chorus filiorũ Core nunc laudes canit. Qui sint aũt filij Core, id est caluariæ, in quadragesimoprimo psalmo cõpetentius disputat. Et ut

sciamus

Universidad de Deusto Biblioteca

ſciamus textum cantici titulo cõuenire; mutationem de alio ad aliud dicit, ut filia cui prę C
cipitur, ut antiqui parẽtis obliuiſcatur, regis ſe amplexibus paret. Victorẽ autẽ eum eſſe qui dicit: Confidite, ego uici mundum, & ad quem iſta adoleſcentis oratio eſt: à te uictoria & ſapientia & gloria, & ego tuus ſeruus: profecto nouit, qui domino uincente ſuperauit & eſt particeps triumphorum eius: & qui immarceſcibilem gloriæ coronam, de candore bonorũ operum & de ueritate uirtutum texuit ſaluatori. Eructauit cor meum uerbum bonum. Pro quo interpretatus eſt Symmachus, cõmotum eſt cor meum uerbo bono: indicans ad alterius ſermonẽ cor dicentis eſſe commotum, & ſpiritu ſancto futura Chriſti ſacramenta pandente, etiam hunc in eloquiũ prorupiſſe: ut quemadmodũ cæteri de aduentu eius locuti ſunt & iſte loqueretur. Ructus autẽ proprie dicitur digeſtio cibi, & concoctarũ eſcarum in uentum efflatio. Quomodo enim iuxta qualitatẽ ciborum de ſtomacho ructus erumpit, & boni uel mali odoris flatus indicium eſt: ita interioris hominis cogitationes uerba proferunt, & ex abundantia cordis os loquit̃. Iuſtus comedens replet animã ſuã. Cumq; ſacris doctrinis fuerit ſatiatus de boni cordis theſauro ꝓfert ea quæ bona ſunt, & cũ Apoſtolo loquit̃: An experimentũ quæritis eius, qui in me loquit̃ Chriſtus? Quidã ex perſona Chriſti, quidã ex perſona patris dictũ intelligi uolunt, quod ex imis uitalibus & cordis arcanis, uerbũ ſuum quod in ſe erat ſemper ꝓtulerit: iuxta alterius pſalmi uaticiniũ: Ex utero ante luciferũ genui te: ut quõ uterus nõ ſignificat uterũ (neq; em̃ deus diuidit̃ in membra, ſed eandẽ ſubſtantiã patris filijq; demonſtrat) ſic cor & uerbũ proferat̃ ex corde, ut patrẽ oſtendat & filium. Et quod ſequit̃. Dico ego opera mea regi: illi aptant intelligentiæ. Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mãdauit & creata ſunt: quod dicẽte patre operatus ſit filius. Omnia em̃ quæcunq; pater facit, eadẽ & filiũ facere: ſimiliter & patrẽ manentẽ in eo operari cuncta per filiũ. Dico ego opera mea regi. Propheticus chorus, Chriſti & eccleſiæ ſacramẽta dicturus, ne carmine uideat̃ indignus, & ob cõſcientiã peccatorũ dicatur ei: Vt quid tu enarras iuſticias meas, & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuũ? opera ſua regi quẽ laudaturus eſt cõfiteb̃, ut uel ſi bona ſunt, D
ipſe ſuſcipiat, uel ſi mala ſunt, mũdet, facitq; quod iuſſus eſt: Dic tu iniquitates tuas ut iuſtificeris in ſermonib. tuis. Et, iuſtus accuſator ſui eſt in principio ſermonis. Idioma autẽ nõ ſolũ Hebraicæ, ſed & Latinæ linguę eſt, pro ſyntagmatib. & ſcriptis opuſcula dicere. Ergo & iſte q laudes cantaturus eſt domino, carmẽ ſuũ & opuſculũ conſecrat ei: & pro muſis gentiliũ, ipſum inuocat in principio quẽ laudaturus eſt. Lingua mea calamus ſcribæ, uelociter ſcribẽtis. Pro quo nos interpretati ſumus, Lingua mea ſtilus ſcribę uelocis. Extrema pars prologi eſt, & cũ præcedentib. iunge quod ſequit̃: Eructauit cor meũ in laudes dei. Sermonẽ bonũ, & opuſcula mea quib. eum prædicaturus ſum, ipſi potiſsimũ conſecraui. Debeo ergo & linguã meã quaſi ſtilum & calamũ præparare, ut per illam in corde & auribus audientiũ ſcribat ſpiritus ſanctus. Meum em̃ eſt quaſi organũ præbere linguã: illius quaſi per organũ ſonare quæ ſua ſunt. Stilus ſcribit in cera: calamus uel in charta uel in membranis, aut in quacũq; materia quæ apta eſt ad ſcribendũ. Mea autẽ lingua in ſimilitudinẽ ſcribæ uelocis, quẽ notarium poſſumus intelligere, quodam ſignorum cõpendio, breuiatũ euãgelij ſtrictumq; ſermonem exarauit in tabulis cordis carnalibus. Si em̃ lex per manũ mediatoris digito dei ſcripta eſt: & quod deſtructũ eſt, glorificatum eſt: quãto magis euangeliũ quod manſurum eſt, per meam linguã ſcribetur à ſpiritu ſancto; ut illius laudes, ad quẽ in Eſaia dicitur: Velociter ſpolia detrahe, cito prædare, uelox in corde credentiũ ſermo deſcribat. Speciosus forma præ filijs hominũ. In Hebraico: Decore pulchrior es filijs hominũ. Finito prooemio, hinc narrationis exordium eſt: & fit Apoſtropha ad ipſum amantiſsimũ & dilectũ & regẽ, cui dicentis opera cõſecrata ſunt. Quæritur aũt quõ pulchrior ſit cunctis filijs hominũ: de quo legimus in Eſaia: Vidimus eum, & nõ habebat ſpeciem neq; decorem, ſed erat ſpecies eius inhonorata & deficiens à filijs hominum. Homo in plaga poſitus, & ſciens ferre infirmitatem, quia auertit faciẽ ſuam. Nec ſtatim ſcriptura diſſonare uidetur: quia ibi ignobilitas corporis propter

A propter flagella & ſputa & alapas & clauos, & iniurias patibuli commemoratur: hic pulchritudo uirtutũ in ſacro & uenerando corpore: non quo diuinitas Chriſti hominibus cõparata non formoſior ſit, hæc enim non habent comparationẽ: ſed abſq; paſſionibus crucis, uniuerſis pulchrior eſt, uirgo de uirgine, qui non ex uoluntate uiri ſed ex deo natus eſt. Niſi enim habuiſſet & in uultu quiddam ſydereum, nunquam eum ſtatim ſecuti fuiſſent Apoſtoli: nec qui ad comprehendendũ eum uenerant corruiſſent. Deniq; & in præſenti teſtimonio, in quo ait: Homo in plaga poſitus & ſciens ferre infirmitatẽ, reddit cauſas quare iſta perpeſſus ſit. Quia auertit faciẽ ſuam: id eſt paululum diuinitate ſubtracta, corpus iniuriæ dereliquit. Quidam hunc uerſiculum ſuperioribus copulant: ut ſpecioſus forma præ filijs hominũ, non ad Chriſtum ſed ad calamum referatur. Effuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum. In editione uulgata pro benedixit, unxit legimus. Sed ſciendum quod error ſcriptorũ, Septuaginta translatoribus non debeat imputari: qui hoc loco cum Hebraica ueritate cõcordant. Legentes illud, Ieſus proficiebat ętate & ſapientia & gratia apud deum & homines: & in alio loco: admirabantur ſuper uerbis gratiæ eius quæ egrediebantur de ore illius: & quod in poteſtate habebat ſermonẽ: intelligere poſſumus, quo ſenſu dictum ſit: Effuſa eſt gratia in labijs tuis. Noe inuenit gratiam coram domino in diebus ſuis, & Moyſes, & reliqui prophetarum. Sed omnis gratiæ multitudo in labijs ſaluatoris effuſa eſt: quæ in breui tempore totũ impleuit orbem. Et ipſe tanquã ſponſus proceſſit de thalamo ſuo. A ſummo cœlo egreſſio eius: & occurſus illius uſq; ad ſummũ eius. Nam & ſancta Maria, quia cõceperat eum, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, plena gratia ſalutatur. Et Apoſtolus ſciens prædicationẽ ſuam, non eloquentia ſeculari, ſed in uirtute dei, omnes mundi ſuperaſſe doctrinas, ait. Et ſermo meus & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ uerbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis: ut ſit fides noſtra non in ſapientia hominũ, ſed in uirtute dei. Seq; ipſum reprehendens, quia dixerat: Amplius aũt omnẽ
B bus laboraui: ſtatim intulit. Non aũt ego, ſed gratia dei, quę mecum eſt. Et rurſum: Quia gratia eius qui in me eſt, non fuit uacua. Proprie autẽ in ſaluatorẽ uerbum effuſionis adiungitur, ut ſignificet gratiæ largitatẽ, ſecundum illud: Effundã de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Et, charitas dei diffuſa eſt in cordibus ueſtris. Et nota quod omniũ quæ dicuntur intelligentiã ad perſonam eius referat, qui aſſumptus ex Maria eſt: quod propter gratiam labiorum in æternũ benedictus eſſe dicatur: tale quid & Apoſtolo prædicante: Humiliauit ſe, factus obediens uſq; ad mortem: mortẽ autẽ crucis. Propter quod & deus illum exaltauit: & dedit illi nomen ſuper omne nomẽ. Sicut enim ibi forma ſerui, paſſionis iniuria eſt, & exaltatio nominisq; dõnatio ad patrem redit: ita hic effuſio gratię & benedictionis in ſempiternum, ad eum referenda eſt qui poteſt humiliari & creſcere. Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ potentiſſime. Specie tua & pulchritudine tua. In Hebræo: Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ fortiſſime. Gloria tua & decore tuo. Iſtum arbitror te locum optime intelligere, & accinctã Chriſti gladio militare. Vt autem ſcias ſemper uirginitatẽ gladium habere pudicitiæ, per quem truncat opera carnis, & ſuperat uoluptates: gentilis quoq; error, deas uirgines finxit armatas. Accinxit & Petrus lumbos ſuos: & ardentẽ lucernam habuit in manibus ſuis. Quod autẽ femur ſignificet opera nuptiarum, his breuiter exemplis doceberis. Abraham mittens ad uxorem quærendã filio ſuo Iſaac, dicit maiori domus ſuæ: Pone manũ tuã ſuper femore meo: & adiurabo te per dominũ deum cœli. Non dubiũ quin per eum qui de eius ſemine erat naſciturus. Iacob poſtquam luctatus eſt cum homine, qui ei apparuerat ad torrentẽ Iaboc, Meſopotamia derelicta, & terrã repromiſſionis ingrediens, non ante Iſrael ſortitus eſt nomen, quàm neruus femoris eius emarcuit, & ad filium loquitur: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de femoribus eius. Et rurſum ipſe moriturus, Ioſeph adiurat in femore ſuo, ne eum in Aegypto ſepeliat. In Iudicum quoque libro legimus: Gedeoni erant filij ſeptuaginta, qui egreſſi ſunt de femoribus eius. In cantico canticorum dicitur: Ecce lectulus Solo

monis

monis,sexaginta potentes in circuitu eius de potentibus Israel,omnes tenentes gladios, C
docti ad bellum:uir & gladius super femur eius.Gloria ergo & decore suo,siue specie&
pulchritudine diuinitatis suæ,carnis opera mortificans:& natus ex uirgine,futuris uir-
ginibus,uirginitatis princeps fuit.Et intende prospere,procede & regna. Propter ueri-
tatem & mansuetudinẽ & iusticiã,& deducet te mirabiliter dextera tua. In Hebræo:De-
core tuo prospere ascende:propter ueritatem & mansuetudinẽ iusticię,& deducet te mi
rabiliter dextera tua.Secundo scriptum est apud Hebræos, decore tuo,ne quis idipsum
uitio librariorũ repetitum putet. Et est figura quæ apud rhetores, repetitio nominatur.
More ergo Panegyrici,quo laudatores loquuntur ad eos quos prẽconijs efferũt,arma-
tum cohortatur ad prælium:ut semel arrepta bella non deserat,& super hostium strages
uictor incedens, præparet sibi regnum in his,quos de diaboli eripiens potestate,suo co
pulauit imperio,& dicat: Ego aũt constitutus sum rex ab eo super Sion montẽ sanctum
eius.Nulliq; dubium,ueritatẽ,& modestiã,& iusticiã,Christum appellari,qui dicit:Ego
sum uia,ueritas,& uita. Et,discite à me: quia mitis sum,& humilis corde. Et,quia factus
est nobis à deo iusticia,& redemptio & sanctitas. Hæc aũt uniuersa dicũtur in corpore,
ut exigantur in membris. Victoria domini,seruorũ triumphus est. Magistri eruditio,di
scipulorũ profectus.Et quod sequitur: Deducet te mirabiliter dextera tua : aut de signis
quæ in euangelio perpetrauit: aut προπικῶς de cæde,quam exercuit in hostibus,sentien-
dum est. Cor sapiẽtis in dextera,& cor stulti in sinistra eius.Christus totus in dextris est:
antichristus in sinistris.Hebraica interpretatio distat in uerbis,nõ distat in sensu.Sagittę
tuæ acutæ potentissime,populi sub te cadẽt in corda inimicorũ regis.In Hebraico,absq;
potentissime,reliqua similiter. Et hic uersiculus tibi potissimũ aptus est,quæ iaculo do-
mini uulnerata,cum sponsa in cantico canis:Vulnerata charitate ego sum.Nec mirum si
sponsus tuus habeat plures sagittas : de quibus in centesimo decimonono psalmo dicit:
Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs:cum patris ipse sit iaculũ:& loquat
in Esaia:Posuit me quasi sagittã electã:in pharetra sua abscondit me.His sagittis & Cleo- D
phas in itinere cum altero uulneratus aiebat : Nónne cor nostrum ardens erat in nobis
dum loqueret in uia, & aperiret nobis scripturas ? Et in alio loco legimus : Sicut sagittæ
in manu potentis,ita filij excussorũ. His sagittis totus orbis uulneratus & captus est.Pau
lus sagitta fuit domini : qui postq; ab Hierosolymis usq; ad Illyricum missus arcu domi-
ni,huc illucq; uolitauit,ad Hispanias ire festinat:ut uelox sagitta sub pedibus domini sui,
Orientem Occidentemq; prosternat. Et quia plures sunt potentissimi regis inimici, qui
uulnerati fuerãt ignitis sagittis diaboli,& quasi ceruus spiculo percussi in iecore,sagittæ
domini mittunt ignitæ cum carbonibus desolatorijs , ut quicquid uitij in corde inimi-
corũ regis fuerit,excoquant,& salutari igne ignem eijciant perditorẽ. Sedes tua deus in
seculũ seculi,uirga directionis,uirga regni tui.Dilexisti iusticiã, & odisti iniquitatẽ,pro
pterea unxit te deus,deus tuus oleo læticiæ præ consortibus tuis. In Hebraico:Thronus
tuus deus in seculum seculi,sceptrũ æquitatis,sceptrũ regni tui.Dilexisti iusticiã,& odi-
sti iniquitatẽ : propterea unxit te deus,deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.
Duas personas,eius qui unctus est dei,& qui unxit,intellige. Vnde & Aquila אֱלֹהִים elo-
him uerbũ Hebraicũ , non nominatiuo casu,sed uocatiuo interpretat,dicens θεέ, & nos
propter intelligentiã dee posuimus, quod Latina lingua nõ recipit: ne quis peruerse pu
tet deum dilecti & amãtissimi & regis,bis patrẽ nominari. Quanq; enim pater in filio,&
filius in patre: & alterutrũ sibi & habitator & thronus sint,tamen in hoc loco ad regem
qui deus est sermo dirigitur : & dicitur ei quod imperiũ eius (hoc enim intelligo thro-
num,iuxta illud quod scriptũ est:De fructu uentris tui ponã super thronũ tuum)finem
non habeat: quod quidẽ & Mariæ nunciauit angelus : Dabit ei dominus deus thronum
Dauid patris sui , & regnabit super domum Iacob in secula, & regni eius non erit finis.
Nec putemus hoc illi esse contrariũ, quod Apostolus scribens ad Corinthios ait, filium
deo traditurũ regnum,& subijciendũ ei qui sibi subiecit omnia:ut sit deus omnia in om
nibus

A nibus.Non enim dixit,tradet patri,ut uideret separare filium,sed tradet deo,hoc est,ha-
bitanti in assumptione corporis deo:ut sit deus omnia in omnibus : & Christus qui ante
perpaucas uirtutes erat in singulis,per omnes in omnibus cõmoretur.Sceptrum autem
& uirgam insigne esse regnantis, ipse propheta significat,dicens:Sceptrũ æquitatis,sce-
ptrum regni tui.Quidam de Esaia testimoniũ proferentes : Exiet uirga de radice Iesse,&
flos de radice eius ascendet :hominẽ qui est assumptus intelligunt,cui & deferatur impe
rium,& qui propter dilectam iusticiam & exosam iniquitatẽ regnare dicatur, & unctus
esse oleo exultationis prę participibus suis:quasi prẽmiũ charitatis,& odij iniquitatis,in
unctione sumpturus. Docemur aũt in utraq; parte & amoris & odij esse nobis semina,
cum ipse qui primitias massæ nostrorũ corporũ leuauit ad cœlos, & iusticiam dilexerit,
& oderit iniquitatem.Vnde Dauid: Nónne odientes te domine oderam,& super inimi
cos tuos tabescebã : perfecto odio oderã illos. Quod sequitur:Vnxit te deus,deus tuus.
Primum nomen dei uocatiuo casu intelligendũ est,sequens nominatiuo:quod satis mi-
ror, cur Aquila non ut cœperat in primo uersiculo uocatiuo casu interpretatus sit, sed
nominatiuo,bis nominans deum qui supradictũ unxerit deũ.In hoc loco Photinus op-
primitur,sed Arius caput leuat,de euangelio proferens testimoniũ: Ascendo ad patrem
meum & patrem uestrum,deum meum & deum uestrum.Sed cum dilectũ audiat eum,
accinctum gladio super femur, & regnare propter ueritatem & mansuetudinẽ, ungi ob
dilectam iusticiam & exosam iniquitatẽ,& unctum esse præ consortibus suis:de quibus
scriptum est: Participes Christi facti sumus, si tamen principiũ substantiæ usq; ad finem
firmum retineamus :miror cur solum deum dei ad calumniã uocet, quasi uniuersa quæ
dicta sunt,diuinitati uerbi & non humilitati hominis conueniant. Audiat Actus aposto
lorum:Iesum Nazarenũ quem unxit deus spiritu sancto.Audiat euangeliũ:Spiritus san-
ctus ueniet super te,& uirtus altissimi obumbrabit tibi : propterea quod nascet ex te san
ctum,uocabitur filius dei. Ipsum dominũ sentiat intonantẽ : Spiritus domini super me,
B eo quod unxerit me.Participes autẽ apostolos credentesq; significat : quibus unctionis
suæ uocabulũ tribuit,ut ab uncto uocentur uncti,id est,à Christo Christiani.Myrrha &
gutta & casia à uestimentis tuis à domibus eburneis,ex quibus delectauerunt te filiæ re-
gum in honore tuo.In Hebraico:Myrrha & stacte & casia in cunctis uestimentis tuis de
domibus eburneis, quibus lætificauerunt te filiæ regum in honore tuo. Præfatio ipsa te
docuit, idcirco me hunc psalmũ explanare uoluisse: quia ad uirginẽ scribẽs, pro liliis &
floribus titulum reperi. Itaq; consequenter & istos uersiculos ad te referã,cui uolumen
hoc scribitur : Mortificasti membra tua super terrã, & quotidie Christo offers myrrhã.
Christi bonus odor es,& propterea stacten,id est,stillam uel guttã exhibes domino.Nar
rant & hi qui aromatũ nouere uirtutes, stacten florem esse myrrhæ. Quod aũt sequitur
casia,est ipsa quæ ab alijs σύχη, id est, fistula nuncupat, uocalis in laudes dei, & omnes
pituitas & rheumata uoluptatũ suo calore excoquẽs. Vbi in nostris codicibus scriptum
est,gutta uel stacte,in Hebraico ahaloth אֲהָלוֹת legitur.Vnde & Nicodemus centum li-
bras myrrhæ & aloes ad sepeliendum dominũ præparauit. Et sponsus loquitur ad spon
sam:Myrrha & aloe cum omnibus unguentis primis.Et illa respondet:Manus meæ stil-
lauerũt myrrhã:digiti mei myrrha pleni.Proijce & tu mortis opera,Christo in baptisma
te consepulta:& huic mundo mortua esto,& nihil aliud nisi de cœlestibus cogitans,lo-
quere ad sponsum tuũ:Manus meæ stillauerũt myrrham,digiti mei myrrha pleni.Legi-
mus & unguentũ sacerdotale,cuius & Dauid meminit: Sicut unguentũ in capite,quod
descendit in barbã,barbam Aaron,quod descendit in oram uestimẽti eius. In quo cum
cæteris aromatibus miscetur & stacte.Offerunt & Magi myrrhã. Et in præsenti loco,ini
tium uestimentorũ Christi,est suscipere mortẽ illius,& in sua carne monstrare.Hæc in-
dumenta para sponso tuo:his à te uestibus comptus incedat. Cumq; ei huiuscemodi te-
xueris uestimenta, efficieris ipsa templum dei , & lætificabis eum de domibus eburneis:
siue ut melius in Hebraico scribitur , de templo uendentium , & laudes domino canes:

totaq; ſeculo mortua, angelorum imitaberis choros. Ebur enim & dentes, inſigne eſſe c
mortis & uocis, ipſa nominũ natura teſtatur. Et cõſequenter adiunctum eſt: Ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. Rex regum & dominus dominantiũ ſponſus tuus eſt, Reges iſti qui ſub tanto rege ſunt reguli, patres tui ſunt, qui te euangelica genuere doctrina. Horum tu filia, honorificas in omnibus ueſtimentis & odoribus bonis & templo eburneo eum, cui ſupra dictũ eſt: Effuſa eſt gratia in labijs tuis. Et: Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſsime. Et: Sagittæ tuæ acutæ. Et: Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi. Pro eo quod nos tranſtulimus domibus eburneis, quia in Græco ſcriptum eſt ἐκ βαρίωμ ἐλεφαντίνων, quidam Latinorum ob uerbi ambiguitatem, à grauibus interpretati ſunt: cum βαρὶς uerbũ ſit ἀπὸ χώρου Palæſtinæ, & uſq; hodie domus ex omni parte concluſæ & in modum ædificatæ turrium ac mœnium publicorum, βαρεῖς appellẽtur. Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato. Quodq; ſequitur: Circundata uarietate: excepta editione uulgata, nullus interpretũ tranſtulit. In Hebraico: Stetit coniunx in dextera tua in diademate aureo. Vbi nos coniugem uertimus, ibi apud Hebræos legitur ſegol שגל Pro quo Aquila συγκοίτου, id eſt, concubinam. Symmachus & Quinta editio παλλακὴν, id eſt, pellicem. Septuaginta, Theodotion & Sexta, reginam interpretati ſunt. Deinde ubi ego poſui, in diademate aureo, Symmachus trãſtulit, in auro primo. Aquila, Quinta & Sexta editio, in tinctura uel in auro ophir. Quæ filiæ regum ſunt, & in ſponſi parantur amplexus, per myrrham & guttam & caſiam & domos eburneas delectant eum, cuius thronus in ſeculum ſeculi eſt: Quæ autem iam ſuper petram Chriſtum ſtabili radice fundata eſt catholica eccleſia, una columba, perfecta & proxima, ſtat à dextris, & nihil in ſe ſiniſtrum habet. Stat in ueſtibus deauratis, de ſermonibus ſcripturarũ ad ſenſum tranſiens, & cunctis plena uirtutibus: ſiue ut nos tranſtulimus, in diademate aureo. Eſt enim regina, regnatq; cum rege: cuius filias poſſumus intelligere, & in commune credentium animas, & proprie uirginum choros. Ophir genus auri eſt, uel à loco Indiæ, uel à colore nomine indito. Septem quippe apud Hebræos auri uocabula ſunt. d
Vxorem quoq; & cõcubinam intelligamus de cantico Solomonis: quæ ſine ſponſo ſuo uel marito dormire non poteſt. Audi filia & uide & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum: quoniã ipſe eſt dominus deus tuus, & adorabunt eum. In Hebraico: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populi tui & domus patris tui, & cõcupiſcet rex decorẽ tuum: quia ipſe eſt dominus tuus, & adora eum. Hucuſq; per prophetæ linguam, quam calamo ſcribenti uelociter cõparat, loquit̃ ſpiritus ſanctus, ipſum regem & bellatorẽ & deum ſponſumq; cõpellans. Hinc perſona patris inducitur loquentis ad ſponſam filij ſui, & cohortantis eam, ut ueteris gentilitatis & idololatriæ errore contempto, primum his quæ dicantur attendat, & propter quod de alienigena filia nominet̃: deinde uideat uel ipſa quę dicuntur, uel uniuerſam conditionẽ: ex uiſibilibus intelligens inuiſibilia, & ex creaturis ſentiens creatorem: & diligenter inclinet aurem ſuam, ut quę dicunt̃, memoriter teneat. Cumq; audierit, uiderit & inclinauerit aurem ſuam, totamq; ſe doctrinæ tradiderit, & eorum intelligentiæ quæ dicuntur, obliuiſcatur primum populum ſuum: & cum Abraham de Chaldæa egrediens, relinquat terrã natiuitatis & cognationis ſuę. Nemo dubitat patrem noſtrum antequã adoptaremur à deo, fuiſſe diabolum, unde ſaluator ait: Vos ex patre diabolo nati eſtis. Cum ergo, ait, antiqui patris fueris oblita, & talem te exhibueris, depoſitis priſtinis ſordibus, ut ſuper fratruelẽ dealbata cõſcendas, & quã poſsit diligere filius meus, tunc cõcupiſcet rex decorẽ tuũ. Et ne putes unum eſſe de turba, à quo amanda es, ipſe eſt rex tuus & dominus tuus. Quia uero interdũ qui reges & domini ſunt, ſunt quidẽ poteſtate reges & domini: tamen eiuſdẽ naturæ, cuius ſunt illi, in quos dominantur & regnant: indico tibi quod & deus tuus ſit, & debeas adorare eum. Septuaginta interpretes non dixerunt, & adorabis eum, ſed adorabunt eum: ut ſit ſenſus, Iſte qui te amaturus eſt, qui tuam pulchritudinem dilecturus, deus eſt, & adorandus ab omnibus.

Quod

A Quod de eccleſia ex gentibus cõgregata expoſuimus, unuſquiſq; ad ſeipſum referat animamq; credentis, quod prioribus uitijs derelictis, adoptet̃ in filiam: inclinet aurẽ ſuam, obliuiſcatur ueteris conuerſationis: & cum Apoſtolo dimittat mortuorũ patrem, & talem ſe præbeat, qui ametur à rege. Ipſe eſt enim dominus eius, cui flectere debeat genu: & depoſita ſuperbia, iugum humilitatis aſſumere. Interrogemus Iudæos, quæ ſit iſta filia, ad quam loquitur deus: Non dubito quin ſynagogã reſpondeant. Et quomodo dicitur ſynagoge & Iſraelitico populo: Dimitte populum tuum, & domum patris tui? Nunquid derelinquet gentem Hebręam & Abraham antiquũ patrem? Si dixerint de uocatione ſignificari Abraham, qua Chaldæos reliquerit: quis eſt iſte rex, qui amaturus eſt decorem Abraham? Certe alius eſt qui loquitur: Audi filia: & alius de quo loquitur: concupiſcet rex decorem tuum. Qui alius non ſolum rex, ſed & dominus & deus eſt, qui adorandus eſt. Filiæ Tyri in muneribus uultum tuum deprecabuntur diuites plebis. In Hebræo eſt: O filia fortiſsimi, in muneribus faciem tuam deprecabũtur diuites populi. Verbum Hebraicum ſor צור quod in Ezechiele iuxta Septuaginta legimus, interpretari poteſt & Tyrus & tribulatio, & fortiſsimus, ſiue fortiſsima: & ſilex, id eſt, lapis duriſsimus. Vnde in præſenti loco error ortus eſt. Aquila enim & Septuaginta & Theodotion & Quinta editio, Tyrum interpretati ſunt. Sexta uerbum Hebraicum poſuit ſor צור, Symmachus κράτιστον id eſt fortiſsimam. Nos idipſum ad deum retulimus: ut illa cui ſupra dixerat: Audi filia & uide: filia fortiſsimi nuncupet̃. Aut certe ipſa fortiſsima ſit, quia imitata eſt fortem patrem, cuius uultum in diuerſis muneribus deprecabuntur diuites plebis. Diuites in cunctis operibus bonis & ſcientia: ſiue qui diuites putant̃ in hoc ſeculo, ſapientes huius mundi, & philoſophorũ diſciplinis eruditi. Vel quod melius eſt, qui antea diuites fuerant, habẽtes eloquia dei & teſtamenta & prophetas, id eſt, de populo Iſrael. Vt enim ante ſaluatoris aduentũ, hi qui de Tyro erant, hoc eſt de populo gentium, & proſelyti eſſe cupiebant, deprecabantur diuitem populum Iſrael, & per eos introducebantur in templum: ſic poſt aduentũ domini, quicunq; ex Iſrael credere uoluerint: diuites quondã familiaritate & protectione dei uenient ad filiam Tyri: & offerentes uaria dona uirtutum & confeſsionis in Chriſtũ, deprecabuntur eam, ut ſalutẽ quam perdiderũt in Iudæa, inueniant in gentibus. Omnes gloriæ eius, gloriæ filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis circũamicta uarietatibus. In Hebræo. Omnis gloria filiæ regis intrinſecus, faſcijs aureis ueſtita eſt. Pro eo quod in Septuaginta ſcriptum eſt ἔσωθεν, & nos uel ab intus, uel intrinſecus interpretati ſumus: in quibuſdam exemplaribus inuenitur ἐξ ἐννοιῶν, quod cogitationes ſonat. Ex quo oſtenditur, omnẽ gloriam eccleſiæ, cui ſupra dictum eſt: Audi filia & uide, & ò filia Tyri, & nunc appellatur filia regis, eſſe intrinſecus & in cogitationibus, in eſt in interiori homine, & in circumciſione non manufacta, ſed ſpiritu habente cõſcientiæ fiduciã apud deum, & tota pulchritudine poſita magis in ſenſuum nomine, quàm in flore uerborum. Quomodo autem in ſtamine, ex quo dependent fimbriæ, ſubtegmen intexitur, & tota ueſtimenti uirtus in ſtamine eſt: ita in uarijs ſenſibus ſcripturarũ, in quibus ueſtis eccleſiæ omnis intexitur, miſcent̃ aliqua de natura, de moribus: & hoc ipſum ſignificat ueſtis Aaron auro, purpura, cocco, byſſo, hyacinthoq; contexta, quã fecerunt mulieres, quibus deus ad texendũ dedit ſapientiam. Et ut intelligere poſsimus omnẽ ornatum filiæ regis intrinſecus, ipſa loquitur in Cantico: Introduxit me rex in cubiculum ſuum, in quo clauſo oſtio labiorũ, deum patrẽ iubemur orare. In nono quoq; pſalmo, cuius titulus inſcribitur, pro abſconditis filij. Variam habuit & Ioſeph tunicam, quam ei texuit mater eccleſia. De his fimbrijs ſaluatoris αἱμορῤῥοοῦσα unã tetigit, & ſanata eſt. Quod autem in Hebraico ſcribitur, faſcijs aureis ueſtita eſt, idipſum ſignificat quod ſupra. Omnis gloria filiæ regis intrinſecus, faſcijs ſenſuum diuinorum, inferiora membra obuoluuntur eccleſiæ, & tota uteri tegitur ambitio. Harum faſciarũ non poteſt obliuiſci ſponſa, ſecundum Hieremiam, quæ mammas ligant, & pectus in quo cogitationes ſunt protegunt. Adducentur regi uirgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi. Afferentur

in lætitia & exultatione, adducentur in templũ regis. Iuxta Septuaginta prior uersiculus C
adhuc de filiæ canitur ornatu: sequẽs ad ipsum sponsum regemq; dirigitur. Porrò iuxta
Hebraicum, totum ad sponsam dicitur usq; ad eum locum, ubi scriptum est: Pones eos
principes in uniuersa terra. Et legitur: In scutulatis ducentur ad regem, uirgines sequen
tur eam, amicæ eius ducentur illuc, ducentur in lætitia & exultatione, ingredientur tha
lamum regis. Multam esse distantiam animarũ in Christo credentium, demonstrat canti
cum canticorũ, in quo scriptum est: Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, &
adulescentulæ quarum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, proxima
mea, de qua dicitur: Viderunt eam filiæ & beatificant eam reginæ & concubinæ, & lau-
dant eam. Quæ ergo perfecta est & sancta corpore & spiritu, & columba & proxima me
retur uocari. Hæc est filia, de qua supra dictum est: Astitit regina à dextris tuis in uestitu
deaurato. Quæ aũt supergressæ sunt sex dies mundi, & futura regna suspirant, reginæ ap
pellantur. Si qua uero circunciſionẽ quidem habet octauæ diei, sed adhuc non uenit ad
nuptias, hæc cõcubina uocitatur. Diuersa autem multitudo credentiũ, quæ necdum po
test sponsi copulari amplexibus, nec de eo liberos parere, adulescentula dicitur. Ego pu
to de istis uirginibus quæ sequuntur ecclesiam, & in primo ponuntur gradu, & te esse &
omnes, qui in uirginitate corporis & animæ perseuerãt. Proximas aũt & amicas, uiduas
esse & in matrimonio continentes: quæ omnes cum lætitia & exultatione ducuntur ad
templum & in thalamũ regis. In templum quasi sacerdotes dei: in thalamũ quasi sponsæ
regis & sponsi. Hoc templum & Ioannes uidit in Apocalypsi, & propheta desiderat. V-
nam, inquit, petij à domino, hãc requiram: ut inhabitem in domo domini, omnibus die
bus uitæ meæ. Et iterũ: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis glo-
riæ tuæ. Et in alio loco: Quia transibo in locum tabernaculi admirabilis, usq; ad domũ
dei: in uoce exultationis & confessionis, sonitu festa celebrantium. Scutulata aũt quibus
sponso suo regina componitur, ipsa sunt, quæ in Septuaginta legimus circumamicta ua
rietate. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnẽ terram. D
In Hebraico: Pro patribus tuis erunt tibi filij, pones eos principes in uniuersa terra. Et
ex patris persona nequaquã de filia, sed rursus ad filiam sermo intelligi potest: & ex spiri
tus sancti, & ex filiorum Core. Si ergo ad filiam sponsam sermo dirigitur, sponsa autem
de nationibus congregata est, cui supra dicitur: obliuiscere populum tuum & domũ pa-
tris tui: debemus sponsam patris nosse, ut cõsequenter nouerimus & filios. Pro patribus
tuis, de quibus in Hieremia loquuta est: Quàm falsa possederunt patres nostri idola, &
non est in eis qui pluat. Pro Platone & pro cæteris diuersorũ dogmatũ & errorum ma-
gistris, nati sunt tibi filij: quos constituisti principes tuos, & fecisti in populis præcepto
res. Vel certe aliter: O ecclesia, filij tui quos genuisti tibi, uertẽtur in patres tuos, cum de
discipulis eos feceris magistros, & in sacerdotali gradu omnium testimonio collocaue-
ris. Sin aũt patres ecclesię intelligimus Abraham, Isaac, & Iacob, & reliquos patriarchas:
filios, qui ei in patrum honore sunt nati, apostolos intelligamus: qui missi sunt à domi-
no prædicare usq; ad extremũ terræ, & baptizare credẽtes in nomine trinitatis. Sed quæ
ritur quomodo ecclesia de gentibus patres habere possit, Abraham, Isaac & Iacob, cum
ei supra dictum sit: Obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Legamus euange-
lium: Nolite dicere patrẽ habemus Abraham: potens est deus de lapidibus istis, hoc est,
de duro corde gentilium, suscitare filios Abrahæ. Et in alio loco: Si filij essetis Abrahæ,
opera Abrahæ faceretis. Et in Genesi ad ipsum Abraham loquitur deus: In semine tuo,
inquit, benedicẽtur omnes gentes. Sicut enim ille in præputio ex fide iustificatus est, ita
& nos iustificabimur in eadem fide, si habuerimus fidem & opera patris nostri Abra-
ham. Potest hoc ipsum ad saluatorẽ dici, uel à patre uel à prophetali choro & spiritu san
cto. Pro patribus tuis, stirpe uidelicet Iudæorum, qui te reliquerunt & negauerunt, nati
sunt tibi filij apostoli & de nationibus credentes, quos constituisti principes in uniuer-
sa terra. Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea po-
puli

A puli confitebuntur tibi in æternũ, & in seculum seculi. In Hebraico: Recordabor nomi-
nis tui in omni generatione & generatione. Propterea confitebuntur tibi populi in secu
lum & in æternũ. Quod nos interpretati sumus, cõfitebuntur tibi, Symmachus transtu
lit: laudabunt te. Regina quæ steterat à dextris tuis in uestitu deaurato, & iussa fuerat ob-
liuisci populi & domus patris sui: & iterum illi dictum erat: Pro patribus tuis nati sunt ti
bi filij, cõstitues eos principes super omnẽ terram: intelligens quanta decoranda sit glo
ria, & quibus præmijs subleuanda, conuertit ad sponsam uoces suas: & pollicetur recor
daturam se semper nominis sponsi, in omni generatione & generatione. Quod promi-
sit, uidemus expletum. Ipsa Christiana, nobis omnibus Christianorũ nomen imposuit:
nomen nouum, in quo benedicentur omnes familiæ gentium. Recordatur autem nõ in
una generatione, sed in omnibus: uel cunctas significans nationes, uel duas generatio-
nes, Iudæorum atq; gentilium. Et quia hoc parum est, si in duabus generationibus no-
minis domini recordetur, propterea populi qui in ecclesia fuerint, confitebuntur & lau
dabunt dominum in æternũ & in seculum seculi. Quando & tu ò filia Principia, sancto-
rum mixta choro, inter uirgines duceris ad regem, & ex domibus eburneis delectabis
sponsum in honore tuo: tunc recordare & mei, qui huius psalmi tibi domino reuelante
intelligentiam tribui, & dicito: Memor ero nominis tui: ut quæ partem intellexisti car-
minis, si uita comes fuerit, & totum Canticum canticorum intelligas.

SEQVENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

1 QVod Aquila interpretatus est ἄρτον ἀλαπονημάτων, id est panem elaborationum.] A ἀλα-
πονέω quod est elaboro. Symmachus, ἄρτον κακοπαθούμενον.] Id est, panem ærumnosum
siue afflictum. Nam κακοπαθῶ est affligi & malis affici. Sexta πλάνης, id est erroris] A
πλανάομαι erro, unde & Planetæ uocantur. De Aquila si, τὰ πτύσματα.] Conijcio le-
gendum ἀλαπονήματα, id est elaborationes. At nostra uulgata editio habet, ἄρτον ὀδυνῶν, id est, panẽ
2 doloris. Atq; ita Hieronymus interpretatus est iuxta Hebraicam ueritatem. Sexta ek &.] Hunc
B locum in omnibus codicibus reperi deprauatum. Verum ita legendũ est, ἐξηκονημένοι, quod nos di-
cere possumus exacuti. Sensusq; manifestus est, adolescẽtiæ populos intelligi Christianos. Sic habe
bant exemplaria. Quod nos dicere possumus exacuti sensus. Ex quo manifestũ est, adolescentiæ po
pulos intelligi Christianos. Vulgaris editio nostra habet, ἐκπτυναγμένων, id est, excussorũ. Hierony
3 mus iuxta ueritatẽ Hebraicã uertit filij iuuentutis. Ambiguitate decepti.] καρπὸς Græcis duo si-
gnificat, fructũ, & uolam, hoc est, cauũ manus. Furtiuis, ut aiunt.] Quas Plinius succisiuas uocat.

HIERON. AD MARCELLAM PSALMI CXXVI. EXPOSITIO

BEatus Pamphilus martyr, cuius uitam Eusebius Cæsarienſis episcopus tri-
bus fermè uoluminibus explicauit, cum Demetrium Phalereum & Pisistra-
tum in sacræ bibliothecæ studio uellet æquare: imaginesq; ingeniorũ, quæ
uera sunt & æterna monumenta, toto orbe perquireret: tunc uel maxime
Origenis libros impensius prosequutus, Cæsarienſi ecclesiæ dedicauit: quã ex parte cor
ruptam, Acacius dehinc & Euzoius eiusdem ecclesiæ sacerdotes in membranis instau-
rare conati sunt. Hic cum multa repererit, & inuentorum nobis indicem dereliquerit,
centesimi uigesimisexti psalmi commentarium, & phe literæ tractum, ex eo quod non
inscripsit, confessus est non repertum: non quod talis tantusq; uir (Adamantium dici-
mus) aliquid præterierit, sed quo negligentia posterorum ad nostram usq; memoriam
non durarit. Hoc ideo dixi, ut quia de eodem psalmo mihi proposuisti, qui esset panis
doloris, in eo quod dicitur: Vanum uobis est ante lucem surgere, surgite postquam se-
deritis, qui manducatis panem doloris: ostenderem me de Origenis cõmentarijs quid
senserit non habere. Vnde ad Hebræum recurrens, inueni pro pane doloris scriptum,
lehem haazabim לֶחֶם הָעֲצַבִּים quod Aquila interpretatus est, ἄρτον ἀλαπονημάτων, id
est, panem elaborationum. Symmachus ἄρτον κακοπαθούμενον quod exponitur, panem
ærumnosum. Quinta editio & Theodotion (qui in cæteris cum Septuaginta trans-
latoribus facit) panem idolorum. Sexta πλάνης, id est, erroris. Nec mirandum est de
Aquila, si ἀλαπονήματα pro idolis ponat, cum opera manuum hominis sint, & prophe-
tice populus arguatur ad templum diluculo frustra consurgere, & post quietem ad

Universidad de Navarra Biblioteca

ſanctuarium feſtinare, cum idola, dei honore uenerentur: ſecundū quod Ezechiel ſcri- c
pſit, in ipſo templo ſacrificare idolis ſacerdotes. Vt autem plenius adducaris, pro dolo-
re in Hebręo idola poſita, hoc ipſum uerbum, hoc eſt, azabim עֲצַבִּים etiam in centeſimo
decimotertio pſalmo ſcriptum eſt. Septuaginta quoq; idola tranſtulerunt. Nam & in eo
loco ubi legimus: idola gentium, argentū & aurum opera manuū hominum: in Hebręo
habetur, azabehem עֲצַבֵיהֶם quod Aquilā interpretatur elaborationes eorū. Vnde cum
ita ueritas ſe habeat, non fruſtra quidam doloris panem, aut hæreticorū intelligunt ſa-
cramenta, aut uitæ iſtius miſerabilis & ærumnoſæ interpretantur laborem, apud quam
in ſudore faciei comedimus panem noſtrum: & inter ſpinas & tribulos, breuis uitæ ali-
menta naſcuntur. Illud quoq; de eodem pſalmo interrogare dignata es: Qui ſint filij ex
cuſſorum. Miror te in Hilarij cōmentarijs non legiſſe, excuſſorū filios, credentium po-
pulos interpretari: quod ſcilicet apoſtolos illo nomine putauerit appellatos, quibus in
euangelijs ſit præceptū: in quamcunq; ciuitatē introierint, & non fuerint recepti, excu-
tere puluerem pedum ſuorum in teſtimonium nō credentiū: licet tu argute prȩcaueris,
non poſſe apoſtolos ſub nomine excuſſorū intelligi, cum ſit aliud excutientiū, aliud ex-
cuſſorū: quia excutientes ſunt, qui excutiant: excuſsi uero, qui ab alijs excutiantur: & in-
congruū eſſe excuſſos apoſtolos accipi, qui magis excutientes debuerint appellari. Quid
igitur faciam? Tantum uirum & temporibus ſuis diſertiſsimū reprehendere nō audeo:
qui & cōfeſsionis ſuæ merito, & uitæ induſtria, & eloquentiæ claritate, ubicunq; Roma
num nomen eſt prædicatur: niſi quod non eius culpæ aſcribendū eſt, qui Hebręi ſermo
nis ignarus fuit, Grȩcarū quoq; literarū quandam aurulam ceperat, ſed Heliodori preſ-
byteri quo ille familiariter uſus eſt, eaq; quæ intelligere non poterat, quomodo ab Ori-
gene eſſent dicta quærebat. Qui quia in hoc pſalmo cōmentariū Origenis inuenire non
potuit, opinionē magis inſinuare ſuam, quàm inſcitiam uoluit confiteri. Quam ille ſum
ptam claro ſermone diſſeruit, & alienū errorem diſertius exequutus eſt. Reſtat igitur ut
rurſum ad fontem ſermonis recurramus Hebræi, & uideamus quomodo ſcriptum ſit. d
Vbi nos habemus, ſicut filij excuſſorum: ibi legitur, chen bene hanurim בֶּן בְּנֵי הַנְּעוּרִים
quod Aquila interpretatus eſt, ſicut filij pubertatum. Symmachus & Theodotio, ſicut fi
lij iuuentutis. Sexta ἐκνυθώτες νῦ, quod nos dicere poſſumus, exacuti ſenſus. Ex quo ma 2
nifeſtum eſt, adoleſcentię populos intelligi Chriſtianos, ſecundū illud exemplum, quod
deus ſuos ſanctos in modum arcus & ſagittarū dicatur extendere: ut in propheta Zacha
ria: Quoniam extendi te mihi Iuda ut arcum. Et ſaluator de ſemetipſo: Poſuit me ſicut ſa
gittam electā, & in pharetra ſua abſcondit me. Deniq; in ſequenti uerſu, exceptis Septua
ginta, qui aliter tranſtulerunt, & in Hebræo, & in cunctis editionibus ita reperi: Beatus
uir qui repleuit pharetram ſuam ex ipſis: ut quia metaphoram ſemel ſumpſerat ex ſagit-
tis, & in pharetra quoq; translatio ſeruaretur. Excuſſos autem & conſuetudo ſermonis
humani, uegetos & robuſtos & expeditos uocat: & ipſi Septuaginta interpretes in Eſ
dræ libro, pro iuuenibus tranſtulerunt: in quo ita ſcribitur: Et factum eſt die illa, medij
excuſſorū faciebant opus, & medij eorum habebant haſtas & ſcuta & arcus & thoraces,
& principes poſt omnem domū Iuda, ædificantium in muro. Ex quo animaduertimus,
& in præſenti loco pro adoleſcentibus atq; puberibus, excuſſos poſitos: non ut ille opi-
natus eſt pro apoſtolis, qui excuſsi à pedum excuſsione dicātur. Legi & cuiuſdam librū,
& elegantem in eo ſenſum reperi, excuſſos Iudæos dici à templo, & lege & gratia domi-
ni, pro eo quod eſt reprobos: & eorum eſſe filios apoſtolos, qui ex ipſorum ſemine pro
creentur, & in ſimilitudinē ſagittarum manu domini contineantur. In ſequenti quoq;
pſalmo Heliodorus magis quàm noſter Hilarius errauit, qui de eo loco, in quo ſcriptū
eſt: Labores fructuum tuorum manducabis, uaria opinatus, aſſeruit magis ſtare ſenten
tiam, ſi ſcribatur: fructus laborum aliquem manducare, & nō labores fructuum. Vnde
ſpiritualem intelligentiā debere perquiri, & ex hac occaſione longam ingrediens diſpu
tationem, tanta operoſitate quod uolebat intelligi, uſus eſt perſuadendi, quanta ſemper

falſitas

A falſitas indiget, ut uera uideatur: cum in hoc loco nō Septuaginta interpretes, ſed Lati-
3 ni de Grȩco uerbi ambiguitate decepti, καρπὸς fructus magis q̄ manus interpretati ſint,
cum καρποὶ manus quoq; dicantur: quod Hebræo ponitur caphecho בְּפִיר. Et Symma-
chus Quintaq; æditio tranſtulerunt manuū tuarum, ut ambiguitatem prioris ſermonis
effugerent. Cum hæc furtiuis, ut aiunt, operis ad lucubratiūculam uelox notarij manus
me dictante ſignaret, & plura dicere cogitarem, iam fermè quarta hora noctis exceſſe-
rat, & repente ſtimulis quibuſdam ſtomachi ſuſcitatus, in orationem prorupi: ut ſaltem
reliquo horarum ſpacio, ſubrepente ſomno, fruſtraretur infirmitas.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Exponit primam Eſaiæ viſionem: uidi dominum ſedentē &c. & nonnulla de morte Oziæ regis.

SCHOLIVM.

1 Et præteritorum libris.] Latine ſignauit quos nos Græce dicimus Paralipomenon.
2 Quod proprie in deo ponitur.] Id eſt, πατραχράματος.
3 Ex adytis.] Adyta dicuntur occulta, quæ non liceat ſubire prophanis, Græca dictio eſt.
4 Et excipientis.] Excipientem uocat notarium, qui ceratis tabellis notabat, quod dictabatur.

HIERONYMVS DAMASO

IT factum eſt anno, quo mortuus eſt Ozias rex: Vidi dominū ſedentem ſu-
per thronum excelſum & eleuatum &c. Antequam de uiſione dicamus, per
tractandū uidetur quis ſit Ozias, quot annis regnauerit, qui ei in cęteris gen
1 tibus ſint coæui. Et de perſona quidem, ſicut in regnorum & præteritorum
libris legimus, fuit uir iuſtus, & fecit rectum in cōſpectu domini, ædificās templum, a-
quæ ductum fabricans, offerens uaſa, & pro hoc merito aduerſarios ſuperans: quodq;
maximum pietatis indicium eſt, habens multos in ſuo imperio prophetas. Hic q̄ diu ui-
xit Zacharias ſacerdos, cognomento intelligens, placuit deo, & cum omni ueneratio-
ne delubrum eius ingreſſus eſt. Poſtquam uero Zacharias obijt, uolēs per ſe offerre do
naria, ſacerdotalem ordinem nō tam pie q̄ audacter inuaſit: & reclamantibus leuitis &
ſacerdotibus cæteris: Nōne tu es Ozias rex, & nō ſacerdos? audire noluit, ſtatimq; lepra
B perfuſus in fronte eſt, iuxta prophetæ uocem, dicentis: Imple domine facies eorum ig-
nominia. Quam corporis partem, ſacerdos auri lamina protegebat, quam in Ezechiel
dominus iubet tau literæ impreſsione ſignari: de qua Dauid exultauit, dicens: Signatū
eſt ſuper nos lumē uultus tui domine. In qua Allophylus procax, fundæ lapidis ictu in-
terijt. Regnauit autem Ozias annis quinquagintaduobus, quo tempore apud Latinos
Amulius, apud Atheniēſes Agameſtor undecim annis imperabat. Poſt cuius mortē Eſa
ias propheta hanc uiſionem (quam explanare nūc nitimur) uidit, id eſt, eo anno quo
Romulus Romani imperij cōditor natus eſt: ſicut manifeſtum eſſe poterit his, qui uo-
luerint legere temporū librum, quem nos in Latinam linguam ex Græco ſermone trā-
ſtulimus. Sequitur: Et factum eſt in anno, quo mortuus eſt Ozias rex: uidi dominum
ſedētem ſuper thronum excelſum & eleuatum. Præmiſſa hiſtoria, ſpiritalis ſequit intel-
lectus, cuius cauſa hiſtoria ipſa replicata eſt. Viuēte leproſo rege, & (quantum in ſe eſt)
ſacerdotium diſsipante, Eſaias uiſionem uidere nō potuit. Quàm diu ille regnum tenuit
in Iudæa, propheta oculos nō leuauit ad cœlum. Nō ei ſunt reſerata cœleſtia, nō apparu
it dominus ſabaoth, nec in myſterio fidei, ter ſancti nomē auditum eſt. Quādo uero ille
mortuus eſt, uniuerſa quæ ſubſequēs ſermo mōſtrauit, aperto ſeſe lumine prodiderūt.
Tale quiddam & in Exodo ſcriptum eſt, dum Pharao uixit, pōpulus Iſrael exluti & la-
teris palearumq; opere preſſus, nō ſuſpirauit ad dominū. Dum ille regnauit, nemo quę-
ſiuit deum patrum, Abraham, Iſaac & Iacob. Quādo uero ille mortuus eſt, ſuſpirauerūt
filij Iſrael, ut ſcriptura dicit: Et aſcēdit clamor eorum ad dominum: cum utiq; iuxta hi-
ſtoriam, tunc magis gaudere debuerint, & ante ſuſpirare dum uiueret Pharao. Ezechiel
quoq; prophetāte, Phaltias filius Banaiæ occubuit, & poſt peſsimi ducis interitum: Ce-
cidi, inquit, ſuper faciem meam, & clamaui uoce magna, & dixi: Heu mihi, heu mihi A-
donai domine, conſummationem tu facis reliquiarum Iſrael? Si ergo intelligas in Ozia

& Pharaone & Phaltia, & cæteris iſtiuſmodi contrarias fortitudines, uidebis quomodo c
illis uiuentib. nullus noſtrũ uideat, ac ſuſpiret, & in pœnitentiã corruat. Non regnet (ait
Apoſtolus) peccatũ in mortali ueſtro corpore. Regnante peccato, Aegyptijs extruimus
ciuitates, in cinere uerſamur & ſordibus: pro frumẽto paleas, pro ſolida petra, luti opera
ſectamur. Sequit: Vidi dominũ ſedentẽ ſuper thronum excelſum & eleuatũ. Vidit & Da
niel ſedentẽ dominum, ſed nõ ſuper thronũ excelſum & eleuatũ. Pollicetur & alibi uox
diuina, dicẽs: Veniam & ſedebo, & iudicabo populum in ualle Ioſaphat, quod interpre-
tatur domini iudicium: Qui peccator eſt, & mei ſimilis, uidet dominũ ſedentem in ualle
Ioſaphat: non in colle, non in monte, ſed in ualle, & in ualle iudicij. Qui uero iuſtus &
Eſaiæ ſimilis eſt, uidet illum ſedentẽ ſuper thronum excelſum & eleuatũ. Vt aũt & aliud
inferam, quando eum mente pertracto regnare in thronis, dominationibus, angelis, cæ
terisq; uirtutibus, uideo excelſum thronum eius. Quando aũt conſidero quomodo ge-
nus diſpenſet humanum, & pro noſtra ſalute ſæpe deſcendere dicat ad terras, uideo hu-
milem & proximũ terræ thronum eius. Sequitur: Vidi dominũ ſedentẽ ſuper thronum
excelſum & eleuatũ, & plena erat domus maieſtate eius, & Seraphim ſtabãt in circumitu
eius. Quidam ante me tam Græci q̃ Latini, hunc locum exponentes: dominũ ſuper thro
num ſedentem, deum patrem: & duo Seraphim, quæ ex utraq; parte ſtantia prædicãtur,
dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & ſpiritũ ſanctum interpretati ſunt. Quorum ego
autoritati, quamuis ſint eruditiſsimi, non aſſentior. Multo ſiquidem melius eſt uera ru-
ſticè, q̃ falſa diſertè proferre, maximè cum Ioãnes Euangeliſta in hac eadem uiſione, non
deum patrem, ſed Chriſtum ſcribat eſſe conſpectum. Nam cum de incredulitate diceret
Iudæorum, ſtatim cauſas incredulitatis expoſuit, dicẽs: Et ideo non poterant credere in
eum, quia dixit Eſaias: Aure audietis, & nõ intelligetis: & cernentes aſpicietis, & non ui-
debitis. Hæc autẽ dixit, quando uidit gloriã unigeniti, & teſtificatus eſt de eo. In prẽſen-
ti ergo uolumine Eſaiæ ab eo qui ſedet in throno iubetur, ut dicat: Aure audietis, & non
intelligetis. Qui autẽ hæc iubet (ut Euangeliſta intelligit) Chriſtus eſt: unde nunc colli- d
gitur non poſſe Seraphim Chriſtum intelligi, cum Chriſtus ſit ipſe qui ſedeat. Et licet in
Actis apoſtolorũ aduerſus Iudæos inter ſe diſsidẽtes, Paulus dicat: Bene ſpiritus ſanctus
locutus eſt per Eſaiã prophetã ad patres noſtros, dicẽs: Vade ad populum iſtum, & dic:
Aure audietis, & nõ intelligetis: & uidentes uidebitis, & nõ perſpicietis. Incraſſatũ eſt em
cor populi huius, & auribus ſuis grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt: ne quan
do uideant oculis, & auribus audiãt, & corde intelligant, & conuertant ad me, & ſanem
illos: mihi tamẽ perſonæ diuerſitas non facit quæſtionẽ, cum ſciam & Chriſtum & ſpiri-
tum ſanctum unius eſſe ſubſtantiæ: nec alia ſpiritus uerba eſſe, q̃ filij: nec aliud filiũ iuſ-
ſiſſe, q̃ ſpiritum. Sequitur: Et plena erat domus maieſtate eius. Domus dei quæ ſurſum
eſt, gloria plena conſpicit: hæc uero quæ deorſum eſt, neſcio an plena ſit gloria: niſi for
tè ſecundum ſenſum Pſalmiſtæ dicẽtis: Domini eſt terra & plenitudo eius: nos quoq; di
camus eos eſſe in terra plenos gloria, qui poſsint dicere: nos omnes ex plenitudine eius
accepimus. Iſtam domũ ſapiẽtes mulieres ædificãt, & inſipiẽtes diſsipãt manibus. De iſta
& Eſaias loquit: Et erit in nouiſsimis diebus præparatus mõs domus domini in ſummis
montibus, & eleuabit ſuper colles. Hæc eſt domus, de qua & alibi ſupradictus Paulus ſa
crata uoce teſtat: Et Moyſes quidem fidelis in tota domo eius, quaſi famulus in teſtimo-
nium eorũ, quæ dicenda erant. Chriſtus autẽ ut filius ſuper domũ eius, cuius domus ſu-
mus nos: ſi tamen principiũ ſubſtantiæ eius uſq; ad finem firmũ teneamus. De hac & ad
Timotheum loquitur: Hæc autẽ ſcribo, ut ſcias quemadmodũ oporteat te conuerſari in
domo dei, quæ eſt eccleſia. Sequitur: Et Seraphim ſtabant in circuitu eius, ſex alæ uni,
& ſex alæ alteri: & duabus quidem uelabant faciem, & duabus uelabant pedes, & duabus
uolabant, & clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus domi-
nus deus ſabaoth, plena eſt uniuerſa terra gloria eius. Volumus ſcire quæ ſint Seraphim
ſtantia in circumitu dei: quæ ſex alæ unius, & ſimul iunctæ duodecim: quomodo dua-

bus

A bus uelent faciẽ, & duabus pedes, & duabus uolẽt, cum ſuperius in circumitu dei ſtare
dicantur, aut quomodo ſtent in circumitu, cum duo ſint, & alibi uolent: quid ſit illud
quod alter ad alterum clamitent, & ter ſanctũ nomẽ ingeminẽt: uel quomodo ſuperius
domus plena gloria, & nũc terra eſſe dicatur. Quæ cum non minimum puluerẽ moue-
ant, & prima ſtatim fronte difficultatẽ interpretationis obijciant, in cõmune dominum
deprecemur: ut mihi quoq; de altari carbo mittatur, ut omni peccatorum ſorde deterſa,
primum poſsim dei ſacramenta conſpicere, dehinc enarrare quæ uidero. Seraphim ſi-
cut in interpretatione nominũ Hebræorum inuenimus, ardor aut incendiũ, aut princi-
pium oris eorũ, interpretantur. Quærimus quid ſit hoc incendiũ? Saluator ait: Ignẽ ue-
ni mittere in terram, & q̃ uolo ut ardeat. Duobus diſcipulis, quibus in itinere dominus
ſcripturas aperuerat, à Moyſe & omnib. prophetis incipiens, poſtquã reſerati ſunt ocu-
li eorum, cognoſcẽtes eum, dixerũt ad alterutrũ: Nõne cor noſtrum ardens erat in no-
bis, dum loqueret in uia, & aperiret nobis ſcripturas? Et in Deuteronomio, deus ipſe i-
gnis ſcribitur eſſe cõſumens: & in Ezechiele quoq;, à renibus uſq; ad pedes uidetur eſ-
ſe igneus: & eloquia domini eloquia caſta, argẽtum igne examinatũ, probatũ terræ, pur
gatum ſeptuplum. Et multa alia quæ ſi de omnibus ſcripturis uoluero replicare, perlon
gum eſt. Ergo quærimus ubi ſit hoc incendiũ ſalutare: nulli dubiũ quin in ſacris uolu-
minibus, ex quorũ lectione uniuerſa hominũ uitia purgãtur. De eo uero quod ſequit:
principiũ oris eorũ, quomodo poſsit ad ſcripturas referri: uereor ne ſi dicere cœperi-
mus, nõ tam interpretari, q̃ uim ſcripturis inferre uideamur. Initiũ oris & cõmunis elo
quij, & hoc omne quod loquimur Hebræam linguam, qua uetus teſtamẽtum ſcriptum
eſt, uniuerſa antiquitas tradidit. Poſtquã uero in fabricatiõe turris per offenſam dei, lin
guarum diuerſitas attributa eſt, tunc ſermonis uarietas in omnes diſperſa eſt nationes.
Igitur & incẽdium & initiũ oris, in duobus animaduertitur teſtamẽtis: quæ circa deum
ſtare, nõ mirum eſt, cum per ea dominus ipſe diſcatur. Sex alæ uni, & ſex alæ alteri: Vi-
B ctorinus noſter duodecim apoſtolos interpretatus eſt. Nos poſſumus & duodecim lapi
des altaris, quos ferrũ nõ tetigit, & duodecim gemmas, ex quibus ſacerdotis diadema
conſtructum eſt accipere, quos & Ezechiel memorat, & Apocalypſis nõ tacet: quorũ
quid uerũ ſit, deus uiderit: quid ueriſimile, in ſequẽtibus exponemus. Sequit: Et dua-
bus quidẽ uelabãt faciem, & duabus uelabãt pedes, & duabus uolabant. Velabant faciẽ
nõ ſuam, ſed dei. Quis em eius poteſt ſcire principium, qui antequã iſtum cõderet mun
dum, interim fuerit in æternitate, quando thronos, dominationes, poteſtates, angelos,
totumq; miniſteriũ cœleſte cõdiderit? Sequit: Et duabus uelabant pedes, non ſuos, ſed
dei. Extrema quippe eius ſcire quis poteſt? quid poſt cõſummationem ſeculi ſit futurũ,
quid poſtquam genus hominum fuerit iudicatum, quæ ſequatur uita? an rurſum alia ſit
futura terra: & poſt trãſitionem, alia rurſum elemẽta, uel alius mũdus ſolq; cõdendus
ſit? Priora annũciate mihi, & nouiſsima quæ futura ſunt, & dicam quia dij eſtis, ait Eſa-
ias, ſignificãs neminem poſſe, quid ante mũdum fuerit, & quid poſt mundum futurum
ſit, enarrare. Et duabus uolabãt. Media tantum cognoſcimus, quæ ex ſcripturarum no-
bis lectiõe pandũtur: quãdo mundus factus ſit, quãdo plaſmatus homo, quãdo diluuiũ,
quãdo lex data ſit: ut ex uno homine uniuerſa terrarum ſpatia completa ſint: & in ex-
tremo tempore, dei filius pro noſtra ſalute ſumpſerit carnem. Cætera uero quæ dixi-
mus, iſta duo Seraphim in facie pedibusq; texerunt. Et clamabant alter ad alterum. Pul
chre poſitum eſt, alter ad alterum: quicquid em in ueteri legimus teſtamẽto, hoc idem
in euãgelio reperimus: & quod in euãgelio fuerit lectitatum, hoc ex ueteris teſtamẽti au
toritate deducit: nihil in eis diſſonũ, nihil diuerſum eſt. Et dicebãt: Sanctus, ſanctus,
ſanctus dominus deus ſabaoth. In ambobus teſtamẽtis trinitas prædicatur. Quod autẽ
ſabaoth & ſaluator noſter eſſe dicatur, accipe exemplũ in uiceſimotertio pſalmo: Virtu
tes quæ domino miniſtrabant, ad cœleſtes alias fortitudines proclamabant, ut pan-
dant ianuam domino reuertẽti: Tollite portas principes ueſtras: ſiue ut Aquila interpre

tatur

tatur,attollite portæ capita ueſtra,& introibit rex gloriæ.Rurſum illæ quẽ indutũ carne c
conſpiciunt,nouo myſterio ſtupefactæ interrogant:Quis eſt iſte rex gloriæ? accipiũtq;
reſponſum:dominus uirtutũ ipſe eſt rex gloriæ. Quod in Hebræo ſcribitur, dñs ſaba-
oth.Sciendũq; quia ubicunq; Septuaginta interpretes, dominũ uirtutũ & dominũ om
nipotentem expreſſerũt,in Hebræo ſit poſitũ, dominus ſabaoth, quod interpretat̃ A-
quila,dominus militiarũ.Dominus quoq; ipſe hic quatuor literarũ eſt,quod proprie in 2
deo ponitur,iod he ו iod he id eſt,duabus ia,quæ duplicata ineffabile illud & glo-
rioſum dei nomen efficiunt.Plena eſt uniuerſa terra gloria eius.Hoc adhuc à Seraphim
dicitur de aduentu domini ſaluatoris,quomodo in omnẽ terram prædicatio illius por-
rigatur:& apoſtolorũ ſonus,mũdi limites penetret.Sequit̃:Et eleuatũ eſt ſuperliminare
à uoce qua clamabant.Legimus in ueteri teſtamẽto,quod ſemper dñs Moyſi & Aaron
ad oſtium tabernaculi ſit loquutus,quaſi ante euangeliũ necdũ eos in ſancta ſanctorũ
introduxerit:ſicut dei eccleſia poſtea introducta eſt,dicens: Introduxit me rex in cubi-
culum ſuũ.Quando ergo dñs noſter deſcendit ad terras,ſuperliminare illud, id eſt,qua
ſi quoddam obſtaculũ intrare cupientibus,ſublatũ eſt, & uniuerſus hic mundus fumo
impletus eſt,id eſt,gloria dei.Vbi aũt in Latino eleuatũ legimus, in Græco ſublatũ po-
nitur. Sed quia uerbi ambiguitas utroq; modo interpretari poteſt, noſtri eleuatum,
interpretati ſunt pro ablato.Et domus impleta eſt fumo.Deus, ut ſupra diximus, ignis
eſt:hic cum in Sina mõte deſcendiſſet ad Moyſen, ad aduentũ eius uidebant̃ lampades
diſcurrentes,& plenus omnis mons fumo.Vnde in pſalmis dicitur: Qui tangit montes
& fumigant.Ex igne ergo,quoniam totam ſubſtantiam capere non poſſumus, leuior
quædam in uniuerſum mundũ,& (ut ita dicam) rarior fumi natura diſpergitur, quam
nos capiẽtes,dicamus:Ex parte cognoſcimus,& ex parte prophetamus.Et: Nunc uide-
mus per ſpeculũ in ænigmate.Et Seraphim ſtabant in circumitu eius, ſex alæ alæ uni,&
ſex alæ alteri.Quidam Græcorũ in ſcripturis apprime eruditus,Seraphim uirtutes quaſ-
dam in cœlis eſſe expoſuit,quæ ante tribunal dñi aſſiſtentes laudent eum, & in diuerſa D
miniſteria mittantur,maximeq; ad eos qui purgatione indigent, & ob priſtina pecca-
ta,aliqua ex parte ſupplicijs purgari merentur. Quod autem ſublatum eſt, inquit, ſu-
perliminare,& domus impleta eſt fumo,ſignum eſt templi Iudaici deſtruendi,& incen
dendæ uniuerſæ Hieruſalẽ,quam uidemus nunc deſtructam.Nõnulli uero in ſuperio-
ribus conſentientes,in extrema parte diſſentiunt.Nam ſuperliminare ſublatum illo tem
pore prædicant,quando uelũ templi ſciſſum eſt,& uniuerſa domus Iſrael, erroris nube
confuſa: quando Ioſephus refert ſacerdotes er adytis templi, uirtutũ cœleſtium audiſſe
uocem,tranſeamus ex his ſedibus.Eſt uir quidam à quo ego plura didiciſſe me gaudeo, 3
& qui Hebræum ſermonẽ ita elimarit,ut inter ſcribas eorũ Chaldæus exiſtimetur. Is lon
ge alia uia ingreſſus eſt: Ait enim nullum prophetarũ extra Eſaiam uidiſſe Seraphim cir
ca deum ſtantia, & ne ipſa quidem Seraphim alibi lectitari. Dehinc conſummationis &
captiuitatis Hieruſalem, quæ ſub Nabuchodonoſor facta eſt, ſignũ eſſe præmiſſum.Ab
Ozia quippe ſub quo orſus eſt prophetare, uſq; ad Sedechiam qui extremus regnauit,
& qui cæcus in Babylonem ductus eſt,fuiſſe reges undecim,& duodecimũ Godoliam:
quem cõſtituerat rex Babylonis ſuper terrã, quem interfecit Iſmael filius Nathanael in-
ter medias epulas reliquiarum,patriæ parricida:& has eſſe duodecim alas, è quibus qua
tuor faciẽ ſuam uelent,ſicut in nõnullis exẽplaribus inuenitur,quatuor uolent,quatuor
pedes cõtegant.Ex his quippe duodecim regibus tantum quatuor iuſtos fuiſſe,Oziam,
Ioathan,Ezechiam & Ioſiam, qui ſublimes per ſingulas captiuitates audeant glorificare
deum:Sanctus,ſanctus,ſanctus dominus deus ſabaoth. Reliquos uero propter peccata
ſua uelare faciem:& alios qui in captiuitatẽ ducti ſunt,pedum uelare ueſtigia.Superlimi
nare uero ſublatum,& domum impletam fumo,ſicut ſupra diximus,euerſionẽ Hieruſa
lem & incendiũ templi expoſuit.Et quia ſemel eius cœpi referre ſententiã, etiam ea quæ
necdum à me ſunt tacta,cõtingamus. Forcipem de qua altaris carbo cõprehenſus eſt &

labia

A labia purgata,propriam Eſaiæ aſſeruit paſsionem, qui ſub Manaſſe interfectus eſt rege:
& tunc uere purgatis labijs dixit ad dominum:Ecce ego,mitte me,& dixi: O miſer ego;
quoniam compunctus ſum.Donec Oſias uiuit,non intelligis ò Eſaia te eſſe miſerũ, nõ
compungeris,non moueris:ſed quando ille mortuus eſt,tunc animaduertis,non mun-
da habere te labia,tunc indignum cognoſcis te eſſe uiſione dei. Vtinam autẽ & ego com
pungar,& poſt compunctionẽ,dei uiſione dignus efficiar:cum ſim homo, & nõ munda labia habeam,& in medio quoq; populi immunda labia habẽtis habitẽ. Eſaias ut iu-
ſtus tantũ in ſermone peccauerat:ideo ſola labia habebat immunda, nõ cõſcientiam.E-
go uero quia & oculis uideo ad cõcupiſcẽdum,& manu ſcandalizor & pede, & omniũ
membrorũ parte delinquo,habeo omnia immũda:& quia ſemel ſpiritu baptizatus,rur
ſum tunicam pollui;ſecundi baptiſmatis purgatione,id eſt ignis,indigeo. Non ſunt, ut
quidam putant,in ſcripturis uerba ſimplicia,plurimum in his abſconditũ eſt. Aliud li-
tera,aliud myſticus ſermo ſignificat.Ecce dominus in euangelio cingitur linteo, peluẽ
ad lauandum diſcipulorũ pedes præparat,ſerui fungitur miniſterio: eſto ut doceat hu-
militatẽ,ut nobis inuicẽ miniſtremus.nõ abnuo,nõ recuſo.Quid eſt quod Petro recu-
ſanti dicit:Niſi lauero pedes tuos,nõ habebis partẽ mecum?Et ille reſpondit: Domine,
nõ ſolum pedes, ſed & manus & caput.Aſcẽſurus ergo dominus ad cœlum,quia apoſto
li ut homines terræ inſiſtẽtes,adhuc habebant peccatorũ ſordibus pedes pollutos, uult
eos à delictis penitus liberare,ut eis poſsit prophetalis ſermo congruere:Quàm ſpecio-
ſi pedes euangelizantiũ pacẽ:& imitari ualeãt eccleſiæ uerba, dicẽtis: Laui pedes meos,
quõ inquinabo illos:ut etiam ſi quis poſt reſurrectionẽ poſtea his adhæſerit puluis, im
piam eum excutiant ciuitatẽ,in teſtimonium laboris:quod eò uſq; pro omniũ ſalute
contẽderint,facti Iudæis ut Iudæi; gentibus ut gẽtiles, ut etiam ꝓpria ueſtigia aliqua ex
parte polluerint.Igitur ut ad propoſitum reuertamur.Sicut apoſtoli purgatione indige
bant pedum:ſic Eſaias qui tantũ in ſermone peccauerat,labia habebat immũda:& quã-
tum ego arbitror,quia Oziam in tẽplum irruentẽ,non corripuerat,nec iuxta Eliæ exem
B plum libera uoce impium deſignarat,labia habebat immunda. In medio quoq; popu
li immunda labia habẽtis habitẽ.Eſaias qui compunctus eſt, & ſe miſerum conteſtatur,
purgatione dignus efficitur.Populus uero nõ ſolum non agẽs pœnitẽtiam,ſed ne ſciens
quidẽ quia labia habebat immunda,purgationis remedium non meretur. Prouidẽdum
igitur ſub hoc exemplo,non ſolum ut ipſi ſimus iuſti; ſed ne cum peccatoribus more-
mur:quia hoc in peccati ac miſeriæ parte ducit propheta.Sequitur: Et regẽ dominũ ſa-
baoth ego uidi.Aiunt Iudæi Eſaiam à maioribus ſuis ideirco interẽptum:quia cũ Moy-
ſes poſteriora dei uiderit,hic dominum ſabaoth oculis carnalibus uidiſſe ſe ſcribat:ſu-
per hoc deo dicẽte:Nemo faciẽ meã uidebit & uiuet. Quos ſi interrogemus,quomodo
ſe deus in lege alijs prophetis in uiſione & ſomno dicebat oſtendi, Moyſi uero facie ad
faciẽ colloqui:& quõ ſtet illa ſententia,Nemo faciẽ meam uidebit & uiuet, cum facie ad
faciẽ ſe ad Moyſen locutum eſſe fateatur:Reſpondebunt utiq;:iuxta poſsibilitatẽ huma
nam deum uiſum,nõ ut eſt,ſed ut uoluit ſe uideri. quibus & nos dicimus, eodẽ modo
ab Eſaia eſſe uiſum,reſtante ſumma ut Moyſes deum aut uiderit,aut non uiderit. Si ui-
dit,uidit ergo & Eſaias,qui uidiſſe ſe dicẽs,impie eſt interfectus à uobis, quia deus uide
ri poteſt.Si nõ uidit,interficite & Moyſen cum Eſaia,quia eiuſdẽ mendacij reus eſt,di-
cens ſe uidiſſe eum,qui uideri nõ poteſt. Quencũq; in expoſitione eius loci ſuper Moy
ſen habuerint intellectum,etiam nos ad Eſaiæ tẽperabimus uiſionẽ. Sequit̃: Et miſſum
eſt ad me unum de Seraphim,& in manu ſua habebat carbonẽ,quem forcipe ſumpſerat
de altari,& tetigit os meum & dixit:Ecce tetigi hoc labia tua, & abſtulit iniquitates tuas,
& peccata tua purgauit.Secundum omnes æditiones, quas ſupra expoſuimus, ſiue duo
teſtamenta intelligere uolueris, ſiue aliquas apparitrices in cœleſtibus uirtutes, ſiue in
ſignum captiuitatis futuræ umbram quandam ueritatis futuræ præfiguratam, hunc ac-
cipe Seraphim.Nos quia primam ſentẽtiam ſequimur,euãgelicum teſtamẽtum miſſum

aſſerimus

aſſerimus ad prophetã:quod habens in ſe utraq; mãdata,id eſt,& ſua & ueteris teſtamen c
ti,ignitum ſermonẽ dei,duplici præceptorũ acie cõprehendit:& tactis labijs, quicquid fuerat ignorantiæ,hoc ſiquidẽ nos labia interpretamur immũda, purgationis ſuæ pepu lit ueritate.Hanc forcipẽ Iacob in ſcala cõſpicit:hic eſt gladius bis acutus:hęc duo minu ta,quæ mulier mittit in dona dei:hic ſtater duos denarios habẽs,qui in ore piſcis repertus,pro domino & Petro redditur:hac duplici forcipe quæ unionis retinet uirtute, car bo comprehenſus mittitur ad prophetã,quem in centeſimodecimonono pſalmo(cum propheta deũ rogaret,dicẽs:Domine libera animã meam à labijs iniquis, & à lingua do loſa:& poſt interrogationẽ ſpiritus ſancti:Quid detur tibi,aut quid apponat tibi ad linguam doloſam,dictũ eſt:Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs)ſcimus prophetæ eſſe conceſſum.Vere quippe deſolatorius carbo,qui linguã purã facit à peccato,ſermo diuinus eſt:de quo & in Eſaia dicit:Habes carbones ignis, ſedebis ſup eos, hi erunt tibi in adiutorium.Sequitur:Et audiui uocẽ domini dicẽtis,quẽ mittã, & quis ibit ad populũ iſtum?Et dixi:Ecce ego,mitte me.Et ait:Vade & dic populo huic: Aure audietis,& nõ intelligetis.Interrogantis ſunt uerba domini nõ iubentis, quẽ debeat mittere,& quis iturus ſit ad populum.cui facilis ꝓpheta reſpondet: Ecce ego, mitte me. & poſt pollicitationẽ iubetur,ut dicat:Vade & dic populo huic:Aure audietis, & nõ intelligetis,& cernẽtes aſpicietis,& nõ uidebitis: & cætera quæ ipſius ꝓphetiæ ſermo contexit.Audiui ego in hoc loco nõ paruam Hebræi mei diſputationẽ, cuius pauca ponã, ut ſenſum hominis aduertas.Aiebat,de Moyſe & Eſaia,quis melius fecerit, requiram⁹. Vtrũm ne Moyſes qui cũ à deo mitteret ad populũ ait:Precor domine nõ ſum dignus: & rurſum,prouide alium quem mittas:An Eſaias:qui cũ nõ fuiſſet electus, ultro ſe obtulit,dicens:Ecce ego,mitte me.Nec ignoro,dicebat,periculoſum eſſe de ſanctorũ meritis diſputare,& aliquid uel minus uel plus differere uelle,de eo quem dominus coronauit:ſed quia ipſe dixit:Quærite & inuenietis,pulſate & aperiet uobis:etiã nos, non ut
de aliquo detrahamus,ſed ut ſcripturæ ſenſum ſcientes ad eius nos dirigamus exẽpla,de d
bemus inquirere quod poteſt facere quæſtionẽ.Qui Moyſi,inquit,aſſertor eſt,humilitatem eius prædicat ac manſuetudinẽ,quod ſe indignũ iudicãs miniſterio dei,maior effectus ſit.Eſaias uero,quia ultro ſe obtulit,incipiẽs ꝓphetare,à maledictis cœpit: Aure audietis,& nõ intelligetis &c.Ob quod inde multa mala perpeſſus,& ab omni populo pro inſano habitus,cũ iterum ei uox diuina dixiſſet,clama:ſciens quid ſuperiori facilitate ſe ipſum offerens pertuliſſet,nõ ait:Ecce ego, mitte me, ſed interrogauit quid illud eſſet quod clamare deberet,& dixit.Quid clamabo?Cui ſimile eſt illud in Hieremia: Accipe calicem meri huius de manu mea,& potionabis omnes gẽtes,ad quas ego te mittã, & bibent & uoment,& inſanient,& cadent à facie gladij,quem mittã in medio eorũ.Quod cũ audiſſet ꝓpheta,nõ renuit:nõ ſecũdum exemplũ Moyſi dixit:precor domine nõ ſum dignus,prouide aliũ quem mittas:ſed amator populi ſui,& putans quia ex potu calicis inimicæ gentes interficerent & ruerent,calicẽ meri libenter accepit, nõ intelligẽs in omnibus gentib.etiã Hieruſalem cõprehendi.Deniq; inter cæteras nationes: Et accepi,ait, calicem de manu domini,& potionaui omes gentes,ad quas miſit me dominus, & Hieruſalem & ciuitates Iuda,& reges eius & principes eius,ad ponendas eas in deſolationẽ,& in inuium & ſibilationem.Pro qua prophetia,licet in pleriſq; codicib. ordo ſit peruerſus,quid in alio loco dicat auſcultа.Seduxiſti me domine, & ſeductus ſum, tenuiſti me & poſuiſti,factus ſum in deriſum tota die, exiui in ſubſannationem. Et ecõtrario qui aſſertor eſt Eſaiæ(dicebat) illa proferet:prophetã,nõ tam ſui merito,q̃ miſericordia dei cõfiſum,poſtq̃ à Seraphim audierat,ecce tetigi hoc labia tua, & abſtulit iniquitates tuas,& peccata tua purgat:ocio noluiſſe torpere,ſed ultro in miniſteriũ dei,quaſi à peccatis liberũ,zelo ſe obtuliſſe fidei.Moyſen uero quia ſecularib.eruditus fuerat diſciplinis, & interfecto Aegyptio cõſcientia eius aliqua ex parte ſorduerat,unde & uox ad eum de rubo facta ſit,dicens:Ne acceſſeris huc,ſolue calciamenta de pedibus tuis, locus em in quo

A quo ſtas,terra ſancta eſt: & ſcierat ſibi aduerſus magos & aduerſus Pharaonem peſsimum regem futurũ eſſe certamen,ſe excuſaſſe dicentem: Precor domine non ſum dignus:pro quo in Hebræo legitur,non habeo labia circumciſa,Septuaginta interpretibus potius quæ dixi uerbum de uerbo exprimentibus. Ex quo manifeſte poſsit intelligi,Eſa iam recte poſt circunciſa labia,in dei ſe obtuliſſe miniſterium,& Moyſen adhuc incircunciſis labijs tam grande miniſteriũ recuſaſſe.Aure audietis,& non intelligetis:& cernentes aſpicietis,& non uidebitis. Totus hic locus ſicut ſaluator dicit in euangelio, ad id pertinet tempus,quo ipſe eſt dignatus deſcendere ad terras,& ſigna Iudæis non intel
4 ligentibus perpetrauit. Et quoniam uſq; ad finem capituli, explanatio multiplex ſequitur: & excipientis iam explicuimus ceras: hucuſq; dictaſſe ſufficiat: quia & oratio,quę non propriæ manus ſtilo expolitur, cum per ſe inculta eſt, tum multo moleſtior fit, ſi tædium ſui prolixitate congeminet: ut oculorum dolore cruciati, auribus tantum ſtudeamus & lingua.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Explicat myſterium Seraphim & calculi candẽtis,quam ſumpſit angelus de altari ex uiſione Eſaiæ prophetæ.

SCHOLIVM.

1 Τὸ πνεῦμα.] Id eſt,ſpiritus,à πνέω ſpiro. Quam idíoma.] ἰδίωμα,proprietas. Omni puritate leuiſſimi.] Ego hic,uel refragantibus exemplaribus,omni parte lego,pro omni puritate: leuiſſimi autem per u non per n,ut legunt complures.Eſt autem ſuperlatiuũ à leuis prima producta,quod ſignificat,id quod eſt míníme aſperum.Calculus igitur omni ex parte leuis eſt,ut elabatur, nec tene
2 ri queat. ἄνθρακ.] Anthrax Græce carbo eſt, ἀνθρακιον, carbunculus. Quas ludaí Δευτρώσεις.] Id eſt,ſecundarias traditiones,quemadmodum alibi oſtendimus,& δευτροῦν ſecundare,hoc eſt eiuſmodi ſecundaria tradere.

HIERONYMVS AD DAMASVM PAPAM.

B Septuaginta: Et miſſum eſt ad me unum de Seraphim, Aquila & Theodotion,& uolauit ad me unũ de Seraphim. Quotidie ad nos mittit Seraphim, quotidie ingemiſcentium atq; dicentium:O miſer ego, quoniam compunctus ſum,ora purgantur:& cum à peccatis fuerint liberati,præparant ſe miniſterio dei.Quod autẽ cæteri interpretes pro,miſſum eſſe,uolare dixerint: intellige uelocem diuini ſermonis aduentũ ſuper eos,qui digni ſocietate illius iudicantur.In genere quoq; diuerſitas eſt.Septuaginta,Aquila, & Theodotion, Seraphim neutro genere tranſtulerunt,Symmachus maſculino.Nec putandum ſexum eſſe in uirtutibus dei, cũ etiam ipſe ſpiritus ſanctus ſecundũ proprietates linguæ Hebrææ, fœminino genere proferatur Ruha רוח Græce neutro τὸ πνεῦμα, Latine maſculino, ſpiritus. Ex quo intelligendum eſt,quando de ſuperioribus diſputat, & maſculinũ aliquid ſeu fœmininũ ponitur,nõ tam ſexum ſignificari, q̃ idioma ſonare linguæ. Siquidem ipſe deus inuiſibilis & incorruptibilis,omnibus penè linguis profertur genere maſculino:cũ in eum non cadat ſexus. Illorum quoq;,pius licet, attamen coarguendus error, qui in orationibus & oblationibus ſuis audent dicere:Qui ſedet ſuper Cherubim,& Seraphim.Nam & ſuper Cherubim ſedere deum,ſcriptum eſt,ut ibi:Qui ſedes ſuper Cherubim, oſtendere. Super Seraphim uero ſedere deum,nulla ſcriptura cõmemorat, & ne ipſa quidem Seraphim,circa deum ſtantia,excepto præſenti loco,in ſcripturis ſanctis omnibus inuenimus. Septuaginta:Et in manu habebat carbonem, quem forcipe acceperat de altari, & tetigit os meum. Aquila & Theodotion: Et in manu eius calculus in forcipe,quẽ acceperat de altari,& tetigit os meum.Symmachus:Et in manu eius calculus in forcipibus, quẽ ſumpſerat de altari,& detulit ad os meum.Quantum ad hiſtoriam pertinet,uidetur deus ſedere in tẽplo Hieruſalẽ,& ante eum de altari,ſecundum Septuaginta, ad Eſaiam carbo deferri:de altari uero incẽſi ſiue holocauſtorũ. Quantum autẽ ad myſticos intellectus,ille ei ignis mittitur, quẽ Hieremias ferre non poterat: qui cum animæ noſtræ arcana penetrarit, ita nos diſſoluit, ita à ueteri homine in nouum excoquit: ut in illam uocẽ poſsimus erumpere:Viuo autẽ iam nõ ego, ſed gratia dei quæ in me eſt. Forcipes

quoq; ſecundum interpretes cæteros, licet in ſacerdotali ſemper ſupellectile fuerint, di- c
uerſas gratias debemus accipere, quibus multifarie, & multis modis, olim deus patribus noſtris locutus eſt in prophetis. Quia in Hebræo pro carbone, calculus legitur, cæteris quoq; ſuper hoc conſonantibus: uidetur mihi ſermo diuinus calculi appllatione ſignari. Sicut eñ calculus genus eſt lapidis duriſsimi & rotundi & omni puritate leuiſsimi: ita ſermo dei, qui neq; hæreticorũ, neq; omniũ aduerſariorum poteſt contradictionibus cedere: calculus dicitur. De hoc calculo Sephora filium circuncidit: & Ieſus populum purgat à uitijs: & in Apocalypſi dominus pollicetur uincentibus, ut accipiant calculum & ſcribatur ſuper eum nomẽ nouum. Videntur autem mihi & Septuaginta in eo quod ἀνθρακα tranſtulerunt, idem ſenſiſſe quod cæteri. ἀνθρακ quippe quẽ nos carbunculũ interpretamur, genus eſt lapidis fulgidi atq; nitentis: quẽ etiam in duodecim lapidibus in uenimus. Siue igitur calculũ ſiue carbunculũ lapidẽ accipimus, in calculo diuini ſermonis ueritas & rigor, in carbunculo lucens doctrina & manifeſta monſtraẽ. Eloquia eñ domini, eloquia caſta, argẽtum igne probatum terræ, purgatum ſeptuplũ. Et alibi: Mandatum domini lucidum, illuminans oculos. Quod autẽ ait, in manu habebat carbonem: manum intelligamus operationẽ: ut ibi, In manu linguæ, mors & uita: & in pſalmo: Cadẽt in manu gladij. Aut certe uere manus apparuit: ut per ſimilitudinẽ humanæ formæ, dum manus cernitur porrigentis, propheta nõ timeat: iuxta quod & ipſum deũ & angelos in humanas uidimus ſe mutaſſe formas, ut metus uidentibus demeretur. Septuaginta: Et dixit, ecce tetigi hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua purgabit. Aquila: Ecce tetigit hic labia tua, & recedet iniquitas tua, & peccatum tuũ propitiabitur. Cæteri interpretes in Aquilæ uerba cõſentiunt, Primum neceſſe eſt, ut labia noſtra tangantur: deinde cum tacta fuerint, fugeẽ iniquitas: & cum iniquitas fuerit effugata, propicietur dñs: quia apud ipſum eſt propiciatio: & ſecundum Apoſtolũ: Ipſe eſt propiciatio p peccatis noſtris. Purgatis aũt peccatis noſtris, audiemus uocẽ domini dicentis: quẽ mittam? Et reſpondebimus: Ecce ego, mitte me. Septuaginta: Et audiui uocem d
domini dicentis, quẽ mittam, & quis ibit ad populũ iſtũ? Aquila, Theodotion & Symmachus: Et audiui uocẽ domini dicentis: quẽ mittam? & quis ibit nobis? De cõparatione Eſaiæ & Moyſi, quomodo alius miniſterij recuſarit, alius ultro ſe offerens dura perpeſſus ſit, in alio loco diſputabimus. Sed ne uideremur aliquid præteriſſe eorũ, quas Iudæi uocant διορθώσεις, & in quibus uniuerſam ſcientiam ponunt: nũc breuiter illud at- 2
tingimus, quare in Hebræo ſit poſitũ, & quis ibit nobis? Sicut enim in Geneſi dicit: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtram: ita & hic puto dictũ, & quis ibit nobis? Nobis aũt quibus alijs exiſtimandũ eſt, niſi patri & filio & ſpiritui ſancto, quibus uadit quicunq; eorũ obſequi uoluntati? Et in eo quidẽ quod unius loquentis perſona p-ponitur, diuinitatis eſt unitas. In eo uero quod dicitur nobis, perſonarũ diuerſitas indicatur. Legimus in canticis canticorũ uocẽ ſponſi dicentis ad ſponſam. Surge ueni proxima mea, ſponſa mea, columba mea: quia ecce hyems tranſijt, pluuia abijt ſibi. Quando enim anima in cogitatione tranquillitatẽ ſentit, quãdo ſupra petram fundata eſt, & fides eius alta radice fixa eſt: uniuerſi tentationũ fluctus, ſibi pertranſeũt, & ei non pertranſeunt, qui tentatur. Notandũ aũt quomodo ad id quod dominus dixerat, quẽ mittam, & quis ibit nobis: propheta ex parte reſponderit: Ecce ego, mitte me: & de ſequenti tacuerit, intelligens nullũ hominem dignũ eſſe, qui deo pergeret, & omne iter ſuum eius faceret eſſe qui mitteret. Quam humilitatẽ dominus aduertens, quod ſe ſecundis putaret indignũ, imperauit ſequentia, dicens: Vade. Septuaginta: Et dixit: Ecce ego ſum, mitte me. Aquila & Theodotion: Ecce adſum, mitte me. Symmachus: Ecce mitte me. Deus qui uocat ea quæ nõ ſunt quaſi ſint, & qui dixit: Ecce ſum qui ſum: Et alibi: Qui eſt, miſit me: quoſcunq; uocauerit, ſtatim facit ſubſiſtere: quod ſatis claret exẽplis in uiuente Matthæo euangeliſta, & in Lazaro quatriduano iam mortuo: qui ſtatim ut ſunt uocati à domino, & ille ſepulchrum auaritiæ reliquit, & ille ſuæ mortis. Quoniam omnia quę

abſq;

A abſq; eo ſunt, nõ ſunt. Vnde propheta purgatus à uitijs auſus eſt dicere: Ecce ego ſum: licet in Latinis codicibus propter interpretum uarietatem, ſum, nõ ſit appoſitum. Quidam obſeruandum putant, ad quos prophetas mittentis, aut miſsi ſermo dicatur, quod eſt Græce apoſtolus. Et hanc eſſe differentiam uolunt, ut quicunq; mittantur, & prophetæ ſint pariter & apoſtoli: ad quos uero mittentis ſermo non ponitur, tantum prophetæ ſint, quod ego ſuperfluum puto. Et quia ſemel ad tractatum iſtius uocabuli uenimus, ſciendum, Silam collegam Pauli lingua Hebræa apoſtolum dici: qui cum eo non nullas epiſtolas ſcribit. Et uitioſe Syluanus legitur pro Sila: cum Syluanum in apoſtolorum actis non legamus.

DAMASVS HIERONYMO

COmmentaria cum legerem Græco Latinoq; ſermone in euangeliorũ interpretatione, à noſtris, id eſt, orthodoxis uiris olim ac nuper ſcripta, de eo qđ legitur, oſanna filio Dauid: nõ ſolum diuerſa, ſed etiã contraria ſibimet proferunt. Dilectionis tuæ eſt, ut ardẽti illo ſtrenuitatis ingenio, abciſis opinionibus, ambiguitatibuſq; ſcrupuloſis, quid ſe habeat apud Hebræos uiuo ſenſũ ſcribas, ut de hoc ſicut de multis, tibi curæ noſtræ in Chriſto Ieſu gratias referant.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Quoniam uocem Hebraicam, Oſanna Euangeliſtæ reliquerunt, & celebres alioqui ſcriptores uehementer cæcutierunt ob linguarum imperitiam, Hieronymus à Damaſo Romano põtifice conſultus ſuper hac re, explicat.

HIERONYMVS DAMASO PAPAE.

MVlti ſuper hoc ſermone diuerſa finxerunt, è quibus noſter Hilarius in cõmen
1 tarijs Matthæi, ita poſuit: Oſanna Hebraico ſermone ſignificat redẽptio domus Dauid. Primum redemptio lingua Hebræa פרות pheduth interpretatur. Deinde domus beth בית Dauid uero in hoc loco non eſſe nomen inſertum, omnibus
B patet. Alij opinati ſunt Oſanna gloriam dici. Porrò gloria cabod כבוד appellatur. Nonnulli gratiam, cum gratia תודה thoda, ſiue hanna חנא nuncupetur. Reſtat ergo ut omiſſis opinionũ riuulis, ad ipſum fontẽ: unde ab euangeliſtis ſumptũ eſt, recurramus. Nam quomodo illud neq; in Græcis, neq; in Latinis codicibus poſſumus inuenire, ut com-
2 pleretur id quod dictũ eſt per prophetas: Quoniam Nazareus uocabit: Et illud: Ex Aegypto uocaui filiũ meũ: ita & nũc ex Hebræis codicibus ueritas exprimenda eſt: unde in hanc uocẽ uulgus & maxime cõſona inter ſe paruulorũ turba, proruperit, dicẽte Matthæo: Turbæ aũt quæ præcedebant, & quæ ſequebanť, clamabant dicẽtes: Oſanna filio Dauid: benedictus qui uenit in nomine domini, oſanna in excelſis. Marcus uero ita poſuit: Clamabant dicentes, oſanna, benedictus qui uenit in nomine domini: benedictum quod uenit in nomine domini regnum patris noſtri Dauid, oſanna in excelſis. Ioannes quoq; pari uoce cõſentit: Et clamabãt, oſanna, benedictus qui uenit in nomine domini rex Iſrael. Solus Lucas uerbũ oſanna nõ poſuit: in reliqua interpretationis parte conſen
3 tiens. Benedictus qui uenit rex in nomine dñi, pax in cœlo, & gloria in excelſis. Igitur ut diximus, ipſa Hebræa uerba ponẽda ſunt, & omnium interpretũ opinio digerenda, quo facilius quid ſuper hoc ſentiendũ ſit, ex retractatione cunctorũ ipſe ſibi lector quid ſequatur inueniat. In centeſimo decimoſeptimo pſalmo, ubi nos legimus: O domine ſaluũ me fac, ô domine bene proſperare: Benedictus qui uenit in nomine dñi: In Hebræo legitur, Anna adonai oſianna, anna adonai hazelihanna: baruch habba baſem adonai אָנָּא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָּא אָנָּא יְהוָה הַצְלִיחָה נָּא׃ בָּרוּךְ הַבָּא בְּשֵׁם יְהוָה Quod Aquila, Symmachus, Theodotiõ, & Quinta editio, ne qđ in Latino mutare uideamur, ita exprimũt: ὦ κύ-
4 ριε σῶσον δή, ὦ κύριε εὐόδωσον δή, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. Sola ſexta editio cũ interpretib. ſeptuaginta, ita cõgruit: ut ubi cæteri poſuerũt ὦδὴ, illi ſcripſerint ὦ. Et quia oſianna, quod nos corrupte propter ignorantiã dicimus oſanna, ſaluifica, ſiue ſaluũ fac

exprimatur

exprimatur, omnium interpretatione signatū est. Nunc illud in cura est, quid sine adie- c
ctione saluandi, solus anna sermo significet. Sciendumq;, quod in hoc loco ter dicatur anna, & primū quidem ac secundū hic eisdem literis scribitur, aleph, nun, he. Tertium uero, heth, nun, he. Symmachus igit qui in centesimo decimo septimo psalmo cum omnium interpretatione consenserat, ut nobis manifestiorē tribueret intellectū, in centesimo decimoquarto psalmo, ubi dicitur: O domine libera animā meam: ita interpretatus est: obsecro domine libera animā meam. Vbi aūt Septuaginta ὦ, & ille obsecro transtulit, Aquila & cæteris editionibus ὡσὰν interpretātibus, in Hebræo scribitur anna. Verum ita ut in principio aleph habeat, non heth. Ex quo animaduertimus, si ex aleph scribatur anna, significari obsecro. Si aūt ex heth, esse coniunctionē, siue interiectionē: quæ apud Græcos ponitur ἀληλιασικῶς. Cuius interpretationem latinus sermo non exprimit. Sed 5
quoniam hæ minutiæ & istiusmodi disputationis arcanū propter barbariem linguę pariter ac literarū, legenti molestiam tribuunt, ad explanandi compendiū uenio: ut dicam de centesimo decimoseptimo psalmo, qui manifeste de Christo prophetat, & in synagogis Iudæorū creberrime legebatur, unde & populis notior erat, hos uersus esse assumptos, quod ille qui repromittebat de genere Dauid, uenerit saluaturus Israel, dicente Dauid: Lapidem quem reprobauerūt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino 6
factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris. Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. O domine saluum me fac, ô domine bene prosperare: benedictus qui uenit in nomine domini. Benediximus uobis de domo domini, deus dominus & illuxit nobis. Vnde & euangelistarū scriptura cōmemorat pharisæos & scribas super hoc indignatione cōmotos, quòd uiderent populum psalmi prophetiā super Christo intelligere completā, & clamātes pueros, osanna filio Dauid, dixisse ei: Audis quid isti loquuntur? Et Iesum respondisse: Nunquā legistis, quia ex ore infantium & lactentiū perfecisti laudem: centesimum decimumseptimū psalmum, octaui psalmi assertione firmantē. Et de eo quidem quod facile exprimi poterat: Benedictus qui uenit in nomine domini, om- D
nium euangelistarū scriptura consentit. De uerbo aūt osianna, quia in Græcum non poterant transferre sermonē: sicut in alleluia & in amen, & in plerisq; factum uidemus, ipsum Hebræū posuerunt dicentes osianna. Lucas igit qui inter omnes euangelistas Græci sermonis eruditissimus fuit, quippe medicus, & qui euangeliū Græcis scripserit, quia se uidit proprietatē sermonis transferre non posse, melius arbitratus est tacere, quàm id ponere quod legenti faceret quęstionē. Ad summā, sicuti nos in lingua Latina habemus interiectiones quasdam, ut insultando dicamus, uah, & in admirando, papæ, & in dolendo, heu: & quando silentiū uolumus imperare, strictis dentibus spiritū coartamus & cogimus, insonando scilicet sibilum: ita & Hebræi inter reliquas proprietates linguæ suæ habent interiectionē, ut quando uolunt dominū deprecari, ponant uerbū petentis affectu, & dicant: Anna domine, quod Septuaginta dixerunt, ὦ domine. Hosiath, ergo salui fica interpretat. Anna interiectio deprecantis est. Si ex duobus his uelis compositū uerbum facere, dices, hosianna, siue (ut nos loquimur) osanna, media uocali litera elisa: sicuti facere solemus in uersibus Vergilij, quando pro, Méne incœpto desistere uictam: scandimus, Men incœpto. Aleph nanq; litera prima uerbi sequentis, extremā uerbi prioris iod inueniens, exclusit. Quapropter ut ad quæstionis originē reuertamur: ubi nos legimus in Latino, O domine saluum me fac, ò domine bene cōplace: benedictus qui uenit in nomine domini, iuxta Hebræū sensum legere possumus, obsecro domine saluum fac, obsecro domine prosperare. Benedictus qui uenit in nomine domini. Saluū autem fac dicitur, ut subaudiamus populū tuum Israel, siue generaliter mundum. Deniq; Matthæus qui euangeliū Hebræo sermone conscripsit, ita posuit הוֹשִׁיעָה נָּא בְּרָמָה osanna berama, id est, osanna in excelsis, quod saluatore nascente, salus in cœlum usq;, id est, etiam ad excelsa peruenerit, pace facta, nō solum in terra, sed & in cœlo: ut iam dici aliquando cessaret: Inebriatus est gladius meus in cœlo. Hæc interim iuxta mediocritatē sensus mei

A mei breuiter strictimq; dictaui. Cæterū sciat beatitudo tua in istiusmodi disputationibus molestiā in legēdo non debere subrepere: quia facile & nos potuimus aliquid ementiri, quod ex una uoce solueret quæstionem, sicut & cæteros fecisse monstrauimus: sed magis condecet, ob ueritatē laborare paulisper, & peregrino aurem accommodare sermoni, quàm de aliena lingua fictam falsamue referre sententiam.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

1 PRimum redemptio.] Palàm reiecit interpretamētum Hilarij, uiri alioquin & eloquētis & eruditi, Græci pariter ac Latini sermonis gnari. Verum quoniā Hebraice prorsus nesciebat, apparet ab Hebræo quopiam irrisum fuisse, qui scisciranti, quid significaret hæc uox Osanna, respōderit redemptio domus Dauid, cum nihil huiusmodi sonet apud Hebræos, quibus redemptio dicitur, pheduth פרוּת & beth, בית domus. Porro cum Dauid nomē proprium sit, quod in aliena quoq; lingua maneat, palàm est in hac dictione Osanna, nusquam esse Dauid. Errat hic cōsimili errore D. Ambrosius. Neq; multo tolerabilius lapsi sunt, qui dixerunt, Osanna significare gloriam, cum Hebræi gloriā appellent, cabod כָּבוֹד Rursum qui putarunt significare gratiā, cum ea dicatur thoda תּוֹדָה siue חַנָּה hanna. Vnde negat operæprecium referre, quid quisq; super hac re senserit. At theologi nōnulli qui de filiationib. disputāt, nihil ad rem existimant pertinere, uocē quā in euāgelio Christi legimus, & toties canimus in tēplis, intelligere quid sibi uelit, perin de quasi grāmaticum sit hoc & humile, parumq; dignū theologo. At nō puduit tantū pōtificem hoc ab Hieronymo discere. Quanq; scriptura, quam hodie uidemus in libris Hebræorū, nōnihil uariat ab his quæ D. Hieronymus tradit de uerbis osianna. In his enim hisce literis scribūtur נא הוֹשִׁיעָה Quoniam Nazareus uocabitur.] Ita Matthæus capite secundo: Vt adimpleret quod dictū est per
2 prophetas, quoniā Nazareus uocabitur. Hieron. negat id usquam in certo reperiri loco, nisi quod Nazareus apud Hebræos significat sanctū, & passim in diuinis literis Christus prædicat sanctus. nisi quis malit ad Esaiam referre qui scripsit: Exiet uirga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius ascendet. Sic em̄ quidam interpretati sunt, ut admonet Hieronymus, unde cimū huius prophetæ ca-
3 put enarrans. Ex Ægypto uocaui filiū.] De quo mox docebit. Pax in terra.] Sic plerisq; codices habebāt, sed uetustissimi habent, pax in cœlo, cōsentientes cum Græcis, εἰρήνη ἐν οὐρανῷ. In Hebræo legit.] Nempe in psalmo cētesimo decimoseptimo, cuius initiū: Cōfitemini domino quo
B niam bonus, qui uocē cōtinet ecclesiæ Christū magnificantis pro redemptione fideliū. Porrò Hebræa sic habent: אָנָּא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָּא אָנָּא יְהוָה הַצְלִיחָה נָּא׃ בָּרוּךְ הַבָּא בְּשֵׁם יְהוָה quæ quidem Latine propemodum ita sonant: Obsecro domine, salua obsecro domine, prosperare obsecro, Benedictus qui uenit in nomine domini. O domine saluū me fac.] Græca sic habent in æditione uulgata apud Græcos, quam opinor Septuaginta, ὦ κύριε σῶσον δή, ὦ κύριε εὐόδωσον δή, εὐλογη μένος ὁ ἐρχόμενος, ἐν ὀνόματι κυρίου, id est, ô domine serua iam, ô domine prospera iam. Benedictus ueniens in nomine domini. Sic enim ad uerbum uertimus. Nostri interpretes omiserunt δή, tanquā coniunctionem expletiuam, tamen habet urgens quiddam apud Græcos, quasi Latine dicas, tandem aut deniq;. Porrò εὐόδωσον, compositum est à prosperitate uiæ. Nam ὁδὸς uia, εὖ bene inde εὐοδέω: unde & Latini prosperitatem successum uocant, & procedere prospere agere. Item in primo psalmo. Et quæcunq; faciet prosperabuntur, uerbum est εὐοδωθήσονται, id est, prosperum iter habe-
4 bunt. Vt ubi cæteri posuerunt ὦδὴ.] Alij codices habent ὠὰὶ, quæ uidetur exultantis interie-
5 ctio. Quæ apud Græcos ponitur.] Hic locus in omnibus exemplaribus ita deprauatus est, ut nō possim liquido conijcere. Quanquam ex elementorum uestigijs ita legendum arbitror. Ῥιάσεως ὡς ὦαε, id est, deprecationis, ut ὦαε, quæ uox apud Græcos aliquando est obsecrantis, præsertim apud poetas. Verum hanc coniecturam meam protinus reijciat, qui probabilius aliquid inuenerit. Quidam asscripserat post uerbum, ponitur χετλιασικῶς, magis suam, ut opinor, coniecturam, cū
6 exemplaria secutus. A domino factum est hoc.] Animaduerte manifestam huius loci deprauationem. Nam & Græca psalmorū æditio sic habet, & antiqua Hieronymi exemplaria cōsentiunt. A domino factus est hic, ut subaudias angulū, οὗτος ἐγένηθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, ᾧ ἐστὶ θαυμαστή, id est, hic factus est in caput anguli. A domino factus est hic, & est mirabilis in oculis nostris. Nec pronomē αὕτη referri potest ad lapidem, cum lapis sit masculini generis, angulus fœminini generis, cuius & αὕτη. Nisi forte iuxta proprietatē sermonis Hebraici fœmininū genus
7 positum est uice neutri. Deniq; Matthæus.] Ex hoc loco colligitur argumentum, Matthæum Hebraice scripsisse suum euangelium: ex quo & Hieronymus ipsa Hebraica ponit. Quanquam mirum est hoc euangelium nō extare. Magis autem mirum, quod eius testimonium non adducat & aliàs, quum res efflagitat & illius autoritatem.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Exponit Parabolam euangelicam de filio prodigo & filio frugi. Est alter libellus eiusdem argumenti, sed falso inscriptus Hieronymo, eum reperies in suo tomo.

SCHOLIA C

Καὶ βιὸν αὐτοῖς τὸν βίον.] Id est, diuisit illis substantiam, siue uictum, siue uitam. Nam βίος hæc 1
omnia significat. Fames autem.] Hic quoq; locus in omnibus est deprauatus, quem non absq; 2
labore, multa collatione restitui. Legendum est autem ad hunc modum, Fames autem μετὰ ἐκτάσεως ἰσχυρᾶς, id est, fames cum intentione ualida. Sentit autem Hieronymus, nõ simpliciter dictũ esse famem, sed cum exaggeratione, ualidam famem, hoc enim addit Lucas ἰσχυρὰς. Vni de principibus.] Nescio an memoria lapsus sit Hieronymus, Nam Lucæ xvij. nulla est mentio de principibus, sed de ciuibus. Græce πολιτῶν. Nisi forte ciuem diuitem & administrantem rempublicã dixit principem. Nam olim opifices nec habebantur pro ciuibus, nec ad reipublicæ administrationẽ admittebantur. Ad manducandum idolotica.] Ita legitur uulgò etiam in templis, sed deprauate, cum legi debeat εἰδωλόθυτα, id est, idolis immolata. ab εἴδωλον simulacrum, & θύω sacrifico. 3

HIERONYMVS DAMASO

BEatitudinis tuæ interrogatio disputatio fuit: & sic quæsisse, quærẽdo uiam est dedisse quæsitis. Sapienter quippe interroganti, sapientia reputabit. Ais, quis est iste in euangelio pater, qui duobus filijs substantiã diuidit? Qui duo filij? Qui maior? qúiue minor? Quomodo minor acceptam substantiam, cũ meretricibus dissipat? Fame facta, à principe regionis præponitur porcis, siliquas comedit, ad patrem redit, Accipit anulum & stolam, & immolatur ei uitulus saginatus. Quis sit maior frater, & quomodo de agro ueniẽs, susceptioni fratris inuideat, & cætera quæ in euangelio plenius explicãtur. Addis insuper: Scio multos in hac lectione diuersa dixisse: & fratrem maiorem, Iudæũ: minorem existimasse gentilẽ populũ. Sed quæro, quomodo Iudaico populo possit aptari: Ecce tot annis seruiui tibi, & nunquã mandatũ tuũ præterij, & nunquam dedisti mihi hædũ, ut cum amicis meis epularer? Et illud: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua. Si autẽ, ut ais, de iusto & peccatore uoluerimus esse parabolam, iusto non poterit conuenire, ut de salute alterius & maxime fratris contristetur. Si em inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarũ, & imitantur eum qui D
sunt ex parte eius, nunquid personæ iusti tam immanis inuidia poterit coaptari, ut foris steterit, & clementissimo patri rigidus obstiterit, solusq; liuore cruciatus, læticiæ domus interesse noluerit? Itaq; sicut in cæteris parabolis, quæ nõ sunt à saluatore dissertæ, quam ob causam dictæ sint, solemus inquirere: ita & in hac facere debemus: quare dominus in istiusmodi uerba proruperit: & ob quam interrogationem, responsionis simi litudo prolata sit. Scribæ & pharisæi mussitabant, dicentes: Quare hic peccatores recipit & uescitur cũ eis? Superior quippe sermo præmiserat: Erant autẽ accedentes ad eum publicani & peccatores, uolentes audire eum. Itaq; hinc omnis inuidia, cur quos legis præcepta damnarent, eorũ confabulationẽ atq; conuiuiũ, dominus non uitaret. Et hæc Lucas. Cæterũ Matthæus ita loquit: Cum autẽ discumberet in domo: ecce multi peccatores & publicani uenientes recumbebãt cũ Iesu, & cũ discipulis eius. Quod uidentes Pharisæi, dicebant discipulis eius, quare cũ peccatoribus & publicanis manducat magister uester? Qui audiens dixit: Non necesse habent sani medico, sed male habẽtes. Euntes aũt discite quid sit, misericordiã uolo, & non sacrificiũ: non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Marcus quoq; in eadẽ uerba consentit. Igitur ut diximus omnis ex lege quæstio nascebatur. Lex quippe iusticiæ tenax, clementiã non habebat: sed quicunq; adulter, homicida, fraudator, & ut breuiter dicam mortali crimine tenebatur, nulla uenia pœnitentiæ laxabat à crimine, oculũ pro oculo, dentẽ pro dente, animam pro anima iubebant exoluere. Omnes itaq; declinauerãt, simul inutiles facti erant: nõ erat qui faceret bonũ, non erat usq; ad unũ. Vbi autẽ abundauit peccatũ, superabundauit gratia. Et misit deus filiũ suum factũ ex muliere, qui destructo medio pariete, fecit utraq; unũ, & austeritatẽ legis, euangelij gratia tẽperauit. Vnde & Paulus ad ecclesias scribens: Gratia uobis, inquit, & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo: gratia, quæ non ex merito retributa, sed ex donãte cõcessa est. Pax uero qua recõciliati deo sumus, habẽtes propiciatorem dominũ nostrũ Iesum Christũ, qui donauit nobis delicta nostra, & deleuit chirographũ mortis, qd erat cõtra nos, affigens illud cruci, & principatus & potestates

fecit

A fecit ostentui, triumphans eas in ligno. Quę autem maior potest esse clementia, quàm ut filius dei, hominis filius nasceretur? decem mensium fastidia sustineret? partus expectaret aduentum, inuolueretur pannis, subijceretur parentibus? per singulas adoleret ætates? & post contumelias uocum, alapas & flagella, crucis quoq; pro nobis fieret maledictum, ut nos à maledicto legis absolueret, patri factus obediens usq; ad mortẽ: & id opere cõpleret, quod ante ex persona mediatoris fuerat deprecatus, dicens: Pater uolo, quomodo ego & tu unum sumus, ita & isti in nobis unum sint? Ergo quia ad hoc uenerat, ut quod erat impossibile legis, quia nemo ex ea iustificabat, ineffabili mtsericordia uinceret, publicanos & peccatores ad pœnitentiã prouocabat: cõuiuium quoq; eorum expetens, ut in conuiuio docerentur: sicut manifestum esse poterit ei, qui euangelia sollicita mente perlegerit: quomodo & cibus eius & potus & deambulatio, & uniuersa quæ gesserit in corpore, salutem hominũ procurarint. Hoc uidentes scribæ & pharisæi, aduersus legem eum facere dicebãt. Ecce homo uorax & uini potator, amicus publicanorum & peccatorum. Nam ante reprehenderant quare curaret in sabbatis. Dominus ergo, ut hanc eorum accusationẽ clementi ratione superaret, treis parabolas proposuit: è quibus una est, nonaginta nouẽ ouium in montibus relictarũ & unius perditæ, quæ pastoris humeris est reducta. Alia drachmæ, quam mulier accenso lumine requisiuit, & inuenta ea, uicinas ad læticiã conuocauit, dicens: Cõgratulamini mihi, quia inueni drachmã quam perdideram. Tertia uero duorum filiorũ, de qua ut disputarem pauca iussisti. Et de oue quidem ac drachma, licet ad unum pertineant intellectũ, non est istius temporis disputatio: hoc tantum dixisse sufficiat: ob id has parabolas esse propositas, ut quomodo ibi in inuentione pecoris & drachmæ, lætitia est angelorũ & circa manentium uicinarũ: sic in publicanorũ peccatorumq; pœnitentia, omniũ debere esse lætitiam, quibus non est necessaria pœnitentia. Vnde uehementer admiror Tertullianum in eo libro, quem de pudicitia aduersum pœnitentiã scripsit, & sententiã ueterem, noua opinione dissoluit: hoc
B uoluisse sentire, quod publicani & peccatores, qui cum domino uescebãtur, ethnici fuerint, dicente scriptura: non erit uectigal pendens ex Israel: quasi uero & Matthæus non ex circumcisione fuerit publicanus: & ille qui cum pharisæo in templo orans, oculos ad cœlum non audebat erigere, nõ ex Israel fuerit publicanus: aut non Lucas memoret: Et omnis populus audiens & publicani iustificauerunt deum, baptizati baptismo Ioannis. Aut cuiquam credibile possit uideri ethnicum templum ingressum, aut dominum cum ethnicis habuisse conuiuium, cum id maxime caueret, ne legem soluere uideretur: & primum uenit ad oues perditas domus Israel: Chananeæ quoq; deprecanti pro salute filiæ responderit: Non oportet tollere panem filiorum, & dare eum canibus. Et alibi discipulis præceperit: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Ex quibus omnibus edocemur, in publicanis, non tam gentilium, quàm generaliter omnium peccatorum, id est, qui erant & de gentibus, & de Iudæis, accipi posse personas. Ille autem qui iuxta insanas & blasphemas fœminas suas id dogmatis defendebat, quo Christianos nollet recipere pœnitentes, frustra argumentatus est publicanos Iudęos non fuisse, ut in persona eorum gentilium tantum populus possit intelligi. Itaque ne longum faciam, ipsa euangelij uerba proponam: & in modum commentarij, quid mihi uideatur, ad singula quæque subnectam. Homo quidam habebat duos filios. Hominem deum dici, multis testimonijs approbatur: ut ibi: Duorum hominum testimonium uerum est. Ego de me testimonium dico, & qui me misit pater. In alia parabola pastor, in alia paterfamilias nuncupatur: in alia uineam locat, in alia inuitat ad nuptias: & diuersis similitudinibus, rem significat eandem: ut Iudæorum reprobet superbiam, & in cõmuni omnium peccatorum siue gentilium siue Israelitarum pœnitentiam probet. Quod autem ait, duos filios: omnes pene scripturæ de duorum uocatione populorum plenæ sunt sacramentis. Et dixit illi adolescentior: Pater da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Substantia dei est, omne quod uiuimus, sapimus, co-

gitamus,in uerba prorumpimus.Hæc deus æqualiter uniuerſis & in commune largitus C
eſt,euangeliſta dicente:Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientẽ in hunc
mundum. Iſte eſt dexter oculus,qui à ſcandalis obſeruandus eſt : hæc lucerna corporis:
hoc talentum quod nõ eſt in ſudario colligandum,id eſt,delicate ocioſeq; tractandum:
nec in terra defodiendũ,terrenis ſcilicet cogitationibus obſcurandum. Qui diuiſit eis
ſubſtantiam.Significantius in Græco legitur καὶ διέλων αὐτοῖς τὸν βίον,id eſt,dedit eis libe 1
rum arbitrium,dedit mentis propriæ libertatem, & ut uiueret unuſquiſq; non ex impe-
rio dei,ſed obſequio ſuo:id eſt,non ex neceſsitate,ſed ex uoluntate:ut uirtus haberet lo-
cum,ut à cæteris animantibus diſtaremus, dum ad exemplum dei, permiſſum eſt nobis
facere quod uelimus. Vnde & in peccatores æquum iudiciũ, & in ſanctos aut iuſtos iu-
ſtum præmium retribuetur.Et non poſt multos dies,collectis omnibus adoleſcentior fi
lius peregre profectus eſt in regionẽ longinquã. Si deus cœlum tenet palmo & terram
pugillo:& Hieremias dicit:Deus appropinquans,& non deus de longinquo:per Dauid
quoq;,quia nullus abſq; eo locus ſit,prædicatur:quomodo filius peregre proficiſcitur,
& à patre diſcedit? Sciendũ igitur,non locorũ ſpacijs,ſed affectu, aut eſſe nos cum deo,
aut ab eo diſcedere.Quomodo enim ad diſcipulos loquitur:Ecce ego uobiſcũ ſum om-
nibus diebus,uſq; ad conſummationẽ ſeculi : ita ad eos qui ſui iactantiam præferunt,&
eſſe cum domino non merentur,dicit:Diſcedite à me,non noui uos qui operamini ini-
quitatem. Receſsit ergo iunior filius cum uniuerſa ſubſtantia à patre,& peregre profe-
ctus eſt.Et Cain egreſſus à facie domini,habitauit in terra Naid:quod interpretatur,flu-
ctuatio. Quicunq; à deo recedit, ſtatim ſeculi fluctibus quatitur & mouẽtur pedes eius.
Nam poſtquam moti ſunt homines ab oriente,& à uero lumine receſſerunt:tunc aduer
ſus deum impietatis ſuæ ædificauere turrim:tunc dogmatum ſuperbias confixerunt,uo
lentes curioſitate non licita in ipſius cœli alta penetrare. Et uocatus eſt locus iſte Babel,
id eſt,confuſio.Et ibi diſsipauit ſubſtantiam ſuam,uiuens luxurioſe.Luxuria eſt inimica
deo,inimica uirtutibus:perdit omnem ſubſtantiã patris,& ad præſens uoluptate delini- D
ens,futuram nõ ſinit cogitare paupertatẽ. Cumq; conſumpſiſſet omnia,facta eſt fames
ualida per regionẽ illam. Acceperat à patre facultates,ut inuiſibilia eius per ea quæ erant
uiſibilia cognoſceret, & ex pulchritudine creaturarũ conſequenter intelligeret creato-
rem.Qui ueritatem in iniuſticia detinens,& pro deo idola colens,naturæ bona uniuer-
ſa conſumpſit:& conſumptis omnibus, cœpit egere uirtutibus,derelicto fonte uirtutũ.
Facta eſt fames ualida per regionẽ illam.Omnis locus quem patre incolimus abſente,fa-
mis,penuriæ & egeſtatis eſt.Fames autem μὴ ἐπιστάτως ἰσχυρός.Hæc eſt regio,de qua dici 2
tur per prophetã:Qui habitatis in regione umbræ mortis,lux fulgebit ſuper uos.At con
tra eſt alia regio,quam poſſeſſuri ſumus mundo corde atq; puro uiuẽtes, quam ſanctus
Dauid deſiderat,dicens: Credo uidere bona domini in terra uiuentiũ.Et ipſe cœpit ege
re,& abijt,& coniunxit ſe uni de principibus regionis illius.Deſerto nutricio,qui ad pri
mam uocem bona ei fuerat cuncta largitus,iunxit ſe principi huius mundi, id eſt,diabo
lo rectori tenebrarũ: Quem nunc inimicum hominem,nunc iudicem iniquitatis,nunc
draconem,nunc ſatan,nunc malleum, nunc perdicem,nunc belial, nunc rugientẽ leo-
nem,nunc leuiathan,nunc thaninim,nunc behemoth,& multis alijs uocabulis ſcriptu-
ra cognominat. Quod autem ait,uni de principibus:plures eſſe intelligendũ eſt,qui per
iſtum uolitent aerem:& diuerſorũ fraude uitiorum, genus hominũ ſuæ ſubijciant ſeru
tuti. Qui miſit illum in agrũ ſuũ,ut paſceret porcos.Porcus animal immundũ eſt,quod
cœno & ſordibus delectatur.Talis eſt dæmonum multitudo, quæ per idola manufacta,
cruore pecudũ& uictimis paſcitur:& nouiſsime ſaginatiore quadã hoſtia,ipſius homi-
nis morte ſaturatur.Miſit ergo eum in poſſeſsionẽ ſuam. id eſt,ſuum efficit eſſe famulũ,
ut paſceret porcos,immolans ei animã ſuam.Et cupiebat implere uentrem ſuum de ſili-
quis porcorum, & nemo illi dabat. Id quod in Ezechiele, cum increpatione dicitur ad
Hieruſalem:Et factum eſt in te peruerſum ultra mulieres quæ ante fornicationẽ tuam &
poſt te

A poſt te ſunt fornicatæ,in eo quod dediſti mercedes,& mercedes tibi non ſunt datę:uide
mus in filio minore completum. Subſtantiã ſuam in regione principis perdidit: & poſt
perditas facultates,miſſus ad porcos, egeſtate contabuit. Dæmonũ cibus eſt ebrietas,lu
xuria,fornicatio,& uniuerſa uitia.Hæc blanda ſunt & laſciua,& ſenſus uoluptate demul
cent:ſtatimq; ut apparuerint,ad uſum ſui prouocãt. Quibus ideo luxurioſus adoleſcens
non poterat ſaturari,quia ſemper uoluptas famẽ ſui habet,& tranſacta non ſatiat: & ſata
nas cum aliquem ſua arte deceperit,& proprium ei impoſuerit iugum,ultra ad abundan
tiam uitiorum non procurat,ſciens eſſe iam mortuũ: ſicuti multos idololatras uidemus
panis miſeria & egeſtate confectos. Hi ſunt in quibus propheticus ſermo completur:
Omnibus meretricibus dantur mercedes:tu autẽ dediſti mercedẽ omnibus amatoribus
tuis,& non accepiſti mercedes. Poſſumus aũt & aliter ſiliquas interpretari. Dæmonum
cibus eſt carmina poetarum,ſecularis ſapientiæ,rhetoricorũ pompa uerborum.Hęc ſua
omnes ſuauitate delectant: & dum aures uerſibus dulci modulatione currentibus capi-
unt,animam quoq; penetrant,& pectoris interna deuinciunt. Verum ubi cum ſummo
ſtudio fuerint ac labore perlecta,nihil aliud, niſi inanem ſonum & ſermonũ ſtrepitum,
ſuis lectoribus tribuunt:nulla ibi ſaturitas ueritatis,nulla refectio iuſticiæ reperitur. Stu
dioſi earũ in fame ueri & uirtutũ penuria perſeuerant. Huius ſapientiæ typus,& in Deu
teronomio ſub mulieris captiuæ figura deſcribitur:de qua diuina uox præcipit : ut ſi Iſ-
raelites eam habere uoluerit uxorem,caluitiũ ei faciat,ungues præſecet,& pilos auferat:
& cum munda fuerit effecta, tunc tranſeat in uictoris amplexus. Hæc ſi ſecundũ literam
intelligimus,nónne ridicula ſunt? Itaq; & nos facere ſolemus, quando philoſophos legi
mus,quando in manus noſtras libri ueniunt ſapientiæ ſecularis:ſi quid in eis utile repe-
rimus,ad noſtrũ dogma conuertimus : ſi quid uero ſuperfluum,de idolis,de amore,de
cura ſeculariũ rerum,hæc radimus,his caluitiũ inducimus, hæc in unguium morem fer
B ro acutiſsimo deſecamus. Vnde & Apoſtolus prohibet, ne in idolio quis recumbat,di-
cens:Videte autem,ne hæc licentia ueſtra offendiculũ fiat infirmis. Si enim quis uiderit
3 eum qui habet ſcientiã in idolio recumbentẽ,nónne cõſcientia eius cum ſit infirma,ædi
ficabitur ad manducandũ idolothyta, & peribit qui infirmus eſt in tua ſciẽtia frater,pro
pter quem Chriſtus mortuus eſt?Nónne tibi uidetur ſub alijs uerbis dicere:ne legas phi
loſophos,oratores,poetas,nec in eorum lectione requieſcas? Nec nobis blandiamur,ſi
in eis quæ ſcripta ſunt nõ credimus,cum aliorũ conſcientia uulneretur,& putemur pro
bare,quæ dum legimus nõ reprobamus.Alioqui quale erit,ut exiſtimemus Apoſtolum
eius qui ueſcebaẽ in idolio conſcientiã comprobaſſe : & eum dixiſſe perfectũ, quem ſci-
ret de idolothytis manducare? Abſit ut de ore Chriſtiano ſonet, Iuppiter omnipotẽs,&
me Hercule, & me Caſtor,& cætera magis portenta q̃ numina. At nũc etiam ſacerdotes
dei,omiſsis euangelijs & prophetis uidemus comœdias legere : amatoria Bucolicorum
uerſuũ uerba canere:tenere Vergiliũ:& id quod in pueris neceſsitatis eſt,crimẽ in ſe fa-
cere uoluptatis.Cauendũ igitur,ſi captiuã uelimus habere uxorẽ,ne in idolio recumba-
mus:aut ſi certe fuerimus eius amore decepti,mundemus eam, & omni ſordium errore
purgemus: ne ſcandalũ patiaẽ frater pro quo Chriſtus mortuus eſt,cum in ore Chriſtia-
ni carmina in idolorũ laudẽ cõpoſita audierit perſonare. In ſe aũt conuerſus dixit:Quan
ti mercenarij in domo patris mei abundant panibus , ego aũt hic fame pereo. Mercena-
rios ſecundũ alium intellectũ eos animaduertimus ex Iudæis, qui ob præſentia tantũ bo
na,legis præcepta cuſtodiunt.Hi iuſti ſunt & miſericordes,nõ ob ipſam iuſtitiam,& ob
ipſum miſericordiæ bonum , ſed ut à deo terrenæ felicitatis & longæ uitæ præmiũ con-
ſequantur. Qui autem iſta deſiderat, merito compellitur ad obſequium præceptorum,
ne eorum præuaricatione quæ iuſſa ſunt careat concupitis . Porro ubi metus eſt, nõ eſt
dilectio.Perfecta quippe dilectio foras mittit timorem.Nam qui diligit,non ideo impe-
rata cuſtodit,quia aut timore pœnarum,aut præmij auiditate compellitur: ſed quia hoc
ipſum quod à deo iubetur, eſt optimum . Senſus itaq; iſte eſt. Quanti ex Iudæis ob præ-
ſentia

ſentia tantum bona à dei obſequio nō recedunt, & ego egeſtate conficior. Surgens ibo c
ad patrē meum. Pulchre ait,ſurgens:patre quippe abſente,non ſteterat. Peccatorum ia-
cere,iuſtorū ſtare eſt.Ad Moyſen dicitur:Tu uero hic ſta mecum.Et in centeſimotrice-
ſimotertio pſalmo:Ecce nunc benedicite dominū omnes ſerui domini,qui ſtatis in do-
mo domini.Ad benedictionē domini ſtantes propheta in domo domini cohortatur.Et
dicam illi:Pater peccaui in cœlū & coram te,iam nō ſum dignus uocari filius tuus. Pec-
cauerat in cœlum, qui Hieruſalem cœleſtem reliquerat matrē. Peccauerat coram patre,
qui conditore deſerto fuerat ligna ueneratus. Non erat dignus uocari filius dei,qui ſer-
uus eſſe maluerat idolorū.Omnis enim qui facit peccatū,de diabolo patre natus eſt. Fac
me ſicut unū de mercenarijs tuis. Fac me,inquit,ſicut unum ex Iudæis,qui te ob præſen
tium tantū rerum promiſſa uenerantur.Recipe filium pœnitentē, qui mercennarijs tuis
peccantibus ſæpiſsime pepercisti. Et uenit uſq; ad patrē ſuum. Venimus ad patrē,quan-
do recedimus à porcorū paſtione,ſecundum illud:Statim ut conuerſus ingemueris,ſal-
uus eris. Cumq; adhuc longe eſſet,uidit eum pater eius,& miſericordia motus eſt.Ante
quam dignis operibus, & uera pœnitentia ad patrem rediret antiquū, deus apud quem
cuncta futura iam facta ſunt, & qui eſt omniū præſcius futurorū, ad eius præcurrit ad-
uentum:& per uerbū ſuum,quod carnē ſumpſit ex uirgine:reditū filij ſui iunioris anti-
cipat.Et præcurrens incubuit ſuper collum ipſius.Ante uenit ad terras,q̄ ille domū con
feſsionis intraret. Incubuit ſuper collum ipſius,id eſt corpus ſumpſit humanū. Et ſicuti
Ioānes ſuper pectus Ieſu recubuit : qui ſecretorū eius effectus eſt particeps: ita & iugum
ſuum leue, id eſt mandatorū ſuorum facilia præcepta, ex gratia magis q̄ ex merito ſuper
iuniorē filium collocauit.Et oſculatus eſt eum: iuxta illud quod in Cantico canticorum
eccleſia de ſponſi precatur aduētu : Oſculetur me oſculo oris ſui. Nolo mihi dicens per
Moyſen,nolo per prophetas loquat: ipſe meū corpus aſſumat,ipſe me oſculet in carne:
ut & illud quoq; quod in Eſaia ſcriptū eſt, huic ſententiæ coaptemus. Si quæris,quære,
& ad me habita in ſaltu.Et ibi quippe flens eccleſia clamare iubetur ex Seir,quia Seir pi- D
loſus & hiſpidus interpretat:ut & antiquū gentilium ſignificet errorē: illa pari ſimilitu-
dine reſpondente:Nigra ſum,ſed formoſa filiæ Hieruſalem.Dixit aūt illi filius:Pater,pec
caui in cœlū & corā te,iam non ſum dignus uocari filius tuus. Dicit ſe non eſſe dignum
filiū nuncupari:& tamē ex naturæ uoce, ex illa ſubſtantia,quā illi pater fuerat aliquando
largitus, in nomen trepidus ueritatis erumpit. Pater,inquiens,peccaui in cœlū. Fruſtra
igitur quidam argumentant, nomen patris in ſanctos tantūmodo cōuenire, cum etiam
deum patrē uocet,qui ſe filij nomine confitetur indignū: niſi forte ideo patrē audet uo-
care,quia plena mente cōuerſus eſt. Dixit aūt pater ad pueros ſuos:Celerius proferte ſto
lam priorē,& induite eum:ſtolam quam Adam peccando perdiderat:ſtolam quæ in alia
parabola indumentū dicitur nuptiale,id eſt ueſtem ſpiritus ſancti:quam qui nō habue-
rit,non poteſt regis intereſſe conuiuio. Et date annulum in manu illius:ſignaculū ſimi-
litudinis Chriſti,ſecundum illud:In quem credentes,ſignati eſtis ſpiritu repromiſsionis
ſancto,Et ad principem dicitur Tyri,qui ſimilitudinē conditoris amiſerat:Tu ſignacu-
lum ſimilitudinis, & corona decoris, in delitijs paradiſi dei natus es. Eſaias quoque de
hoc ſignaculo loquitur:Tunc manifeſti erunt qui ſignant.Hoc ſignaculum in manu da
tur,quando opera iuſticiæ ſcriptura ſignificat,ut ibi:Factum eſt uerbū domini in manu
Aggæi prophetæ,dicentis ad Hieruſalem:Ornaui te,inquit,ornamento,& impoſui tibi
armillas circa manus tuas : Rurſum ad eum qui indutus eſt podere, alius locus ſignaculi
demonſtratur:Pertranſi per mediam Hieruſalem,& da ſignaculū in frontibus uirorum
gementiū & dolentiū in omnibus iniquitatibus, quæ fiunt in medio eorum. Quare? ut
poſtea poſsint dicere:Signatū eſt ſuper nos lumen uultus tui domine.Et calciamentū in
pedibus eius.Sponſi quippe perdiderat dignitatē,& nudis pedibus paſca celebrare non
poterat.Hæc ſunt calciamenta,de quibus dominus ait:Et calciaui te hyacintho.Et calcia
menta in pedibus eius:necubi coluber inſidians,plantam ingredientis inuaderet: & ſu-
per ſcorpiones

A per ſcorpiones & ſerpentes ſecurius ambularet,ut præpararetur ad euangeliū pacis:iam
non gradiens ſecundum carnem,ſed ſecundū ſpiritum:& dictum ei propheticum con-
ueniret: Quàm ſpecioſi pedes euangelizantiū pacem, euangelizantium bona. Et afferte
uitulum ſaginatum, & occidite & manducemus & epulemur, quoniam hic filius meus
mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus eſt. Vitulus ſaginatus qui ad pœnitentiæ
immolatur ſalutē,ipſe ſaluator eſt,cuius quotidie carne paſcimur,cruore potamur.Fide
lis mecum lector intelligis,quia pinguedine ſaturati, in ructum laudis eius erumpimus,
dicentes : Eructauit cor meum uerbum bonum,dico ego opera mea regi : licet quidam
ſuperſtitioſe magis quàm uere, non conſiderantes textum pſalmi,ex patris perſona arbi
trentur hoc intelligi. Quod autē ait,epulemur, quoniam hic filius meus mortuus fuerat
& reuixit,perierat & inuentus eſt,ad eundē parabolæ ſuperioris pertinet ſenſum,in qua
dicitur:Sic dico uobis,quia gaudium erit coram angelis dei ſuper uno peccatore pœni-
tentiam agente.Et cœperunt epulari.Hoc conuiuiū quotidie celebratur,quotidie pater
filium recipit:ſemper Chriſtus credentibus immolatur. Erat autem filius illius ſenior in
agro.Hucuſq; de perſona filij iunioris diſputatū eſt:quem ſecundum preſentem parabo
lam,in publicanis & peccatoribus, qui à domino ad pœnitentiā prouocabantur, debe-
mus accipere : ſecundum myſticos autē intellectus,de futura quoq; uocatione gentium
prophetari.Nunc ad ſeniorē filium tranſgreditur, quem multi ſimpliciter ad omniū ſan
ctorum perſonam,multi proprie ad Iudæos referunt. Et de ſanctis quidem non diffici-
lis interpretatio eſt,in eo quod dicitur,nunquā mandatum tuum præteriui:licet illud ui
deatur obſiſtere, quod reuerſioni fratris inuideat. In Iudæos autem cum liuor in fratris
ſalute conueniat:hoc repugnat,quod nunquam ſe dicat eius præteriſſe mandatū:de qui
bus quid nobis uideatur,ſuis in locis conabimur explanare. Erat autē filius illius ſenior
in agro,in terrenis operibus labore deſudans, longe à gratia ſpiritus ſancti, & à conſilio
patris extorris. Hic eſt qui ait, Agrum emi, & neceſſe habeo exire & uidere illum, rogo
B te habe me excuſatum. Hic qui iuga boum emit quinq;:& legis onere depreſſus,terreno
rum ſenſuū uoluptate perfruitur.Hic qui uxore ducta,ire ad nuptias non poteſt:& effe-
ctus caro, nequaq̄ unum poteſt eſſe cum ſpiritu. In huius perſona etiam illius parabolæ
operarij cōgruunt,in qua prima,tertia,ſexta,nona hora,id eſt,uocationibus uarijs mit-
tuntur ad uineam,& indignant ſibi undecimæ horæ operarios coæquari. Et cum ueni
ret & appropinquaret domui,audiuit ſymphoniā & chorum.Illud quod in quodā pſal-
mo ſuperſcribit pro mahalath,huic ſenſui conuenit.Siquidē mahalath chorus in unum
concinens dicitur. Male aūt quidā de Latinis, ſymphoniā putant eſſe genus organi,cum
concors in dei laudibus concentus,hoc uocabulo ſignificetur. συμφωνία quippe conſo
nantia exprimit in Latino. Et uocauit unum de pueris,& interrogauit quid nam eſſent
hæc.Et nunc interrogat Iſrael,quare deus in gentiū aſſumptione lætetur:& æmulatione
cruciatus,paternā ſcire non poteſt uoluntatē.Qui ait illi,quoniā frater tuus uenit,& oc-
cidit pater tuus uitulum ſaginatū,quoniam incolumē illum recepit.Cauſa læticiæ,quod
pari in dei laudes toto orbe uoce concinitur,ſalus eſt gentium,ſalus eſt peccatorū:lætan
tur angeli, omnis in gaudiū creatura cōſentit, & de ſolo dicitur Iſrael: Iratus aūt noluit
intrare.Iraſcitur ſe abſente fratrem eſſe ſuſceptū:iraſcitur eum uiuere,quem putabat ex-
tinctū:& nunc foris ſtat Iſrael, & nunc diſcipulis euangelia in eccleſia audiētibus,mater
eius & fratres foris ſtant quærentes eū. Egreſſus aūt pater illius cœpit rogare eū. Quàm
benignus & clemens pater.Rogat filiū,ut læticię domus particeps fiat:rogat aūt per apo
ſtolos,rogat per euangelij prædicatores.E quibus Paulus ait:Precamur pro Chriſto,re-
conciliamini deo.Et alibi:Vobis oportebat primum annunciare uerbū dei:ſed quia re-
puliſtis illud,& indignos uos iudicaſtis æternę uitę,ecce cōuertimur ad gentes. Ipſe aūt
reſpondens,ait patri ſuo:Ecce tot annis ſeruio tibi. Pater ſupplex ad concordiā depreca
tur: ille iuſticiā quæ in lege eſt ſequens,dei iuſticiæ non ſubijcitur.Porrò quæ maior iu-
ſticia dei, q̄ ignoſcere pœnitentibus,filium ſuſcipere redeuntem? Ecce tot annis ſeruio
tibi,&

tibi,& nunquam mandatum tuum præteriui : quaſi hoc ipſum non ſit præterire manda C
tum,ſaluti alterius inuidere,ante deum ſe iactare iuſticiæ,cum nemo coram eo mundus
ſit. Quis enim lętabitur caſtum ſe habere cor,ne ſi unius quidē diei fuerit:Dauid confite
tur:In iniquitatibus cōceptus ſum,& in delictis concepit me mater mea. Et in alio loco:
Si iniquitatē attendis domine, quis ſuſtinebit? Et hic dicit nunquam ſe præteriſſe man-
datum,toties ob idololatriam captiuitatibus traditus. Ecce tot annis ſeruio tibi,& nun-
quam mandatū tuum præteriui. Hoc eſt quod Paulus apoſtolus loquitur: Quid ergo di
cemus? quia gentes quæ non ſectabantur iuſticiam, apprehenderunt iuſticiā,quæ ex fi-
de eſt.Iſrael uero ſectando legem iuſticiæ, ad legem iuſticiæ non peruenit. Quare? quia
non ex fide,ſed quaſi ex operibus legis. Poteſt ergo & ex eius perſona dici,qui iuxta eun
dem Apoſtolū in iuſticia, quæ ex lege eſt, ſine reprehenſione uerſatus ſit: licet mihi ui-
deatur magis ſe iactare Iudæus,q̄ uera dicere:ad exemplum illius phariſæi,dicētis : Deus
gratias ago tibi,quia nō ſum ſicut cæteri homines, raptores,iniuſti,adulteri,ſicut & hic
publicanus. Oro te,nónne tibi uideē ea quæ ille de publicano dixerat, dicere iſte de fra-
tre?Hic eſt qui comedit omnem ſubſtantiā ſuam, uiuens cum meretricibus. Ad id autē,
quod ait:Mandatū tuum nunquā præteriui,patris ſermo non congruit: Non enim con
firmauit uera eſſe quæ dixerat filius,ſed iraſcentē,alia ratione compeſcuit: fili tu ſemper
mecum es. Nunquid,ait,bene quidē dicis,& feciſti cuncta quæ iuſſerā? Sed mecum es,
inquit,ſemper.Mecum es lege qua ſtringeris:mecum es,dum mihi & in captiuitatib.eru
diris:mecum es,nōn quia præcepta mea compleueris,ſed quod te in longam regionem
abire non paſſus ſum:mecum es ad extremū,ſecundum illud quod locutus ſum ad Da-
uid:Si dereliquerint filij eius legē meam,& in iudicijs meis nō ambulauerint,ſi iuſticias
meas prophanauerint,& mandata mea nō cuſtodierint, uiſitabo in uirga iniquitates eo
rum,& in flagellis iniuſticias eorum: miſericordiā autē meam non auferam ab eis. Quo
teſtimonio,& id in quo filius ſenior gloriatur falſum eſſe conuincitur,dum in dei iudi-
cijs non ambulat,& eius mandata nō facit. Et quomodo iſta nō faciens,cum patre ſem- D
per fuiſſe dicitur? Dum peccans uiſitaſ in uirga,& uiſitato miſericordia non negaſ. Nec
mirandū patri eum auſum fuiſſe mentiri, qui fratri potuit inuidere : maxime cum in die
iudicij quidā impudentius mentiaſ,dicentes: Nónne in nomine tuo comedimus & bi
bimus,& uirtutes multas fecimus, dæmonia eiecimus? Quid uero ſit, & omnia mea tua
ſunt,ſuo loco cōgruentius explicabitur.Et nunq̄ dediſti mihi hædū,ut cum amicis meis
epularer.Tantus,inquit, Iſrael ſanguis effuſus eſt,tot hominū cæſa ſunt milia : & nullus
eorū noſtræ extitit ſalutis redēptor.Ipſe Ioſias qui placuit in cōſpectu tuo:& nuper Ma-
chabæi,qui pro tua hæreditate pugnabāt,contra fas ſanctitatis hoſtiū gladijs interempti
ſunt,& nullius cruor nobis reddidit libertatem.Ecce adhuc Romano imperio ſubiace-
mus,nō propheta,nō ſacerdos,non iuſtus quiſquā immolatus eſt pro nobis. Et pro lu-
xurioſo filio,id eſt,pro gētibus,pro peccatoribus, totius creaturæ glorioſus ſanguis ef-
fuſus eſt.Cumq̄ merentibus minora nō dederis,immeritis maiora tribuiſti. Nunquam
dediſti mihi hædum,ut cum amicis meis epularer.Erras Iſrael:dic potius,ut tecum epu-
larer.Aut poteſt eſſe tibi aliqua iucūditas,niſi patre tecū celebrāte conuiuiū? Saltē exem
plo docere præſenti. Reuerſo filio iuniore, & pater lætaſ & pueri. Manducemus, ait,&
epulemur,nō manducate & epulamini. At tu ea mente qua inuides fratri,qua à patris re
cedis aſpectu & ſemper in agro es : nunc quoq; uis,eo abſente inire conuiuiū. Nunquā
dediſti mihi hædū.Nunquā pater deteriora dat munera:habes uitulum immolatū:ingre
dere,manduca cum fratre. Quid hædū quæris,cui agnus eſt miſſus?Et ne ſimules te ne-
ſcire quod miſſus eſt,Ioannes tibi eum in eremo demōſtrauit : Ecce agnus dei:ecce qui
tollit peccata mundi. Et pater quidē quaſi clemens & pœnitentiā tribuens , te hortaſ ad
uitulū, nō immolans hædū quem ſtare ſcit ad ſiniſtrā. Tu uero in fine ſeculi, ipſe tibi es
hædum immolaturus Antichriſtū : & cum amicis tuis, ſpiritibus immundis eius carne
ſaturandus,expleto uaticinio.Tu confregiſti caput draconis magni : dediſti eum eſcam

populis

A populis Aethiopum. Cum autem filius tuus hic qui deuorauit omnem ſubſtantiā ſuam
uiuens cum meretricibus uenit,occidiſti ei uitulum ſaginatū. Confitetur & nunc Iſrael
ſaginatū uitulum fuiſſe qui cæſus eſt:intelligunt ueniſſe Chriſtum,ſed torquentur inui-
dia:& nolunt fratre non pereunte,ſaluari. Ipſe autem dixit illi:Fili tu ſemper mecum es,
& mea omnia tua ſunt. Filium uocat, licet intrare nolentē. Quomodo autem dei omnia
Iudęorum ſunt?Nunquid angeli,throni,dominationes cæteræq; uirtutes?Omnia ergo
intelligamus,legem,prophetas,eloquia diuina. Hæc ei dedit,ut in lege eius meditaretur
die ac nocte , ſecundū illum canonem quem ſæpe expoſuimus ſcripturarū. Omnia non
ad totum referenda eſſe,ſed ad partem maximā,ut ibi : Omnes declinauerunt, ſimul inu
tiles facti ſunt.Et alibi:Omnes qui uenerūt ante me,fures fuerunt & latrones. Et Paulus
ad Corinthios: Omnibus,inquit,omnia factus ſum,ut omnes lucrifacerē. Et ad Philip-
penſes:Omnes enim quæ ſua ſunt qnærunt,non ea quæ ſunt Ieſu Chriſti.Quanquam ni
hil unquam illi negaſſe credendum ſit,quem ad uituli hortatur eſum. Epulari nos opor
tet & gaudere,quoniā hic frater tuus mortuus fuerat,& reuixit:perierat,& inuentus eſt.
Confidamus igitur & nos uiuere poſſe per pœnitentiam , qui fueramus mortui per deli
cta.Et hic quidē ipſe filius reuertit : in ſuperioribus uero, in oue ſcilicet & in drachma,
quod errauerat affertur,& quod perierat inuenitur:& ſimili tres parabolę fine claudun
tur,dum in iſta ponitur, perierat & inuētus eſt, ut intelligamus diuerſis ſimilitudinibus
de eadem peccatorū ſuſceptione ſignatum. Et hæc quidem in ethnici perſona dicta ſint
& Iudæi. Videamus autē quomodo ſuper ſancto generaliter & peccatore,parabola iſta
poſsit intelligi.Et de cæteris quin iuſto cōueniat,non ambigitur.Illud eſt,in quo legen-
ti ſcrupulus cōmouetur,cur iuſtus ſaluti peccatoris inuideat: & intantum iracundia re-
pleatur,ut nec fratris miſericordia,nec patris precibus,nec totius domus iucunditate ſu
peretur.Ad quod breuiter reſpondebimus:Omnem mundi iſtius iuſticiam,ad dei com
B parationem non eſſe iuſticiā.Quomodo enim ex peccatis Hieruſalem,Sodoma iuſtifica
tur:non quod ipſa ſit iuſta,ſed quod maioribus delictis fiant minora delicta:ita & homi
num omnium uniuerſa iuſticia non eſt deo collata iuſticia. Deniq; Paulus qui dixerat:
Quotquot ergo perfecti ſumus hoc ſapimus:in alio loco confitetur & clamitat. O pro-
fundum diuitiarū ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius & inin-
ueſtigabiles uiæ eius? Et alibi,ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus : Et nunc
uidemus per ſpeculum in ęnigmate.Et ad Romanos:miſer ego homo,quis me liberabit
de corpore mortis huius?Ex quibus omnibus edocemur, dei ſolius perfectam eſſe iuſti
ciam,qui ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos: dat pluuiam ſerotinā & matuti
nam,merentibus pariter & nō merentibus : qui de uicis,angulis,& plateis inuitat ad nu
ptias:& deintus quoſdam,iam quaſi ſecuros expellit foras.Et ouem quę ad exemplū filij
pœnitentis ipſa redire nō poterat,uel nolebat,quærit,& inuenit: & inuentā ſuis hume-
ris reportat.Multum enim errando laborauerat. Vt aūt doceamur in ſanctos quoq; ca-
dere poſſe inuidiam,& ſoli deo puram clementiā derelinqui: filiorū Zebedæi conſide-
remus exemplū:pro quibus cum mater mota pietatis affectu, nimis grandia poſtulaſſet:
reliqui decem diſcipuli indignati ſunt, Et Ieſus aduocans eos dixit : Scitis quia principes
gentium dominantur eorum: & qui maiores ſunt,poteſtatē exercent in eis. Non ita erit
inter uos,ſed quicunq; uoluerit inter uos maior eſſe, ſit ueſter miniſter: & quicunq; ue
ſtrum uoluerit inter uos eſſe primus,ſit ueſter ſeruus:quoniam filius hominis nō uenit
miniſtrari,ſed miniſtrare,& dare animā ſuam redemptionē pro multis. Nulli periculo-
ſum,nulli uideaſ eſſe blaſphemū:quod & in apoſtolos inuidiæ malum diximus potuiſſe
ſubrepere, cum etiam de angelis hoc dictū putemus. Sydera quippe nō ſunt munda in
cōſpectu eius,& cōtra angelos ſuos peruerſum quid intellexit.Et in pſalmis diciſ : Non
iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Non ait, nō iuſtificabiſ omnis homo,ſed
omnis uiuens,id eſt,nō euangeliſta,nō apoſtolus,nō propheta. Ad maiora conſcendo,
non angeli:non throni,non dominationes,non poteſtates,cæteræq; uirtutes. Solus de-

us est, in quem peccatum non cadit: cætera cum sint liberi arbitrij, iuxta quod & homo c
ad imaginem & similitudinē dei factus est, in utranq; partem possunt suam flectere uoluntatem. Quod si hac sententia non adduceris, saltem illius autoritate parabolæ cōmoueare, in qua per totum diem operarij mittuntur ad uineam, & in prima hora uocantur Adam, Abel, Seth: in tertia, Noe, in sexta Abraham: in nona Moyses: in undecima gentium populus, cui dicitur: Quid hic statis tota die ociosi? Et illi responderunt: nemo nos conduxit. Quod autē extrema hora, nostri sit saluatoris aduentus, testis est Ioannes apostolus, dicens: Fratres, nouissima hora est. Etenim sicut audistis, quia antichristus uenit: nunc antichristi multi facti sunt, propter quod cognoscimus, quia nouissima hora est. Si hęc displicet interpretatio, sequor quocunq; duxeris: ita tamen ut eos qui uocati sunt primi, iustos esse fatearis. Quod cum obtinuero, illud inferam: & quomodo iusti murmurauerunt aduersum patremfamilias, dicentes, hi nouissimi uenerunt, & una hora fecerunt: æquales illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus? Videntur quidem iuste dicere, non æqualem debere esse mercedem eius, qui à prima hora ad noctē usq; sudauerit, & eius qui una hora sit in labore uersatus. Sed ista iustitia habet in se liuorem, cum alterius inuideat felicitati. Deniq; & dominus oculum in eis arguit inuidentē, dicens: Amice an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Vnde & ab Apostolo, solus iustus, solus dicitur immortalis: nō quod angeli sint iniusti & mortales, sed quod ipse sit immortalis & iustus: cui collata uniuersa iusticia, iniquitas inuenitur. Vt autem in hac eadem parabola, quam nunc proposuimus, iniusticiam intelligas conductorum, attende paulisper. Qui prima hora cōductus est, plus meretur eo qui hora tertia missus est ad uineam: rursum horæ tertiæ operarius, sextæ horæ operarium antecedit: & sextæ horæ, & nonæ horæ, uincit operariū. Quomodo igitur nouissimo omnes inuident, & eandem inter se iusticiam non requirunt? Tu qui hora nona conductus es, cur inuides ei qui undecima hora est missus in uineam? Quodcunque responderis, quamuis diuersum asseueris laborem, ut & præmium maius in diuerso labore merearis: eidem a- D
pud sextum sententiæ subiacebis. Et tu qui hora sexta conductus es, nouissimo inuides, cur tecum denarium, id est æqualem consequatur salutem: licet salutis pro labore diuersa sit gloria, eadem de te potest tertius dicere: & de tertio rursum primus. Verum ipsi inter se ob non æqualem laborem & uocationis spacia diuersa, æquale præmium libenter accipiunt: in nouissimo tantum operario, id est in gentium salute discordant: & domino iniuriam faciunt, & sub omnibus parabolis arguuntur inuidiæ. Non ambigo quin inculta tibi nostræ paruitatis uideatur oratio, sed sæpe causatus sum, expoliri non posse sermonem, nisi quem propria manus limauerit. Itaque ignosce dolentibus oculis, id est ignosce dictanti, maxime cum in ecclesiasticis rebus non quærantur uerba, sed sensus: id est, panibus sit uita sustentanda, non siliquis.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Amandus presbyter proposuerat per literas treis quæstiones, simulq; de sororis statu consuluit. Ad singula respondet diuus Hieronymus.

HIERONYMVS AMANDO

BReuis epistola, longas non ualet explanare quæstiones, & in arctū multa concludens, stringere uerbis, quod sensibus dilatatū est. Interrogas, quid significet illud in euangelio iuxta Matthæū: Nolite solliciti esse de crastino. Sufficit enim diei malicia sua. Crastinū, in scripturis sanctis, futurū tempus significat: sicut & Iacob in Genesi loquitur: Exaudiet me cras iusticia mea. Et ubi altare extruitur à 1
duabus tribubus Ruben & Gad & dimidia tribu Manasse, & à cuncto Israele ad eas legatio mittit: cum Phinees pōtifici respōdissent, idcirco se altare fecisse, ne cras filijs suis colendi deū possessio denegaret. Et multa istiusmodi in ueteri reperis instrumēto. Qui ergo de futuris nos cogitare prohibuit, cōcesit de præsentibus, ppter humanæ uitæ fragilitatē. Quod aūt adijcit, sufficit diei malicia sua: hoc modo intellige. Sufficit nobis de præ

sentibus huius seculi cogitare angustijs. Quid necesse est sensum ad incerta & futura extendere, quę aut consequi nō possumus, aut forsitan cito inuenta perdamus? κακία enim quam Latinus uertit in maliciā, apud Græcos duo significat, & maliciam & afflictionē; quam κάκωσιν Græci dicunt: & hic magis pro malicia transferri debuit, afflictio. Quod si contentiose quis ducitur, nolens κακίαν afflictionē sonare & angustias, sed maliciam: illo sensu explanandū est, quo mundus in maligno, hoc est in malo posītus sit: & in dominica oratione dicimus: Libera nos à malo: ut sufficiat nobis cōtra maliciā huius seculi præsens habere certamen. In secūdo quæsisti loco, de beati apostoli Pauli prima ad Corinthios epistola, in qua loquitur: Omne peccatū quod fecerit homo, extra corpus est. Qui aūt fornicatur, in corpus suum peccat. Legamus ergo paulò superius, & sic ad hæc uerba ueniamus, ne de extremis partibus, & ut ita dicam, cauda capituli, totā sententiam nosse cupiamus, Corpus, inquit, nō fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Deus aūt qui dominū suscitauit, & nos cum illo suscitabit per uirtutem suam. Nescitis quia corpora uestra membra Christi sunt? Tollens ergo membra Christi, faciā membra meretricis? Absit. An nescitis, quia qui cōiungit se meretrici, unum corpus est? Erūt enim, inquit, duo in carnē unam. Qui aūt coniungit se domino, unus spiritus est. Fugite fornicationē. Omne peccatū quodcunq; fecerit homo, extra corpus est. Qui aūt fornicatur, in corpus suum peccat. Et reliqua. Sanctus Apostolus contra luxuriā disputans, & in superioribus dicens: Escæ uentri & uenter escis: deus aūt & hunc & illas destruet,, consequenter uenit ad fornicationē. Etenim luxuria mater libidinis est, uentremq; distentum cibo, & uini potionibus irrigatū, uoluptas genitaliū sequitur: atq;, ut alibi dictū est, pro membrorū ordine, ordo uitiorum est. Omne itaq; peccatū, uerbi gratia, furtum, homicidium, rapina, periurium, & cætera his similia, post factum pœnitudinē habent: & licet inuitet lucrum, tamen mordet cōscientia. Voluptas sola ac libido, etiam in ipso tempore pœnitendi, præteritos stimulos patitur, & titillationē carnis, & incentiua peccati: ut per
B hæc quę corrigi cupimus cogitantes, rursum sit materia delinquēdi. Aliter. Cætera peccata forinsecus sunt. Quicquid enim egerimus, in alios agimus: fornicatio nō solum conscientiā fornicantis, sed & corpus maculat: ac secundū sententiā domini qua ait: Propter hoc relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam, etiam ipse cum meretrice unum corpus efficit: & peccat in corpus suū, dum templum Christi, facit corpus esse meretricis. Dicamus & aliter, ne ullam Græcorū sententiam præterire uideamur. Aliud est peccare per corpus, aliud in corpore. Furtum, homicidium, & cætera absq; fornicatione peccata, manu administramus extrinsecus: Fornicatio sola intrinsecus in corpore nostro exercet à nobis, nō per corpus in alios: & per, prę positio ministeriū habet: in, aūt in se passionē. Sunt qui ita edisserant, quod secundum scripturā uxor uiri corpus sit, & quicunq; fuerit fornicatus, peccet in corpus suum, hoc est in uxorē, dum eam sua fornicatione cōmaculat, & facit eam nō peccantem, sua cōmixtione peccare. Tertia, id est extrema, propositio tua fuit de eadē Apostoli epistola: ubi de resurrectione disputans, uenit ad eum locum, in quo scriptū est: Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Omnia enim subiecta sunt sub pedibus eius. Nouissime aūt & inimica destruetur mors. Cum autē dixerit, quia omnia subiecta sunt ei: haud dubiū quin præter eum qui subiecit ei omnia. Cum uero subiecta ei fuerint omnia, tunc & ipse filius subijcietur ei, qui sibi subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Et miror te hoc à me quærere uoluisse, cum sanctus Hilarius Pictauiensis episcopus, undecimū librum cōtra Arianos hac quęstione & solutione compleuerit. Tamen pauca saltem dicamus. Omne in hoc scandalum est, quare filius patri subiectus esse dicatur. Quid est turpius siue inferius, patri subijci, quod sæpe pietatis est, ut in psalmo scribitur: Nónne deo subiecta erit anima mea: an crucifigi, & maledictū crucis fieri? Maledictus enim omnis qui pendet in ligno. Qui ergo pro nobis maledictum factus est, ut nos de maledictione liberaret, miraris si pro nobis subiectus sit, ut nos patri

faciat esse subiectos, dicens in euangelio: Nemo uadit ad patrē, nisi per me: & cum exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad me? Christus in his qui fideles sunt subiectus est patri, quia omnes credentes, imò omne hominū genus, corporis ipsius membra reputātur. In his aūt qui increduli sunt, id est Iudæis & ethnicis & hæreticis, insubiectus esse dicitur, quia pars membrorū eius non est subiecta fidei. In fine aūt mundi cum omnia membra regnantē uiderint Christū, id est caput suum, etiam ipsa subijcientur Christo, id est capiti suo, ut omne Christi corpus subijciat deo & patri: ut sit deus omnia in omnibus. Non ait, ut sit pater omnia in omnibus, sed ut sit deus: quod propriū nomen est trinitatis: & tam ad patrē, quàm ad filium & spiritū sanctū referri potest, ut humanitas subijciatur diuinitati. Humanitatē hoc loco dicimus, non mansuetudinē & clementiam, quam Græci φιλανθρωπίαν uocāt, sed omne hominū genus. Porrò quod ait, ut sit omnia in omnibus, hoc sensu accipiendū est. Dominus atq; saluator noster nunc omnia nō est in omnibus, sed pars in singulis. Verbi gratia: In Solomone sapiētia, in Dauid bonitas, in Iob patientia, in Daniele cognitio futurorū, in Petro fides, in Phinees & Paulo zelus, in Ioanne uirginitas, in cæteris cætera. Cum autē rerum omniū finis aduenerit, tunc omnia in omnibus erit, ut singuli sanctorū omnes uirtutes habeāt: ut sit Christus totus in cunctis. Reperi iunctam epistolæ & cōmentariolo tuo breuem chartulā, in qua hæc indita ferebantur. Quæ rendum ab eo, id est, à me: utrum mulier relicto uiro adultero, & Sodomita, & alio per uim accepto, possit absq; pœnitentia cōmunicare ecclesiæ, uiuēte adhuc eo quē prius reliquerat. Quod legens, illius uersiculi recordatus sum: Ad excusandas excusationes in peccatis. Omnes enim homines uitijs nostris fauemus, & quod propria facimus uoluntate, ad naturæ referimus necessitatē. Quomodo si dicat adolescens: uim patior, corporis me ad libidinē ardor impellit: ipsa organa membrorū genitalium, & cōpositio corporis, fœmineos quærit amplexus. Et rursum homicida: in egestate, inquit, eram, indigebā cibo, tegmen corporis non habebā: ideo alienū sanguinē fudi, ne ipse fame & frigore morerer. Respondē itaq; sorori, quæ à nobis super suo statu quærit, non nostram, sed Apostoli sententiā. An ignoratis fratres, scientibus enim legē loquor, quoniā lex dominat homini, quanto tempore uiuit? Mulier em̄ quæ sub uiro est, uiuente uiro astricta est legi. Quod si mortuus fuerit uir eius, liberata est à lege uiri. Ergo uiuente uiro, adultera erit, si duxerit alterū uirum. Et in alio loco: Mulier alligata est, quāto tempore uiuit uir eius. Si aūt dormierit uir eius, liberata est: cui uult nubat, tantum in domino. Omnes igitur causationes apostolus amputans, apertissime definiuit: uiuente uiro adulterā esse mulierē, si alteri nupserit. Nolo mihi proferas raptoris uiolentiā, matris persuasionē, patris autoritatē, propinquorū cateruam, seruorū insidias atq; contemptū, damna rei familiaris. Quamdiu uiuit uir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitijs omnibus coopertus, & ab uxore propter hæc scelera derelictus, maritus eius reputatur, cui alterū uirum accipere non licet. Nec apostolus hæc propria autoritate decernit, sed Christo in se loquente, Christi uerba secutus est, qui ait in euangelio. Qui dimittit uxorē suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari: & qui dimissam acceperit, adulter est. Animaduerte quid dicat: Qui dimissam acceperit, adulter est, siue ipsa dimiserit uirū siue à uiro dimissa sit, adulter est qui eam acceperit. Vnde & apostoli grauē coniugij sarcinā intelligentes: Si ita est, inquiunt, non expedit homini uxorē accipere. Ad quos dominus: Qui potest, inquit, capere, capiat. Statimq; sub exemplo trium eunuchorū, uirginitatis infert beatitudinē, quæ nulla carnis lege tenet. Neq; satis animaduertere potui: quid sit quod dicere uoluit, alio uiro per uim accepto. Quid est, per uim accepto? Congregata uidelicet multitudine, nolentē rapuit: & quare postea raptorē rapta non dimisit? Legat libros Moysi, & inueniet desponsatā uiro, si in ciuitate fuerit oppressa, & non clamauerit, puniri quasi adulteram. Si autem in agro oppressa sit, innoxiam esse à scelere, & uiolentum legibus subiacere. Ergo & ista soror, quæ, ut dicit, uim passa est, ut alteri iungeretur: si uult corpus Christi accipere, & non adultera reputari, agat pœnitentiā: ita duntaxat, ut

A secundo uiro qui non appellatur uir sed adulter, à tempore pœnitentiæ non copuletur. Quod si ei durum uidetur, & semel dilectū non potest derelinquere, nec præferre domi num uoluptati, audiat Apostolū conclamantē: Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorū, Non potestis mensæ domini cōmunicare, & mensæ dæmoniorū. Et in alio loco: Quæ cōmunicatio luci ac tenebris? Qui cōsensus Christo, & Belial? Rem nouam loquor: imò non nouam, sed ueterem: quæ ueteris testamenti autoritate firmatur. Si reliquerit secundum uirum, & reconciliari uoluerit priori, non potest. Scriptum est enim in Deuteronomio: Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam: & non inuenerit gratiam in conspectu eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manus eius: & dimittet eam de domo sua. Cumq; egressa alterum maritū duxerit: & ille quoq; oderit eam: dederitq; ei libellū repudij, & dimiserit de domo sua, uel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxorē: quia polluta est, & abominabilis facta est coram domino. Nec peccare facias terrā tuam: quam dominus deus tuus tradidit tibi possidendam. Vnde obsecro te, ut consoleris eam: imò prouoces ad salutem. Putridæ carnes ferro indigent & cauterio: nec est medicinæ culpa, sed uulneris: cum clementi crudelitate non parcit medicus ut parcat, sæuit, ut misereatur.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

1 EXaudiat me cras.] Locus est Geneseos capite trigesimo. Et ubi altare extruitur.] Hanc historiam habes Iosue capite uigesimosecundo. κακίαι enim q.l.u.] Latinis mala significant uitia & incōmoda: malicia tantum animi uitium significat, Græcis κακὰ dicunt item
2 uitia, & afflictiones: & hinc κακίαι uitium siue malicia, & afflictio siue miseria, κάκωσις autem tantum afflictionem siue uexationem significat, à uerbo κακόω, quod est malis afficio, siue affligo. Maledictum crucis.] Ita legis Deuteronomij uigesimoprimo. Maledictus à deo qui pendet in ligno. Quem locum citat Paulus ad Galatas capite tertio. Verum hic qui pro nobis maledictum factus est, legendum est, non maledictus, ut sit substantiuum nomen, sicut paulò ante maledictū crucis. Nam utrobiq; Græcis est κατάρα, id est, execratio. Humanitatem hoc loco.] φιλανθρωπίαι apud
B Græcos dicitur benignitas & comitas erga homines, cui contraria est μισανθρωπία. Verum Theolo
3 gi nonnunquam ipsam hominum naturam & genus humanitatem uocant: quasi ἀνθρωπότητα. Atq; ita interpretant illud apud Paulum: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei: sed perperam, cum sit illic φιλανθρωπίαι, id est, beneuolētia erga homines, ut ad patrem referatur, qui quāto pere dilexerit nos, misso in mundum unigenito filio declararit.

HIERONYMVS MARCELLAE

AGnis nos prouocas quæstionibus: & torpens ocio ingenium dum interrogas, doces. Prima tua scisitatio fuit, quæ sint illa, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt quæ præparauit deus his qui diligunt eum. Et quomodo rursus idem Apostolus inferat: Nobis autem reuelauit deus per spiritū suum. Et si reuelatum Apostolo, intelligere debeamus, quod & ille alijs reuelauerit. Ad quæ breuis responsio est, non debere nos quærere, quid sit illud, quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Si enim ignoratur, quomodo sciri potest? Quod promittitur in futuro, nō cernitur in præsenti. Spes enim quæ uidetur, non est spes, sed iam certa possessio: quomodo si uelit quispiā dicere: ostende mihi quod inuisibile est, loquere quod audiri nō potest, expone quod cogitatio non comprehendit humana. Ergo hoc sensu Apostolus dixisse credendus est: quod carnalibus oculis, & aure carnali, & cogitatione mortali non possunt spiritualia comprehendi. Etsi enim nouerāmus quondam Iesum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus eum. Et in Ioannis epistola scribitur: Charissimi, nunc filij dei sumus, & necdum manifestum est quod futuri sumus. Scimus enim quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quia uidebimus eum sicuti est. Quodq; reuelatum sibi & sanctis per spiritū esse testatur, non statim sequit, ut ipse alijs reuelauerit. Alioquin audiuit & in paradiso uerba ineffabilia, quæ alijs narrare non poterat: aut si narrauit, nequaquā ineffabilia sunt. Secunda quæstio fuit, in qua dicis legisse te per transitum in opusculis meis: quod agni qui stant à dextris, & hædi qui stant à sinistris, Christiani sint atq; gentiles & non potius boni &

mali. Non memini me hoc aliquando dixisse: & si dixissem, nõ essem in errore pertinax. c
Quantum autem dictanti subito occurrit: in secundo uolumine cõtra Iouinianũ super hoc capitulo disputasse me noui: & non solum super hoc, sed & de eo quod in eandem quæstionẽ cadit, ubi pisces mali à bonis piscibus separabuntur. Quod ergo ibi plene dictum est: nunc omittendũ uidetur. Tertio interrogaueras, quod dicit Apostolus in aduentu domini saluatoris, rapi quosdam uiuentes obuiam in nubibus: ita ut nõ præueniantur ab his qui in Christo dormierũt: uisq; nosse, utrum sic occurrant in corporibus, & non ante moriantur, cum & dominus noster mortuus sit, & Enoch atq; Elias secundum Apocalypsim Ioannis morituri esse dicantur: ne scilicet ullus sit qui nõ gustauerit mortẽ. Hoc ex ipsius loci continentia sciri potest, quod sancti qui in aduentu saluatoris fuerint deprehensi in corpore, in ijsdem corporibus occurrãt ei: ita tamen ut inglorium & corruptiuũ & mortale, gloria & incorruptione & immortalitate mutẽt: ut qualia corpora surrectura sint, in talem substantiã etiam uiuorũ corpora transformẽtur. Vnde dicit in alio loco Apostolus: Propter quod nolumus expoliari, sed superuestiri: ut absorbeat mortale hoc à uita, ne scilicet corpus ab anima deseratur, sed anima habitãte in corpore, fiat inclytũ quod ante inglorium fuit. De Enoch aũt & Elia quos uenturos Apocalypsis refert & esse morituros, nõ est istius tẽporis disputatio: cum omnis ille liber aut spiritualiter intelligendus sit, ut nos existimamus: aut si carnalẽ interpretationẽ sequimur, Iudaicis fabulis acquiescendũ sit, ut rursum ædificet Hierusalem & hostiæ offerantur in templo: & spirituali cultu imminuto, carnales obtineãt cerimoniæ. Quartum est quod quæsisti, quomodo in Ioannis euangelio post resurrectionẽ dicatur ad Mariam Magdalenam: Noli me tangere: nondũ enim ascendi ad patrẽ meũ. Et rursum in Matthæo scriptum sit, quod ad uestigia saluatoris mulieres corruerint: cum utiq; nõ sit idipsum tangere post resurrectionẽ pedes eius & nõ tangere. Maria Magdalena ipsa est à qua septem dæmonia expulerat: ut ubi abundauerat peccatũ, superabundaret gratia: quæ quia dominum hortulanũ putabat, & quasi cum homine loquebatur, & quærebat uiuentem cum d
mortuis, recte audiuit: Noli me tangere. Et est sensus: Nõ mereris meis hærere uestigijs: nec adorare quasi dominũ: nec eius tenere pedes, quem nõ existimas surrexisse. Tibi em̃ necdum ascendi ad patrẽ meum. Cæteræ uero mulieres quæ pedes tangunt, dominum confitentur & merent̃ eius hærere uestigijs, quem ad patrẽ ascendisse confidunt. Quanquam etiam si eadem mulier diuersis in euangelijs & tenuisse pedes, & non tenuisse referatur, facilis solutio sit: cum potuerit corrigi primũ quasi incredula, & postea non repelli, quasi ea quæ errorem confessione mutauerat. Quod & de latronibus intelligi potest, cum alius euangelista utrunq; blasphemasse, alius narret alterum esse confessum.
Extrema schedula continebat, utrum post resurrectionẽ, quadraginta diebus dominus cum discipulis conuersatus sit: & nunq̃ alibi fuerit, an latenter ad cœlum ascenderit atq; descenderit, & nihilominus apostolis suam præsentiam non negarit. Si dominum dei filium consideres de quo sermo est, & illum esse qui loquit̃: Nónne cœlum & terram ego repleo dicit dominus: & de quo alius propheta testatur, Cœlum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorũ: Et rursum alibi, Qui tenet cœlum palmo & terram pugillo: de quo Dauid canit, Quó ibo à spiritu tuo, & à facie tua quó fugiam: Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descendero ad infernũ, ades: Et si habitauero in extremis maris, etenim ibi manus tua deducet me, & cõtinebit me dextera tua: profecto nõ ambiges, etiam ante resurrectionẽ sic in dominico corpore habitasse deum uerbum, ut in patre esset, & cœli circulũ clauderet, atq; in omnibus infusus esset & circunfusus: id est, ut cuncta penetraret interior, & contineret exterior. Stultũ est igitur illius potentiã unius corpusculi paruitate finiri, quẽ non capit cœlũ: & tamen qui ubiq; erat, etiam in filio hominis totus erat. Diuina quippe natura, & dei sermo in partes secari non potest, nec locis diuidi: sed cum ubiq; sit, totus ubiq; est. Erat igitur uno eodemq; tempore & cum apostolis quadraginta diebus & cum angelis, & in patre & in extremis maris finibus erat: in omnibus locis

A locis uersabatur, cum Thoma in India: cum Petro Romæ: cum Paulo in Illyrico: cum Tito in Creta: cum Andrea in Achaia: cũ singulis apostolis & apostolicis uiris, in singulis cunctisq; regionibus. Quod aũt dicitur, quosdam deserere uel non deserere: non naturæ illius terminus ponitur, sed eorum merita describuntur apud quos esse uel nõ esse dignatur.

HIERONYMVS AD MARCELLAM DE BLASPHEmia in spiritum sanctum.

BReuis est quæstiuncula quam misisti: & aperta respõsio est. Si em̃ de eo quod in euangelio scribit̃: Quicunq; dixerit uerbum contra filium hominis remittetur ei: qui autẽ dixerit contra spiritum sanctum, non remittet̃ ei, neq; in hoc seculo neq; in futuro: Nouatianus affirmat: non posse peccare in spiritũ sanctum, nisi eum qui Christianus sit & postea negauerit: manifestũ est Iudæos qui eo tempore blasphemabant, peccato blasphemiæ non teneri: quippe qui impij coloni, interfectis pphetis, de nece domini cogitabant: & intantum erant perditi, ut ad saluandos eos se dei filius uenisse responderit. Vnde de toto ipsius scriptur æ ordine conuincẽdus est, non his irremissibilẽ esse dictam blasphemiam qui tormẽtis compulsi, & uarijs euiscerati cruciatibus, dominũ denegassent: sed his qui cum in uirtutibus uideant opera dei, calumnientur & clamitent, dæmonis esse uirtutẽ: & omnia signa quæ facta sunt, non ad diuinam magnificentiã, sed ad diabolum pertinere. Vnde & saluator noster toto responsionis suæ hoc agit argumento: ut doceat, non posse satanã eijci à satana: & regnũ eius inter se nõ esse diuisum. Cum enim diaboli studiũ sit, dei lædere creaturã: quomodo eiusdem poterit esse uoluntatis sanare languẽtes, & seipsum de obsessis fugare corporibus? Probet itaq; Nouatianus aliquẽ de his, qui sacrificare compulsi sunt ante tribunal iudicis, respondisse omnia quæ in euangelio scripta sunt, nõ à filio dei, sed à Beelzebub principe dæmoniorũ fuisse perfecta: & tunc poterit approbare irremissibilẽ in spiritum sanB ctum esse blasphemiam. Vt autẽ & acutius aliquid interrogemus, respõdeat quid sit cõtra filium hominis dicere, & in spiritum sanctum blasphemare. Ego quippe affero iuxta sensum illius, eos qui Christũ in persecutione negauerint, cõtra filiũ hominis dixisse, & non in spiritũ sanctũ blasphemasse. Qui em̃ interrogatur an Christianus sit, & Christianum se non esse responderit: utiq; negando Christũ, hoc est filium hominis, spiritui sancto nõ facit iniuriã. Si autẽ Christum negando, negauit & spiritum: ediserat hæreticus, quomodo nõ peccet in spiritũ, qui filium hominis denegauerit. Aut si spiritũ sanctum hoc loco intelligendũ patrẽ putat, patris nulla est à negatore mentio facta cum negaret. Petrus apostolus eo tẽpore quo ancillæ interrogatione perterritus, dominũ negauit: in filium hominis, an in spiritũ sanctum uidetur cõmisisse peccatũ? Si id quod ait, nescio hominẽ, ridicule uoluerit interpretari, non Christũ eum negasse sed hominẽ: mendacẽ faciet saluatorẽ, qui se, hoc est filiũ dei, negandũ esse prædixerat. Si autẽ negauit filiũ dei, unde & amare fleuit, & trinam negationẽ trina postea confessione deleuit: manifestum est peccatũ in spiritũ sanctũ ideo non posse dimitti, quod habeat blasphemiã: ut cum uideas in uirtutibus deũ, Beelzebub calumnieris in factis. Doceat igitur aliquẽ negatorẽ Beelzebub uocasse Christũ, & ultro referam gradũ, negatorẽ nõ posse ueniam cõsequi post ruinam. Aliud est tormentis cedere & se Christianũ negare, aliud Christum diabolum dicere, sicut tibi ipsa scriptura atq; cõtextus lecta attentius poterunt demõstrare. Fuerat quidẽ prolixius differendũ: sed quoniã amicis & qui ad nostrũ hospitiolum conuenerunt, præsentiam nostrã negare non possumus, & tibi nõ statim respondere admodũ uisum est arrogantis: latam disputationẽ, breui sermone comprehendimus, ut nõ tam epistolam quàm commentariolum dictaremus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Apparet hanc Hedibiam eruditam mulierem fuisse, utpote ab eruditis ortam, Paterio rhetore & Delphidio, proinde per Apodemium in Bethlehem missum, proponit D. Hieronymo duodecim quæstiones, quas ille explicat.

Universidad de Deusto Biblioteca

C Gnota uultu, fidei mihi ardore notiſsima, de extremis Galliæ finibus in Bethleemitico rure latitantẽ, ad reſpondẽdum prouocas, de ſanctarũ quæſtiunculis ſcripturarũ: per hominem dei, filium meum Apodemium cõmentarium dirigens: quaſi uero nõ habeas in tua prouincia diſertos uiros, & in lege dei perfectos: niſi forte experimẽtum magis noſtri, q̃ doctrinã flagitas: & uis ſcire, quid de his quæ ab alijs audiſti, nos quoq; ſentiamus. Maiores tui Paterius atq; Delphidius, quorũ alter antequam ego naſcerer rhetoricam Romæ docuit, alter me iam adoleſcẽtulo omnes Gallias proſa uerſuq; ſuo illuſtrauit ingenio, iam dormiẽtes & taciti me iure reprehendunt, quod audeam ad ſtirpẽ generis ſui quippiã muſsitare: licet cõcedens eis eloquentiæ magnitudinẽ, & doctrinam ſeculariũ literarum, merito ſubtraham ſcientiam legis dei: quam nemo accipere poteſt, niſi ei data fuerit à patre luminũ, qui illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundum, & ſtat medius credentium, qui in nomine eius fuerint cõgregati. Vnde libere profiteor: nec dictũ ſuperbe pertimeſco: me ſcribere tibi non in doctis humanæ ſapiẽtiæ uerbis, quam deus deſtructurus eſt, ſed in uerbis fidei ſpiritualibus ſpiritualia comparantẽ: ut abyſſus ueteris teſtamẽti inuocet abyſſum euangelicam: in uoce cataractarũ, id eſt, prophetarum & apoſtolorũ ſuorũ, & ueritas domini perueniat uſq; ad nubes: quibus mandatũ eſt ne ſuper incredulum Iſrael imbrem pluerent, ſed ut rigarẽt arua gẽtilium, & torrentẽ ſpinarum ac mare mortuũ dulcorarent. Ora igitur, ut uerus Eliſeus ſteriles in me & mortuas aquas uiuificet, & apoſtolorum ſale quibus dixerit, Vos eſtis ſal terræ, meũ holuſculum condiat: quia omne ſacrificium quod abſq; ſale eſt, domino nõ offertur. Nec fulgore ſecularis eloquẽtiæ delectetur, quã uidit Ieſus quaſi fulgur cadentẽ de cœlo: ſed potius eũ reſpice, qui nõ habet decorem nec ſpeciẽ: homo in plagis poſitus, & ſciens ferre infirmitatẽ: & quicquid ad propoſita reſpõdero, ſcias me nõ confidentia reſpondiſſe ſermonis, ſed eius fide, qui pollicitus eſt: Aperi os tuum & ego implebo illud.

Quæſtio Prima.

INterrogas quomodo perfectus eſſe quis poſsit, & quõ uiuere debeat uidua, quæ ſine liberis derelicta eſt. Hoc idem in euãgelio legis doctor interrogat. Magiſter, quid faciens, uitã æternã poſsidebo? Cui reſpondit dominus: Mandata noſti? Dicit ille: Quæ? Ieſus autem dixit: Non homicidiũ facies, non adulteriũ, nõ furtum, nõ falſum dices teſtimonium: honora patrem & matrẽ, & diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Et illo dicente: hæc omnia feci, dominus intulit: Vnum tibi deeſt. Si uis eſſe perfectus: uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus: & ueni ſequere me. Itaq; & ego tibi domini noſtri reſpondebo ſermonib. Si uis eſſe perfecta, & tollere crucem tuam, & ſequi dominũ ſaluatorem, & imitari Petrũ dicentẽ: Ecce nos dimiſimus omnia & ſecuti ſumus te: uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere ſaluatorẽ. Nõ dixit, da filijs, da fratribus, da propinquis: quos etiã ſi haberes, iure his dominus præferretẽ, ſed da pauperibus: imò da Chriſto, qui in pauperibus paſcitur: Qui cum diues eſſet, pro nobis pauper factus eſt: qui loquitur in triceſimonono pſalmo: Ego autẽ mendicus ſum & pauper: & dominus ſolicitus eſt pro me. Statimq; quadrageſimi pſalmi de eo exordium eſt: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ. Intelligentia opus eſt, & poſt intelligentiam beatitudine, qui ſit egenus & paup. Nõ utiq; ille qui mẽdicitate & ſqualore coopertus eſt, & tamẽ nõ recedit à uitijs, ſed de quibus Apoſtolus loquitẽ: Tantũ ut pauperũ memores eſſemus. Ob quorũ refrigeria laborãt Paulus & Barnabas in eccleſijs gentium, ut collectæ fierẽt per primã ſabbati: & hanc ipſam oblationẽ, nõ per alios ſed per ſe deferre feſtinant: his qui ſuas ꝓ Chriſto amiſere ſubſtãtias, qui perſecutiones paſsi ſunt, qui dixerũt patri ſuo & matri, uxorib. & liberis: Nõ nouimus uos. Hi impleuerũt uoluntatẽ patris, & audierunt dicentem dominũ ſaluatorem: Mater mea & fratres mei hi ſunt qui faciunt uoluntatem patris mei. Et hæc dicimus, nõ quod in pauperes Iudæos ſiue gẽtiles & omnino

A omnino cuiuslibet gentis pauperes, prohibeamus faciendã eleemoſynã, ſed quod Chriſtianos & credentes pauperes incredulis præferamus, & inter ipſos Chriſtianos ſit multa diuerſitas, utrum peccator an ſanctus ſit. Vnde & Apoſtolus paſsim in omnes miſericordiam probans, infert: maxime in domeſticos fidei. Domeſticus fidei eſt, qui eadẽ tibi religione coniungitur, quẽ à conſortio fraternitatis peccata nõ ſeparant. Quod ſi de inimicis quoq; nobis præcipitur: ut ſi eſurierint, demus eis cibum: ſi ſitierint, demus eis potum, & hæc facientes cõgregemus carbones ſuper caput eorum: quãto magis de his qui nõ ſunt inimici, & qui Chriſtiani ſunt atq; ſancti? Neq; uero hoc quod dicitur: hoc enim faciẽs, carbones ignis congregabis ſuper caput eius: in malã partẽ accipiendũ eſt, ſed in bonã. Quando enim inimicis noſtris præbemus beneficia, malicia eorum noſtra bonitate ſuperamus, & mollimus duriciam, iratumq; animũ ad mollicieẽ & beneuolentiam flectimus: atq; ita cõgregamus carbones ſuper capita eorum, de quibus ſcriptum eſt: Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatorijs: ut quomodo de altari à ſeraphim carbo ſublatus, prophetæ labia purgauit: ita & inimicorum noſtrorũ peccata purgentur, & uincamus in bono malũ, & benedicamus maledicẽtibus: & imitemur patrem noſtrum, qui ſolẽ ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Igitur & tu quia paucos habes filios, plurimos fac tibi amicos, de iniquo mammona, qui te recipiant in æterna tabernacula. Pulchre dixit, de iniquo: Omnes em̃ diuitiæ de iniquitate deſcendũt: & niſi alter perdiderit, alter nõ poteſt inuenire. Vnde & illa uulgata ſententia mihi uidetur eſſe ueriſsima: Diues aut iniquus, aut iniqui hæres; Quod cum legis doctor audiſſet, & ferre nõ poſſet: quia habebat diuitias multas, cõuerſus dominus ad diſcipulos ait: Quàm difficile qui diuites ſunt intrare poſſunt in regna cœlorum. Nõ dixit impoſsibile, ſed difficile: licet exemplũ poſuerit impoſsibilitatis. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, q̃ diuitem intrare in regnũ dei. Hoc autẽ nõ tam difficile eſt q̃ impoſsibile. Nũquam em̃ fieri poteſt, ut camelus tranſeat per foramẽ acus. Nunquam igitur diues intrare poterit regna cœlorũ. Sed camelus tortuoſus & curuus eſt, & graui ſarcina prægrauat. Et nos ergo quando prauas ingredimur ſemitas, & rectã domini uiam dimittimus, & oneramur mũdi diuitijs ſiue pondere delictorũ, regnũ dei ingredi non ualemus. Quod ſi deponamus grauiſsimã ſarcinã, & aſſumamus nobis pennas columbæ: uolabimus & requieſcemus, & dicetur nobis: Si dormiatis inter medios cleros, pennæ colũbæ deargẽtatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Dorſum noſtrũ quod prius informe erat, & graui ſarcina premebat, habeat nitorẽ auri, quod interpretatur in ſenſu: & alas deargentatas, quæ intelligũtur eloquia ſcripturarũ: & regnũ dei intrare poterimus. Dicunt apoſtoli ſe omnia quæ ſua fuerãt dimiſiſſe, & mercedẽ pro hac uirtute audacter expoſcũt. Quibus reſpondit dominus: Omnis qui relinquit domũ, aut fratres, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut uxorẽ, aut filios, aut agros ꝓpter nomẽ meũ, centuplum accipiet, & uitam æternã poſsidebit. O quanta beatitudo, pro paruis magna recipere, æterna pro breuibus, pro morituris ſemper uiuentia, & habere dominũ debitorem. Si qua autẽ uidua habet liberos, & maxime ſi nobilis familiæ eſt, egentes filios nõ dimittat, ſed ex æqualitate, & ut meminerit primũ animæ ſuę, & ipſam putet eſſe de filijs, & partiatur potius cũ liberis q̃ omnia filijs derelinquat: imò Chriſtũ liberorũ ſuorũ faciat cohæredẽ. Reſpondebis, difficile eſt, durũ eſt, & contra naturã. Sed dominũ audies tibi reſpondentẽ: Qui poteſt capere, capiat. Et, ſi uis eſſe perfecta. Non tibi iugum neceſsitatis imponit, ſed poteſtati tuæ liberum cõcedit arbitriũ. Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis, fac quod fecerũt apoſtoli, uẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere ſaluatorem, & nudã ſolamq; crucẽ, nuda ſequaris & ſola. Nõ uis eſſe perfecta, ſed ſecundũ uis tenere gradum uirtutis, dimitte omnia quæcunq; habes, da filijs, da propinquis. Nemo te reprehendit ſi inferiora ſecteris, dummodo illam ſcias tibi iure prælatam, quæ elegerit prima. Dices, hoc apoſtolorum eſt & uirorum: mulierem autẽ nobilẽ non poſſe omnia uendere, quæ multis adiumentis huius uitæ indigeat:

Audi

Audi igitur apostolum commonentē: Non ut alijs refrigeriū, uobis autē tribulatio: sed c
ex æqualitatē, uestra abundātia illorum sustentet inopiā: ut & illorū abundantia, uestræ
inopiæ sit supplemētum. Vnde inquit dominus: Qui habet duas tunicas, det alterā non
habenti. Quid si Scythiæ frigora sint, & alpinæ niues: quæ nō duabus & tribus tunicis,
sed uix pecudum pellibus repelluntur? Quicquid ergo corpori nostro sufficere potest,
& humanæ succurrere imbecillitati, quos nudos natura profudit: hoc una appellāda est
tunica: & quicquid in præsentibus alimentis necessārium est, hoc unius diei uictus ap-
pellatur. Vnde præceptum est: Non cogitetis de crastino, hoc est de futuro tempore. Et
Apostolus: Habētes, inquit, uictum & uestitum, his contenti sumus. Si plus habes quàm
tibi ad uictum uestitumq; necessārium est, illud eroga, & in illo debitricem esse te nouе
ris. Ananias & Sapphira apostoli meruere sententiā, quia sua timide reseruarunt. Ergo
ne, inquies, puniendus est qui sua non dederit? Minime. Ideo puniti sunt, quia mentiri
uoluerunt spiritui sancto: & reseruantes necessāria uictui suo, quasi perfectе seculo re
nunciantes, uanā gloriā sectabantur. Alioqui licet libere uel dare uel non dare. Quanq̄
ei qui cupiat esse perfectus, præsens paupertas, futuris diuitijs compensanda sit. Quo-
modo autē uidua uiuere debeat, breui sermone comprehēdit Apostolus, dicēs: Vidua
quæ in delitijs est, uiuens mortua est, & nos in duobus libellis quos ad Furiam & Salui-
nam scripsimus, plenius dictum putamus.

Quæstio Secunda.

QVomodo accipiendum sit illud saluatoris apud Matthæum: Dico autē uobis: non
bibam amodo de hoc genimine uitis, usq; in diem illum quo bibam illud nouum
uobiscum in regno patris mei. Ex hoc loco quidam mille annorum fabulā struunt: in
quibus Christum regnaturū corporaliter esse contendūt: & bibiturum uinū, quod ex il
lo tempore usq; ad consummationē mundi non biberit. Nos autem audiamus panem,
quem fregit dominus, deditq; discipulis suis, esse corpus domini saluatoris, ipso dicen-
te ad eos: Accipite & comedite, hoc est corpus meum: & calicem illum esse, de quo ite- D
rum locutus est: Bibite ex hoc omnes: hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro mul-
tis effundetur. Iste est calix de quo in propheta legimus: Calicem salutaris accipiam. Et 6
alibi: Calix tuus inebrians quàm præclarus est. Si ergo panis qui de cœlo descendit, cor
pus est domini: & uinum quod discipulis dedit, sanguis illius est noui testamēti, qui pro
multis effusus est in remissionem peccatorū: Iudaicas fabulas repellamus, & ascēdamus
cum domino cœnaculū magnum, stratū atq; mundatū, & accipiamus ab eo sursum ca-
licem noui testamēti: ibiq; cum eo pascha celebrātes, inebriemur ab eo uino sobrietа-
tis. Nō enim est regnū dei cibus & potus, sed iusticia & gaudiū, & pax in spiritu sancto.
Nec Moyses dedit nobis panē uerum, sed dominus Iesus: ipse conuiua & conuiuiū: ipse
comedens & qui comeditur: Illius bibimus sanguinē, & sine ipso potare nō possumus,
& quotidie in sacrificijs eius de genimine uitis ueræ, & uineæ Sorec, quæ interpretatur
electa, rubentia musta calcamus, & nouū ex his uinum bibimus de regno patris: nequaq̄
in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus, cantantes cāticum nouū, quod nemo potest
cantare, nisi in regno ecclesiæ, quod regnum patris est. Hunc panem & Iacob patriar-
cha comedere cupiebat, dicens: Si fuerit dominus deus mecum, & dederit mihi panē
ad uescēdum, & uestimētum ad operiendum. Quotquot enim in Christo baptizamur,
Christum induimus, & panē comedimus angelorum, & audimus dominū prædicantē:
Meus cibus est, ut faciā uoluntatem eius qui me misit patris, ut impleam opus eius. Facia
mus igitur uoluntatē eius qui misit nos patris, & impleamus opus eius, & Christus no-
biscum bibet in regno ecclesiæ sanguinem suum.

Quæstio Tertia.

QVæ causa sit, ut de resurrectione domini & apparitione, euāgelistæ diuersa narra-
uerint. In quibus primū quæris: cur Matthæus dixerit: Vespere autē sabbati illu-
cescente in una sabbati dominū surrexisse, & Marcus mane resurrectionē eius factā esse
comme-

A commemoret, ita scribens: Cum aūt resurrexisset una sabati mane apparuit Mariæ mag-
dalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia: & illa abiens, nunciauit his qui cum eo fuerāt
lugentibus & flentibus. Illiq; audientes quod uiueret, & quod uidisset eum, non credi-
7 derunt ei. Huius quæstionis, duplex solutio est. Aut enim non recipimus Marci testi-
monium, quod in raris fertur euangelijs, omnibus Græciæ libris penè hoc capitulū in fi
ne non habentibus, præsertim cum diuersa atq; contraria euangelistis cæteris narrare
uideatur. Aut hoc respondendum, quod uterq; uerum dixerit: Matthæus quando do-
minus surrexerit uespere sabbati: Marcus autem, quando eum uiderit Maria Magdale-
ne, id est, mane prima sabbati. Ita enim distinguendum est: Cum autem resurrexisset: &
parumper spiritu coartato inferendū, prima sabbati mane apparuit Mariæ Magdalenæ:
ut qui uespere sabbati (iuxta Matthæū) surrexerat, ipse mane prima sabbati (iuxta Mar
cum) apparuerit Mariæ Magdalenæ. Quod quidem & Ioannes euangelista significat,
mane eum alterius diei uisum esse demonstrans.

Quæstio Quarta.

QVomodo iuxta Matthæum, uespere sabbati Maria Magdalene uidit dominum re-
surgentem: & Ioannes euāgelista refert eam mane una sabbati iuxta sepulchrum fle
re? Vna sabbati dies dominica intelligenda est: quia omnis hebdomada in sabbatū, &
in primā, & secundā, & tertiā, & quartā, & quintā, & sextā sabbati diuiditur: quam eth-
nici idolorum & elementorū nominibus appellāt. Deniq; apostolus collectā pecuniæ,
quæ indigentibus præparabatur, in una sabbati præcepit congregandā. Nec putandum
est, Matthæum & Ioannem diuersa sensisse: sed unū atq; idem tempus, mediæ noctis sci
licet & gallorum cātus, diuersis appellasse nominibus. Matthæus enim scribit: Vespere
sabbati, id est sero, non incipiēte nocte, sed iam profunda & magna ex parte trāsacta, ap-
paruisse dominū Mariæ Magdalenæ: & apparuisse, uespere sabbati illucescentis in unā
sabbati: seipsum interpretās quid dixisset, uespere sabbati, id est, appropinquāte iam lu-
B ce sequentis diei: Et Ioānem non absolute dixisse: Vna aūt sabbati uenit Maria Magdale
ne mane ad sepulchrum, sed addidisse, cum adhuc essent tenebræ. Eiusdem igitur atque
unius temporis, id est, mediæ noctis atq; gallorū cantus, alterum finem, alterum dixisse
principium. Mihiq; uidetur euangelistā Matthæum, qui euāgelium Hebraico sermone
conscripsit, non tam uespere dixisse quàm sero: & eum qui interpretatus est, uerbi ambi
guitate deceptum, nō sero interpretatum esse, sed uespere. Quanquā consuetudo huma
ni sermonis teneat: sero non uesperū significare, sed tarde. Solemus em̄ dicere: sero ue-
nisti, id est, tarde: & quæ facere ante debueras, fac saltem sero, id est, tardè. Sin autem il-
lud obijcitur: quomodo eadem Maria quæ prius uiderat dominū resurgentem, postea
ad sepulchrum eius flere referatur: hoc dicendū est, quod & sola & cum altera, siue cum
alijs mulieribus memor beneficiorum, quæ in se dominus contulerat, ad sepulchrū eius
frequenter cucurrerit, & nunc adorauerit quē uidebat, nunc fleuerit quē quærebat ab-
sentē. Licet quidā duas Marias Magdalenas de eodē uico Magdalo fuisse contendant, &
alterā esse quæ in Matthæo eum uiderit resurgentē, alterā quæ in Ioanne eum quærebat
absentem. Quatuor autē fuisse Marias, in euangelijs legimus: unā matrē domini saluato
ris, alterā materterā eius, quæ appellata est Maria Cleophæ, tertiā Mariā matrem Iacobi
& Iose, quartam Mariā Magdalenam. Licet alij matrem Iacobi & Iose, materterā eius fu
isse contendant. Nonnulli (ut se liberent quæstione) in Marco uolunt unā esse de Ma-
rijs: sed non additum cognomen Magdalene, & ex superfluo scriptorum inoleuisse ui
tio, quod primum euangelista non scripserit. Nobis autem simplex uidetur & aperta re
sponsio, sanctas fœminas, Christi absentiā non ferētes, per totam noctē, non semel, nec
bis, sed crebro ad sepulchrum domini cucurrisse, præsertim cum terræmotus, & saxa
diruta, & sol fugiēs, & rerum natura turbata, & (quod his maius est) desiderium salua-
toris somnum ruperit fœminarum.

Quæstio

Quæstio Quinta.

QVomodo iuxta Matthæū, Maria Magdalene ueſpere ſabbati cum altera Maria aduoluta ſit pedibus ſaluatoris: cum ſecundum Ioannē, audierit à domino: Noli me tangere, necdum enim aſcendi ad patrem meum. Quæ prius uiderat dominum reſurgentem cum altera Maria, & eius pedibus fuerat aduoluta: poſtea reuerſa per noctē (domi enim ob deſiderium eius manere non poterat) uenit ad ſepulchrum. Cumq; lapidem quo monumentum fuerat clauſum, uidiſſet ablatum, cucurrit ad Simonem Petrum, & ad alterum diſcipulum quem Ieſus amabat plurimū, & dicit eis: Tulerunt dominum de monumento: & neſcio ubi poſuerunt eum. Error mulieris cū pietate ſociatus eſt. Pietas in eo erat, quod deſiderabat eum, cuius nouerat maieſtatem. Error in eo, quod dicebat: Tulerunt dominū de monumento, & cætera. Deniq; cū Petrus & Ioannes introeuntes ſepulchrū, uidiſſent linteamina ſeparata: & ſudarium quo caput domini fuerat inuolutum, ſeorſum poſitū: & reſurrexiſſe crederent, cuius corpus nō inuenerant in ſepulchro: Maria ſtabat ad monumentū foris plorans. Cumq; ſe inclinaſſet, uidit duos angelos in albis ſedētes in loco monumēti ad caput & pedes, ubi poſitū fuerat corpus Ieſu: ut ſub tanta cuſtodiæ dignitate, nō crederet ab hominibus potuiſſe furari, qui miniſtris angelis ſeruabatur. Dicunt ei angeli, quos cernebat: Mulier quid ploras? ſecūdum illud quod dominus loquebatur ad matrem: Quid mihi & tibi eſt mulier? nondū uenit hora mea: ut ex eo quod appellauerunt mulierē, arguerent fruſtra plorantē, & dicerent: Quid ploras? Intantū autem Maria Magdalene obſtupefacta torpuerat, & fidem miraculis territa quaſi in caligine poſsidebat, ut ne angelorum quidem præſentium ſentiret aſpectum, ſed muliebriter reſponderet, & diceret: Ideo ploro, quia tulerunt dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. O Maria, ſi dominū credis & dominum tuum, quomodo arbitraris ab hominibus ſublatum? Neſcio, inquit, ubi poſuerunt eum. Quomodo neſcis, quem pauloante adoraſti? Cumq; uideret angelos, & quos cernebat, ignoraret: ſtupore perterrita, huc atq; illuc faciem circumferebat, nihil aliud niſi dominum uidere deſiderans, conuerſaq; retro, uidit Ieſum ſtantem: & neſciebat, quia Ieſus erat. Non quod iuxta Manichæum & alios hæreticos formā dominus uultumq; mutaſſet, ut pro uoluntate diuerſus ac uarius uideretur: ſed quod Maria ſtupefacta miraculo, hortulanum putaret, quem tanto ſtudio requirebat. Itaq; & dominus ijſdem uerbis, quibus & angeli loquitur ad eam: Mulier quid ploras? Addiditq; de ſuo, quem quæris? At illa reſpōdit: Domine ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, ubi poſuiſti eum, & ego eum tollam. Hic dominum nō de confeſsione ueræ fidei ſaluatorem uocat, ſed humilitate & timore hortulano defert obſequium. Et uide, quanta ignorantia. Quem cuſtodiebat cohors militum, cuius ſepulchro angeli præſidebant, ab uno hortulano arbitratur ablatum: & ignorans imbecillitatem fœmineam, tantarum ſe uirium repromittit & credit, ut corpus uiri & perfectæ ætatis, quod (ut cætera taceam) centum libris myrrhæ circumlitū erat, exiſtimaret ab una & pauida muliere poſſe portari. Cumq; Ieſus appellaſſet eam, atq; dixiſſet Maria, ut quem facie non agnoſcebat, uoce intelligeret: illa in errore perſiſtens, nequaquam dominum, ſed Rabbi, id eſt magiſtrum uocat. Et uide quanta turbatio, quem hortulanum putans dominum nuncupauerat, dei filium reſurgentem magiſtrum uocat. Itaq; ad eam quæ quærebat uiuentem cū mortuis, quæ errore fœmineo & imbecillitate muliebri huc illucq; currebat, & corpus quærebat occiſi, cuius pedes uiuentis tenuerat, loquitur dominus & dicit: Noli me tangere, tibi enim nondū aſcendi ad patrem meum. Et eſt ſenſus: Quem mortuū quæris, uiuentem tangere non mereris. Si me necdum putas aſcendiſſe ad patrem, ſed hominum fraude ſublatum, meo tactu indigna es. Hoc autem dicebat, non ut ſtudium quærentis obtunderet, ſed ut diſpenſationem carnis aſſumptæ, in diuinitatis gloriam ſciret eſſe mutatam, & nequaquam corporaliter uellet eſſe cū domino, quē ſpiritualiter credere deberet regnare cū patre. Vnde & apoſtoli maioris fidei ſunt, qui abſq; angelorum uiſu, abſq; ipſius ſaluatoris aſpectu, poſtquam corpus eius in monumēto nō repererant, crediderūt eum ab inferis ſurrexiſſe. Alij putant primum eſſe quod à Ioanne narratū eſt: ueniſſe Mariam Magdalenā ad ſepulchrum, & uidiſſe reuolutū lapidē à monumēto: & poſtea regreſſam cum apoſtolis, Petro & Ioanne, ſolam ad monumentū remanſiſſe: & idcirco adhuc incredulam, à domino fuiſſe correptā: reuerſamq; domū, rurſum ad ſepulchrū ueniſſe cū Maria: & ab angelo monitā, exeuntē de monumēto, adoraſſe dominū: & tenuiſſe pedes eius, quando ab eo pariter audierunt: Auete. Et illæ acceſſerunt, & tenuerūt pedes eius, & adorauerunt eū. Quæ intantū profecerūt, ut mittant ad apoſtolos, & audiant primū, nolite timere: ſecundo, ite nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me uidebūt.

Quæstio Sexta.

QVomodo cuſtodiente militū turba, Petrus & Ioānes libere ingreſsi ſint ſepulchrū, nullo prohibēte cuſtodum. Hac uidelicet cauſa, quia ueſpere ſabbati quæ lucescebat in prima ſabbati, uenit Maria Magdalene, & altera Maria uidere ſepulchrum. Et ecce terræ motus factus eſt magnus. Angelus quoq; domini deſcendit de cœlo: & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum: eratq; aſpectus eius ſicut fulgur: & ueſtimentum illius, ſicut nix. Præ timore autē eius perterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt uelut mortui. Igitur qui fuerant tanto timore perterriti, ut putarētur mortui: aut dimiſiſſe ſepulchrum & fugiſſe credēdi ſunt: aut ita corpore & animo obtorpuiſſe, ut nō dicam uiros, ſed ne mulierculas quidē, ſepulchrū intrare cupientes, auderēt prohibere. Magnus enim timor eos exterruerat, uidentes lapidē reuolutum, & terræmotū factum nō ex more ſolito, ſed tam magnum, qui cuncta concuteret, & euerſionē terræ funditus minaretur: Angelum quoq; deſcēdiſſe de cœlo, tam claro uultu, ut non lampadē & humana lumen arte ſuccenſum, ſed fulgur imitaretē cœli, quo illuſtrantur omnia. Vnde & in tenebris uidere potuerunt. Itaq; libere introeunt. Viderat enim Maria Magdalene, quæ eis
B nunciauerat lapidē reuolutum, & corpus domini de monumēto eſſe ſublatum. Angelū autē non putemus idcirco ueniſſe, ut aperiret ſepulchrum domino reſurgēti, & reuolueret lapidē: ſed poſtquam dominus reſurrexit, hora qua ipſe uoluit, & quæ nulli mortalium cognita eſt, indicaſſe quod factū eſt: Et ſepulchrum uacuū reuolutione lapidis, & ſui oſtēdiſſe præſentia: quæ omnia uidebantur, ſplendore faciei ipſius, & horrorem tenebrarum fulgoris claritate uincente.

Quæstio Septima.

QVomodo Matthæus & Marcus ſcribant apoſtolis mādatum per mulieres, ut irent in Galilæam dominū reuiſuri: cū Lucas & Ioannes, Hieroſolymis ab illis uiſum eſſe perhibeant. Aliud eſt undecim ſe offerre diſcipulis, qui propter metum Iudæorū abſconditi erant: quando ad eos clauſis ingreſſus eſt ianuis: & putantibus, quod uideretur in ſpiritu, manus & latus obtulit, clauis & lancea uulneratum: aliud quando ſecundū Lucam, præbuit ſe eis in multis argumētis per dies quadraginta, apparēs eis & loquens de regno dei: & conueſcēs præcepit eis, ab Hieroſolymis ne diſcederēt. In altero eñ p̄ conſolatione timētium uidebatur: & uidebat breuiter, rurſumq; ex oculis tollebatur. In altero aūt tanta familiaritas erat & perſeuerantia, ut cum eis pariter ueſceret. Vnde & Paulus apoſtolus refert eū quingētis ſimul apparuiſſe diſcipulis. Et in Ioāne legimus, quod piſcantibus apoſtolis in litore ſteterit, & partē aſsi piſcis fauumq; comederit: quæ ueræ reſurrectionis indicia ſunt. In Hieruſalē autē nihil horum feciſſe narratur.

Quæstio Octaua.

QVid ſignificet quod in euangeliſta Matthæo ſcriptū eſt: Ieſus aūt clamans uoce magna, emiſit ſpiritū: & uelū tēpli ſciſſum eſt in duas partes, à ſummo uſq; deorſum: & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumēta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum qui dormierant, ſurrexerūt. Et exeuntes de monumentis, poſt reſurrectionē eius, uenerunt in ſanctam ciuitatē & apparuerunt multis. De hoc loco in ijſdē Matthæi commentarijs diſſeruimus. Primumq; dicēdum, quod diuinæ ſit potētię, ponere animā quā

do uoluerit,& rursum acccipere eam. Deniq; Centurio audiens eum dixisse ad patrē: In c
manus tuas cōmendo spiritū meū:& statim spiritū sponte dimisisse:cōmotus signi magnitudine aīt: Vere filius dei erat iste. Velū quoq; templi scissum est in duas partes:ut cō pleretur illud quod refert Iosephus,præsides tēpli dixisse uirtutes: Transeamus ex his sedibus. In euāgelio aūt quod Hebraicis literis scriptū est,legimus:nō uelū templi scissum 8
sed superliminare templi miræ magnitudinis corruisse. Terra,inquit,mota est, pendentem dominū suum ferre non sustinēs:& petræ scissæ sunt,ut indicarēt duritiam Iudæorum,qui præsentem dei filium intelligere noluerunt:& monumenta aperta sunt, in signum futuræ resurrectionis:multaq; sanctorū corpora exeuntia de sepulchris, uenerūt in sanctam ciuitatē,& apparuerunt multis. Sanctam ciuitatē,Hierosolymā debemus accipere,ad distinctionē omnium ciuitatū,quæ tunc idolis seruiebant. In hac em̄ sola fuit templum,& unius dei cultus,& uera religio: & nō omnibus apparuerunt, sed multis, qui resurgentē dominum susceperunt. Deinde iuxta Anagogen dicēdum est, quod inclamante Iesu & emittēte spiritum: uelum tēpli scissum sit in duas partes à summo usq; deorsum:& omnia legis sint reuelata mysteria:ut quæ prius recōdita tenebant, uniuersis gentibus proderent. In duas aūt partes,in uetus & nouum testamētum: & à summo usq; deorsum:ab initio mundi,quādo homo cōditus est,& reliqua quę facta sunt in medio,sacra narrat historia,usq; ad cōsummationē mundi. Et quærendum,quod uelū templi scissum sit,exterius an interius? Mihi uidet in passione domini illud uelum esse conscissum,quod in tabernaculo & in tēplo foris positum fuerat, & appellabatur exterius. Quia nunc ex parte uidemus,& ex parte cognoscimus. Cum autē uenerit quod perfectū est,tunc & uelum interius dirumpendū est:ut omnia quæ nunc nobis abscōdita sunt, domus dei sacramēta uideamus. Videamus quid significent duo cherubim: quid oraculum,quid uas aureum in quo manna recōditum fuit. Nunc em̄ per speculum uidemus in ænigmate:& cum historiæ nobis uelum scissum sit,ut ingrediamur atrium dei, tamē secreta eius & uniuersa mysteria quæ in cœlesti Hierusalē clausa retinētur,scire nō possumus. Igitur in passione domini terra cōmota est:iuxta illud quod scriptum est in Aggæo: Adhuc semel,& ego mouebo cœlū & terrā:& ueniet desideratus cunctis gētibus: ut ab Oriente & Occidēte ueniant & recumbant cum Abrahā,Isaac, & Iacob. Et petræ scissæ sunt,dura corda gētilium:siue petræ, uniuersa uaticinia prophetarū, qui & ipsi à petra Christi cum apostolis petræ uocabulū acceperunt:ut quicquid in eis duro legis uelamine claudebat,scissum pateret gentibus. Monumēta quoq; de quib. scriptū est: Vos estis sepulchra extrinsecus dealbata,quæ intus plena sunt ossibus mortuorū: ideo sunt aperta,ut egrederētur de his,qui prius in infidelitate mortui erāt,& cum resurgēte Christo atq; uiuēte uiuerent,& ingrederētur cœlestē Hierusalē:& haberent municipatū,nequaquam in terra,sed in cœlo:morientesq; cum terreno Adam,resurgerēt cum Adam supercœlesti. Porrò secundū literam,nulli uiolentū esse uideatur,mortuo saluatore appellari Hierusalē sanctam ciuitatē:cum usq; ad destructionem eius semper apostoli templum ingressi sint,& ob scandalū eorum qui de Iudæis crediderāt legis exercuerint ceremonias. Intātum autem Hierusalē amauit dominus,ut fleret eam & plangeret, & pendens in cruce loqueretur: Pater ignosce illis:quod enim faciunt,nesciūt. Itaq; impetrauit quod petierat:multaq; statim de Iudæis milia crediderunt,& usq; ad quadragesimū secundum annum datum est tēpus pœnitentiæ. Post quos perseuerantibus illis in malicia,egressi sunt duo ursi de syluis gentiū Romanarū, Vespasianus & Titus, & blasphemantes pueros,ascēdente uero Eliseo in domū dei (hoc em̄ interpretatur Bethel) uoce cōsona illudentes interfecerūt,atq; lacerauerūt:& ex eo tempore Hierusalē nō appellat̄ ciuitas sancta:sed sanctitatē & pristinum nomē amittens, spiritualiter uocatur Sodoma & Aegyptus:ut ædificetur pro ea ciuitas noua, quam fluminis impetus lætificat: & de cuius medio egreditur fons, qui totius orbis amaritudinem mitigauit: ut miserabilis Israel,ruinas templi,nudatis plangat lacertis:& in Christo turba credētium,noua quoti die ui-

A die uideat ecclesiæ tecta cōsurgere,& dicat Sion: Angustus mihi locus est: impleatur q; illud quod in Esaia scriptum est:Et erit sepulchrum eius inclytum.

Quæstio Nona.

QVomodo saluator secundum Ioannē,insufflauit spiritum sanctum in sanctos apostolos:& secundum Lucam,post ascensionē se missurū repromittit? Huius quęstionis perfacilis solutio est,si docēte apostolo Paulo,spiritus sancti diuersas gratias nouerimus. Scribit em̄ in prima ad Corinthios epistola: Diuisiones donorū sunt, idem uero spiritus:& diuisiones ministeriorū sunt,idem autē dominus:& diuisiones operationum sunt,idem autē deus,qui operat̄ omnia in omnibus. Vnicuiq; autē datur manifestatio spiritus,ad id quod expedit. Alij quidem datur per spiritū sermo sapiētiæ: alij sermo scientiæ secundum eundē spiritum. Alij gratia sanitatum in uno spiritu:alij fides in eodem spiritu:alij operatio uirtutum:alij prophetia,alij discretio spirituū:alij genera linguarum:alij aūt interpretatio sermonū. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus,diuidens singulis prout uult. Ergo dominus qui post resurrectionē suā iuxta Lucæ euangeliū dixerat:Ecce ego mittam promissionē patris mei in uos: Vos autē sedete in ciuitate quoadusq; induamini uirtute ex alto:& iuxta eundē in apostolorū actibus est locutus:præcepit eis ab Hierosolymis ne discederēt,sed expectarēt promissionē patris: quam audistis,inquit,per os meū:quia Ioannes quidē baptizauit aqua,uos autē baptizabimini spiritu sancto,nō post multos hos dies. Rursum in fine euāgelij secūdum Ioannem: eo die quo resurrexerat,id est,die dominica,clausis ianuis ad apostolos introisse narratur,& dixisse eis secundo,Pax uobis:& intulisse:Sicut misit me pater, & ego mitto uos:hoc cum dixisset,insufflauit,& dixit eis: Accipite spiritum sanctū, quorū remiseritis peccata,remittunt̄ eis,& quorū retinueritis,retenta erunt. Prima igitur die resurrectionis,acceperunt spiritus sancti gratiam:qua peccata dimitterēt & baptizarent, & filios dei facerēt,& spiritū adoptionis credētibus largirentur:ipso saluatore dicēte:Quo-
B rum remiseritis peccata,remittunt̄ eis:& quorū retinueritis,retenta erunt. Die aūt pentecostes eis amplius repromissum est,ut baptizarentur spiritu sancto, & induerent uirtute ex alto,qua Christi euāgelium cunctis gentibus prędicarent:iuxta illud quod in sexagesimoseptimo psalmo legimus:Dominus dabit uerbū euāgelizantibus uirtute multa:ut haberent operationē uirtutum,& gratiam sanitatū, & prædicaturi multis gētibus, acciperent genera linguarū:ut iam tunc cognosceret,qui apostolorum quibus deberēt gentibus nunciare. Deniq; apostolus Paulus qui de Hierusalē usq; ad Illyricum prædicauit,& inde per Romam ad Hispaniā ire festinat,gratias agit deo,quod cunctis apostolis magis linguis loquat̄. Qui em̄ multis gentibus annunciaturus erat,multarū linguarū acceperat gratiā. Quæ repromissio spiritus sancti die decima post ascensionē saluatoris expleta est,Luca referente,qui scripsit:Cum complerētur die pentecostes,erāt omnes pariter in eodē loco:& factus est repente de cœlo sonus tanq̄ aduenientis spiritus uehementis:& repleuit totam domū ubi erant sedentes,& apparuerūt illis dispartitę linguæ tanq̄ ignis:seditq; supra singulos eorū,& repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui alijs linguis,prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Tunc cōpletum est illud quod legitur in Iohel:Et erit in nouissimis diebus,dicit dns:Effundā de spiritu meo super omnem carnē:& prophetabūt filij uestri & filiæ uestræ,seniores uestri somnia somniabūt, & iuuenes uestri uisiones uidebunt. Verbum aūt effusionis significat gratię largitatem, & idipsum sonat,quod dominus repromisit:Vos aūt baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Intantū em̄ spiritu sancto baptizati sunt: ut repleret tota domus ubi erant sedētes:& ignis spiritus sancti stationē in eis inueniret optatā,linguasq; diuideret:& secundū Esaiā,qui immunda labia habere se dixerat,purgaret labia eorū,ut euāgelium Christi purius prædicarēt. Et in Esaia quidē superliminare templi dicit fusse commotum: & repleta est omnis domus fumo,id est errore & tenebris, uerię; ignorātia. In principio aūt euāgelij repletur spiritu sancto ecclesia,ut gratia eius atq; feruore, omniū

credentium peccata purgẽtur, & igne ſpiritus ſancti, quẽ dominus miſſurum eſſe ſe di- c
xerat, prædicatura Chriſtũ lingua ſanetur. Nõ ergo Ioannes Lucasq; diſcordãt: ut quod
ille primo reſurrectionis die datũ eſſe ſignificat, hic quinquageſimo die ueniſſe deſcri-
bat: ſed profectus apoſtolicus eſt, ut qui primo remittendorũ peccatorum gratiã acce-
perant, poſtea acciperẽt operationes uirtutum, & cuncta donationũ genera, quæ ab A-
poſtolo deſcripta cõmemorauimus: & (quod magis neceſſarium erat) diuerſitatẽ lin-
guarum omniũ gentium: ut annunciaturi Chriſtũ, nullo indigerẽt interprete. Vnde &
in Lycaonia cum audiſſent Paulũ & Barnabã loqui linguis ſuis, deos in homines cõuer
ſos eſſe credebant. Et re uera indumentũ uirtutis, ſpiritus ſancti gratia eſt: quam poſsi-
dentes, iudicũ tribunalia & regũ purpuras nõ timebant. Promiſerat em̃ dominus prius
quàm pateretur, & dixerat: Cum autẽ tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid lo
quamini. Dabitur em̃ uobis in illa hora, quod loquamini. Nõ enim uos eſtis qui loqui-
mini, ſed ſpiritus patris ueſtri q̃ loquit̃ in uobis. Ego autẽ audacter & tota libertate pro
nuncio, ex eo tempore quo apoſtoli domino crediderũt, ſemper eos habuiſſe ſpiritum
ſanctũ: nec potuiſſe ſigna facere abſq; ſpiritus ſancti gratia, ſed pro modulo atq; menſu
ra. Vnde ſaluator clamabat in tẽplo dicens: Qui ſitit, ueniat ad me, & bibat: & qui credit
in me, ſicut dicit ſcriptura: flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc aũt dixit de ſpi
ritu quẽ accepturi erãt credentes in eum. Et in eodẽ loco infert: Nõdum em̃ erat ſpiritus
datus, quia Ieſus nõdum fuerat glorificatus: nõ quod nõ eſſet ſpiritus ſanctus, dicẽte do
mino ſaluatore: Si aũt ego in ſpiritu ſancto eijcio dæmonia: ſed quia erat in domino, nec
dum totus in apoſtolis morabat̃. Quam ob rem terrentur ad paſsionẽ eius, & negãt, &
Chriſtũ ſe neſcire iurant. Poſtq̃ autẽ baptizant̃ in ſpiritu ſancto, & infundit̃ in eos ſpiri-
tus ſancti gratia, tunc libere loquunt̃ ad principes Iudæorũ: Obedire magis deo opor-
tet, q̃ hominibus: mortuos ſuſcitãt: inter flagella lætant̃, fundunt ſanguinẽ pro Chriſto,
& ſupplicijs ſuis coronãtur. Nõdum ergo erat ſpiritus in apoſtolis, nec de uentre eorũ
fluebant gratiæ ſpiritales, quia dominus necdũ fuerat glorificatus. Quę ſit aũt gloria, ip- d
ſe in euãgelio loquitur: Pater glorifica me gloria quã apud te habui, prius q̃ mundus eſ-
ſet. Gloria ſaluatoris, patibulũ triumphãtis eſt. Crucifigit̃ ut homo, glorificatur ut deus.
Deniq; ſol fugit, luna mutatur in ſanguinẽ, terra motu inſolito cõtremiſcit: aperiuntur
inferi, mortui ambulant, ſaxa rumpuntur. Hæc eſt gloria, de qua loquebatur in pſalmo:
Exurge gloria mea, exurge pſalteriũ & cithara. Ipſaq; de ſe reſpondit gloria & diſpenſa-
tio carnis aſſumptæ: Exurgam diluculo, ut impleatur uigeſimiprimi pſalmi titulus, pro
aſſumptione matutina. Hæc dicimus, nõ quod aliũ deum, alium hominẽ eſſe credamus,
& duas perſonas faciamus in uno filio dei, ſicut noua hæreſis calumniatur: ſed unus at-
que idem filius dei & filius hominis eſt: & quicquid loquit̃, aliud referimus ad diuinam
eius gloriã, aliud ad noſtrã ſalutẽ. Pro quibus nõ rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem
deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiẽs: factus obediẽs patri uſq; ad mortẽ,
mortẽ aũt crucis. Et uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Miror autẽ Montanũ &
inſanas fœminas eius, abortiuos ꝓphetas, domino promittẽte atq; dicẽte: Vado & aliũ
paracletum mittã uobis: & poſtea Luca euãgeliſta narrante, quod apoſtoli acceperunt
quod promiſſum eſt: id multo poſt tẽpore in ſe dicere fuiſſe completũ. Apoſtolis enim
promiſſum eſt: Ego mittã ſponſionẽ patris mei in uos: & uos ſedebitis in ciuitate, quo-
adũſq; induamini uirtute ex alto: & reſurgens, in apoſtolos inſufflauit, & nõ in Monta-
num, Priſcillã & Maximillã: & illis, id eſt apoſtolis ait: Quorũ dimiſeritis peccata, dimit-
tuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta ſunt. Apoſtolis inquam, præcepit, ne diſcederẽt
ab Hieroſolymis: ſed expectarẽt ꝓmiſsionẽ patris. Et poſtea quod promiſſum eſt, exple
tum legimus: Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperũt loqui alijs linguis, prout ſpi
ritus ſanctus dabat eloqui illis. Spiritus em̃ ſanctus ubi uult ſpirat. Et quãdo dicit dñs,
alium paracletũ mittam uobis, & ſe oſtẽdit eſſe paracletum, qui appellatur conſolator.
Vnde & deus pater hoc cenſetur nomine, deus miſerationum & totius cõſolationis. Si

autem

A autem & pater conſolator, & filius conſolator, & ſpiritus ſanctus conſolator eſt: & in
nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, quod intelligitur deus, baptizant̃ credentes: quo
rum unum diuinitatis & conſolatoris eſt nomẽ, eorũ & una natura eſt. Hic ſpiritus ſan-
ctus, non ſolum in apoſtolis, ſed etiam in prophetis fuit: de quo Dauid orabat, dicens.
Spiritum ſanctũ tuum ne auferas à me. Et Daniel ſpiritum dei habuiſſe narratur: & Da-
uid in ſpiritu loquitur, dixiſſe dominũ domino ſuo: ſede à dextris meis, donec ponam
inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Nec ſine ſpiritu ſancto prophetauerunt pro-
phetæ: & uerbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorũ, & quic
quid patris & filij eſt, hoc idem & ſpiritus ſancti eſt: & ipſe ſpiritus ſanctus cũ mittitur, à
patre & filio mittitur: in alio atq; alio loco, ſpiritus dei patris, & Chriſti ſpiritus appella-
tur. Vnde & in Actibus apoſtolorum: qui Ioannis baptiſmate fuerant baptizati, & crede
bant in deum patrem & Chriſtum: quia ſpiritum ſanctum neſciebant, iterum baptizan-
tur: imò tunc uerum accipiunt baptiſma. Abſq; enim ſpiritu ſancto, imperfectũ eſt my-
ſterium trinitatis. Et in eodem uolumine, Petrus Ananiæ & Sapphiræ dixiſſe narratur,
quod mentientes ſpiritui ſancto, non ſint hominibus mentiti, ſed deo.

Quæſtio Decima.

QVid ſignificet illud quod apoſtolus Paulus diſputat, ad Romanos ſcribẽs: Quid er-
go dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? abſit: uſq; ad eum locum, ubi ait: Niſi
dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemẽ, ſicut Sodoma facti fuiſſemus, & ſicut Gomor-
ra ſimiles fuiſſemus. Omnis quidẽ ad Romanos epiſtola, interpretatiõe indiget: & tan
tis obſcuritatib. inuoluta eſt, ut ad intelligendã eam ſpiritus ſancti indigeamus auxilio:
qui per Apoſtolũ hæc ipſa dictauit: ſed præcipue locus hic, in quo quidã uolẽtes dei ſer-
uare iuſticiã, ex præcedentib. cauſis dicũt electũ in utero Rebeccæ Iacob, & abiectũ E-
ſau: ſicut & Hieremias & baptiſta Ioãnes eligunt̃ in utero: & ipſe apoſtolus Paulus præ-
deſtinat̃ in euangeliũ anteq̃ naſcat̃. Nobis aũt nihil placet, niſi quod eccleſiaſticum eſt &
B publice in eccleſia dicere nõ timemus: ne iuxta Pythagoram & Platonẽ & diſcipulos eo
rum, qui ſub nomine Chriſtiano introducũt dogma gentiliũ, dicamus animas lapſas de
cœlo eſſe, & pro diuerſitate meritorum, in his uel in illis corporib. pœnas antiquorum
luere peccatorũ. Multoq; melius eſt ſimpliciter imperitiã confiteri, & inter cætera quæ
neſcimus, etiã huius loci obſcuritatẽ refugere, q̃ dum uolumus dei ꝓbare iuſticiã, Baſili
10 dis & Manichæi hæreſim defendere, & Hiberas nænias Aegyptiaq; portenta ſectari. Di
camus igit̃, ut poſſumus, & apoſtolicæ uoluntatis ſequentes ueſtigia, ne punctum quidẽ
(ut dicit̃) atq; unguẽ tranſuerſum, ab illius ſentẽtijs recedamus. Fleuerat ſupra, & dolo
ri ſuo & cõſcientiæ teſtem inuocauerat ſpiritũ ſanctũ, quod fratres ſui & cognati ſecun
dum carnẽ, id eſt Iſraelitæ, dei filiũ nõ recepiſſent, quorũ fuit adoptio, & gloria, & teſta
mentũ, & legislatio, & cultura, & ꝓmiſsio: ex quibus etiam ipſe Chriſtus ſecundũ carnẽ
de Maria generatus eſt uirgine: & tam cõtinuo cordis dolore torquetur: ut ipſe optet a-
nathema eſſe à Chriſto, id eſt ſolus perire, ne omne Iſraeliticũ genus pereat. Et quia hoc
dixerat, ſtatim ueniẽtem è regione præuidit quæſtionẽ. Quid ergo dicis? Omnes q̃ ex Iſ-
rael ſunt perierũt? Et quõ tuipſe & cæteri apoſtoli, & infinita Iudaici populi multitudo,
Chriſtũ dei filiũ recepiſtis? Quã ita ſoluit: Iſrael in ſcripturis ſanctis dupliciter appellat̃,
& in duos diuidit̃ filios: In unum qui iuxta carnẽ eſt, & in alterũ qui iuxta repromiſsio-
nem & ſpiritum. Abrahã duos habuit filios, Iſmael & Iſaac. Iſmael, qui ſecundum carnẽ
natus eſt, hæreditatẽ patris nõ accepit. Iſaac, qui de repromiſsione generatus ex Sara eſt,
ſemẽ dei appellat̃. Scriptum eſt em̃: In Iſaac uocabitur tibi ſemẽ, id eſt, nõ qui filij carnis,
hi filij dei: ſed qui ſunt filij repromiſsiõis, iſti exiſtimant̃ in ſemine. Et hoc nõ ſolũ in Iſ-
mael & Iſaac accidiſſe cõuincimus: ſed etiã in duobus Rebeccæ filijs, Eſau & Iacob: quo
rum alter abiectus, alter electus eſt. Et hoc totũ dicit, ut in duobus priorib. fratribus, Iſ-
mael & Eſau, populum Iudæorũ abiectum eſſe ſignificet: In poſterioribus autẽ, hoc eſt
in Iſaac & Iacob, electum populũ gentium: uel eos qui ex Iudæis in Chriſtum crediturí

erant. Et quoniã hoc uolens approbare, proposuerat testimonium nascentium geminorum Esau & Iacob: de quibus scriptum est: Maior seruiet minori: Et in Malachia legimus: Iacob dilexi, Esau autem odio habui: uenientẽ è latere quæstionẽ more suo proponit & differit: & hac soluta, reuertitur ad id de quo cœperat disputare. Si Esau & Iacob necdum nati erant: nec aliquid egerãt boni aut mali, ut uel demererentur deũ, uel offenderent: & electio eorũ atq; abiectio, nõ merita singulorũ, sed uoluntatẽ eligentis & abijcientis ostendit: quid ergo dicemus? Iniquus est deus? Secundum illud exemplũ quo loquitur ad Moysen: Miserebor cui misertus fuero: & misericordiã præstabo, cui miserebor. Si hoc, inquit, recipimus, ut faciat deus quodcunq; uoluerit, & absq; merito & operibus uel eligat aliquẽ uel cõdemnet: ergo nõ est uolentis neq; currentis, sed miserentis dei: maxime cũ eadem scriptura, hoc est idem deus loquaẽ ad Pharaonem: In hoc ipsum excitaui te, ut ostendã in te uirtutẽ meam, & annuncietur nomẽ meum in uniuersa terra. Si hoc ita est, & pro uoluntate sua miseretẽ Israeli, & indurat Pharaonẽ: ergo frustra queriẽ atq; causaẽ, nos uel bona nõ feciſſe, uel feciſſe mala: cũ in potestate ipsius sit & uoluntate, absq; bonis & malis operibus uel eligere aliquẽ uel abijcere, præsertim cũ uoluntati illius humana fragilitas resistere nequeat. Quã ualidam quæstionẽ, scripturarum ratione cõtextam, & penẽ insolubilẽ, breui Apostolus sermone dissoluit, dicens: O homo, tu quis es qui respondeas deo? Et est sensus. Ex eo quod respondes deo, & calumniam facis, & de scripturis tanta perquiris, ut loquaris cõtra deum, & iusticiã uoluntatis eius incusas, ostẽdis te liberi esse arbitrij, & facere quod uis, uel tacere uel loqui. Si enim in similitudinẽ uasis fictilis te à deo creatum putas, & illius nõ posse resistere uoluntati: hoc cõsidera, quia uas fictile nõ dicit figulo, quare me sic feciſti? Figulus eñ habet potestatẽ de eodem luto aut eadẽ massa aliud uas in honorẽ facere, aliud in contumeliã. Deus autem æquali cũctos sorte generauit: & dedit arbitrij libertatẽ, ut faciat unusquisque quod uult, siue bonum siue malum. Intantum autẽ dedit omnibus potestatẽ, ut uox impia disputet contra creatorem suum, & causas uoluntatis illius perscrutetur. Sin autẽ deus uolens ostendere iram, & notam facere potentiã suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ, apta ad interitum: ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam: quos & uocauit, nõ solum nos ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meã, plebem meam: & non dilectã, dilectam: & erit in loco ubi dictum est eis, nõ plebs mea uos, ibi uocabuntur filij dei uiui: & cætera quæ sequuntur. Si, inquit, patientia dei indurauit Pharaonẽ, & multo tempore pœnas distulit Israelis, ut iustius cõdemnaret, quos tanto tempore sustinuerat: nõ dei accusanda est patientia & infinita clementia, sed eorum duritia, qui bonitate dei in perditionem suam abusi sunt. Alioquin unus est solis calor: & secundum essentias subiacentes, alia liquefacit, alia indurat, alia soluit, alia constringit. Liquatur enim cera, & induratur lutũ: & tamẽ caloris non est diuersa natura. Sic & bonitas & clementia dei, uasa iræ quæ apta sunt in interitum, id est populum Israel, indurat: uasa autem misericordiæ quæ præparauit in gloriã, quæ uocauit, hoc est nos, qui nõ solum ex Iudæis sumus, sed etiam ex gentibus, nõ saluat irrationabiliter & absq; iudicij ueritate, sed causis præcedentibus: quia alij nõ susceperũt filium dei, alij autem recipere sua sponte uoluerunt. Hæc autẽ uasa misericordiæ, nõ solũ populus gẽtium est: sed etiã hi qui ex Iudæis credere uoluerũt, & unus credentium effectus est populus. Ex quo ostenditur, nõ gentes eligi, sed hominũ uoluntates, atq; ita factũ est ut impleretur illud quod dictum est in Osee: Vocabo nõ plebẽ meam, plebẽ meam, hoc est populum gentiũ: ut quibus prius dicebatur, non plebs mea uos, nunc uocẽtur filij dei uiui. Quod ne solum de gentibus dicere uideretur, etiam eos qui ex Israelitica multitudine crediderunt, uasa misericordiæ & electionis appellat. Clamat enim Esaias pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ saluæ fiẽt: hoc est, etiã si multitudo nõ crediderit, tamẽ pauci credent. Verbũ enim consummatum atq; breuiatum in sua deus æquitate librauit: ut humilitate & incarnatione

A natione Christi eos saluos faceret, qui in eum credere uoluissent. Hoc ipsum & in alio loco dixit Esaias: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti fuissemus, & sicut Gomorra similes essemus. Cumq; testimonia proposuisset, quibus duplex uocatio prædicitur, & gentiũ & populi Iudæorũ, transit ad cohærentẽ disputationẽ: & idcirco dicit gentes quæ nõ sectabantur iusticiã, apprehendisse iusticiã: quia non superbierint, sed in Christũ crediderint: Israelis aũt magnã partem ideo corruisse, quia offenderit in lapidẽ offensionis & petrã scandali, & ignorauerit iusticiã dei, & quærens suam statuere iusticiã, iusticiæ dei quę Christus est, subijci noluerit. Legi in cuiusdam cõmentarijs sic respondisse Apostolũ, ut magis implicuerit quàm soluerit quæstionẽ. Ait enim ad id quod proposuerat: Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Et nõ est uolentis neq; currentis, sed miserentis dei: & cuius uult miseretur, & quem uult indurat deus, & uoluntati eius quis potest resistere? sic Apostolũ respondisse: O homo, qui terra & cinis es, audes facere quæstionẽ deo? & uas fragile atq; testaceũ rebellas contra figulum tuum? Nunquid figmentũ potest dicere ei qui se finxit: quare me sic feciſti? Aut nõ habet potestatẽ figulus luti ex eadem massa facere aliud quidẽ uas in honorẽ, aliud uero in contumeliam? Aeterno igitur silentio conticesce, & scito fragilitatẽ tuam, & deo ne moueas quæstionẽ, qui fecit quod uoluit, ut in alios clemens, in alios seuerus existeret.

Quæstio undecima.

QVid sit quod Apostolus scribit ad Corinthios in secunda epistola: Alijs odor mortis in mortẽ, alijs odor uitæ in uitam, & ad hæc quis tam idoneus? Totum loci huius capitulum proponamus, ut ex præcedentibus & sequentibus possint intelligi media quę ex utroq; contexta sunt. Cum uenissem, ait, Troadem, propter euangeliũ Christi, & ostium mihi euidens apertũ esset in domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrẽ meum, sed uale faciens eis, profectus sum in Macedoniã. Deo aũt gratia qui semper nos triumphat in Christo Iesu, & odorẽ noticiæ suæ per nos
B manifestat in omni loco, quia Christi bonus odor sumus deo, in his qui salui fiunt, & in
II his qui pereunt: alijs quidem odor mortis in mortem, alijs aũt odor uitæ in uitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim sumus, sicut plurimi uenundantes uerbum dei, sed ex synceritate: sed sicut ex deo, coram deo in Christo loquimur. Narrat Corinthijs quæ fecerit, quæ passus sit, & quomodo in cunctis deo agat gratias, ut sub exẽplo sui illos prouocet ad certandũ. Veni, inquit, Troadem, quæ prius Troia appellabatur, ut euangeliũ Christi in Asia prędicarẽ. Cumq; mihi ostium apertum esset in domino, hoc est, plurimi credidissent, siue per signa atq; uirtutes quæ in me operabaẽ deus, spes esset nascentis fidei & in domino succrescentis, nõ habui requiem spiritui meo, hoc est, speratã consolationem inuenire nõ potui: eo quod Titũ fratrem meũ non inuenerim, siue quem ibi reperiendum putabã, siue quem ibi audieram degere, uel qui uenturũ esse illuc se dixerat. Quæ aũt fuit tanta consolatio, & quæ requies spiritui in præsentia Titi: quẽ quia non inuenit, ualefaciens eis, profectus est in Macedoniã? Aliquoties diximus apostolũ Paulum uirum fuisse doctissimũ, & eruditũ ad pedes Gamalielis, qui in apostolorũ actibus concionatur, & dicit: Et nunc quid habetis cum hominibus istis? Si enim à deo est, stabit: si ex hominibus, destruetur. Cumq; Paulus haberet scientiam sanctarũ scripturarũ, & sermonis diuersarumq; linguarũ gratiam possideret: unde ipse gloriatur in domino, & dicit: Gratias ago deo quod omniũ uestrum linguis magis loquor: diuinorũ sensuum maiestatem digno non poterat Græci eloquij explicare sermone. Habebat ergo Titum interpretem, sicut & beatus Petrus Marcum. Cuius euangeliũ, Petro narrante, & illo scribente, compositũ est. Deniq; & duæ epistolæ quæ ferunt Petri, stilo inter se & charactere discrepant, structuraq; uerborũ. Ex quo intelligimus, pro necessitate rerum, diuersis eum usum interpretibus. Ergo & Paulus apostolus contristatur, quia prædicationis suæ in præsentiarum fistulam, organumq; per quod Christo caneret, non inuenerat: perrexitq; in Macedoniã: apparuerat enim ei uir Macedo dicens: Transiens adiua nos: ut ibi

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

inuenirет Titum,& uisitaret fratres,uel persecutionibus probaretur:hoc est enim quod c
dicit:Deo autem gratia qui semper triumphat nos in Christo Iesu,& odorē notitiæ suæ spargit in omni loco. Triumphat nos, pro eo quod est,triumphat de nobis,siue triumphum suū agit per nos:qui in alio loco dixerat: Spectaculū facti sumus mūdo & angelis & hominibus. Deniq; narrat in consequentibus. Nam cum uenissemus Macedoniā,nullam requiē habuit caro nostra,sed omnem tribulationē passi sumus. Foris pugnæ,intus timores. Sed deus qui consolat humiles,consolatus est nos in aduentu Titi. Non solum aūt in aduentu eius,sed etiam in solatio. Ergo propterea ualefaciens Troianis siue Troadensibus,profectus est in Macedoniā, ut inueniret ibi Titum, & haberet interpretationis euangelijq; solatiū:quem intelligimus non ibi repertū,sed post tribulationes & persecutiones apostoli superuenisse. Prius ergo q̄ uenisset Titus, multa perpessus,agit gratias deo in Christo Iesu,quē gentibus prædicabat, quod dignū se elegerit, in quo ageret triumphū filij sui. Triumphus dei est,passio martyrū,& pro Christi nomine cruoris effusio,& inter tormenta læticia. Cum enim quis uiderit tanta perseuerantia stare martyres atq; torqueri,& in suis cruciatibus gloriari,odor noticię dei disseminat in gentes:& subit tacita cogitatio, quod nisi uerum esset euangeliū, nunquā sanguine defenderetur. Neq; enim delicata & diuitijs studens ac secura confessio est,sed in carceribus,in plagis, in persecutionibus,in fame,in nuditate & siti. Hic triumphus est dei,apostolorumq; uictoria. Sed poterat audiens respondere: Quomodo ergo nō omnes crediderunt? Prius ergo quàm interrogaret soluit ἀντιπροφορὰν:& iuxta morē suum quicquid alius obijcere potest,anteq̄ obijciat edisserit. Et est sensus:Nominis Christi in omni loco bonus odor sumus deo,& prædicationis nostræ longe lateq; spirat fragrantia. Sed quia homines suo arbitrio derelicti sunt:neq; enim bonum necessitate faciunt,sed uoluntate,ut credentes coronā accipiant, increduli supplicijs mancipentur: ideo odor noster qui per se bonus est,uirtute eorum & uitio qui suscipiūt siue nō suscipiunt, in uitam transit aut mortem: ut qui crediderint,salui fiant:qui uero non crediderint,pereant. Nec hoc mirandum de d
apostolo,cum etiā de domino legerimus:Ecce hic positus est in ruinā, & in resurrectionem multorū in Israel,& in signū cui contradicit:solisq; radios tam munda loca excipiant quàm immūda,& sic in floribus quomodo in stercore luceant,nec tamen solis radij polluunt: Sic & Christi bonus odor,qui nunq̄ mutari potest, nec suam naturā amittere, credentibus uita est,incredulis mors. Mors aūt non ista cōmunis, qua cum bestijs morimur & iumētis:sed illa de qua scriptū est, Anima quæ peccauerit,ipsa morietur. Ergo & uita arbitranda est nō hæc,qua spiramus & incedimus,& huc illucq; discurrimus:sed illa de qua Dauid loquit: Credo uidere bona domini in terra uiuentiū. Deus enim uiuorum est,& non mortuorū:& uita nostra abscondita est cum Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit uita nostra,tunc & nos cum illo apparebimus in gloria. Nec uobis, inquit,ò Corinthij parum esse uideatur,si nobis prædicantibus ueritatē,alij credant,alij non credant:alij uera morte moriant,alij uiuant ea uita quæ dicit:Ego sum uita. Nisi em nos locuti essemus, nec incredulos mors, nec credentes uita sequeret: quia difficile dignus præco Christi inueniri potest,qui in annūciandis illis nō suam,sed eius quærat gloriam quē prędicat. In eo aūt quod se negat nō esse sicut multos,qui uenditent uerbū dei, ostendit esse quàmplurimos, qui quæstū putant esse pietatē, & turpis lucri gratia omnia faciunt,qui deuorāt domos uiduarū:se aūt ex synceritate quasi missum à deo, & præsente eo qui se miserit,omnia in Christo & pro Christo loqui:ut causa prędicationis dei,triumphus Christi, eiusq; sit gloria. Et notandū quod mysterium trinitatis in huius capituli fine monstretur. Ex deo enim in spiritu sancto, coram deo patre, in Christo loquimur. Ad comprobandū autem quod de Troade perrexerit Macedoniam, de apostolorum actibus ponam testimonium. Cum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem, & uisio per noctem Paulo ostensa est. Vir Macedo quidam erat stans & deprecans eum dicens:Transiens in Macedoniam adiua nos. Quod cum audisset,statim

quæsiuimus

A quæsiuimus,p ficisci in Macedoniā,certi facti,quod uocasset nos deus euangelizare eis.

Quæstio duodecima.

QVid sit quod in epistola scribit ad Thessalonicenses prima:Ipse autē deus pacis sanctificet uos per omnia:ut integer spiritus uester & anima & corpus, sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruet. Famosa quæstio,sed breui sermone tractanda. Supra dixerat,spiritū nolite extinguere: quod si fuerit intellectū,statim sciemus quis iste sit spiritus, qui cum anima & corpore in die aduētus domini cōseruandus est. Quis enim possit credere,quod instar flammæ quę extincta desinit esse quod fuerat,extinguatur spiritus sanctus,& sustineat abolitionem sui,qui fuit quondam in Israel,quando per Esaiam & Hieremiā & singulos prophetas dicere poterat: Hæc dicit dominus: & nunc in ecclesia per Agabum loquitur: Hæc dicit spiritus sanctus. Diuisiones donorum sunt, idem uero spiritus:& diuisiones ministeriorū sunt,idem autem dominus: & diuisiones operationū,idem uero deus,qui operatur omnia in nobis. Vnicuiq; aūt datur manifestatio spiritus ad id quod expedit. Alij per spiritū datur sermo sapientiæ,alij sermo scientiæ secundū eundem spiritū: alij fides in eodem spiritu,alij operatio uirtutū,alij gratia sanitatum in uno spiritu,alij prophetia, alij discretio spirituū. Omnia aū hæc operatur unus atq; idem spiritus,diuidens singulis prout uult. De hoc spiritu,ne à se auferretur,rogabat Dauid,dicens: Spiritum sanctū tuum ne auferas à me. Qui quando aufertur,nō substantia sui,sed ei à quo aufertur extinguitur. Ego puto unum atq; idem significare,Spiritum nolite extinguere,& quod in alio loco scribit,Spiritu feruētes. In quo enim feruor spiritus multiplicata iniquitate, & charitatis frigore non tepescit:in hoc spiritus nequaquam extinguitur. Deus igitur pacis sanctificet uos per omnia uel in omnibus,siue ple-
12 nos atq; perfectos:hoc enim magis sonat ὁλοτελεῖς. Deus autē appellatur pacis: quia per Christum ei recōciliati sumus: qui est pax nostra,qui fecit utraq; unum,qui & in alio loco pax dei dicitur:superans omnem sensum,quæ custodit corda cogitationesq; sancto-
B rum. Qui autē sanctificatur siue perfectus in omnibus est, in hoc & spiritus & anima & corpus in die domini conseruatur. Corpus,si singulorū membrorū utatur officijs: uerbi gratia,si operetur manus,pes ambulet, oculus uideat, audiat auris, dentes cibos molant,stomachus coquat,aluus digerat: aut si nulla membrorū parte truncatū est. Et hoc quisquam potest credere, Apostolum pro credentibus deprecari: ut in die iudicij integrum omniū corpus Christus inueniat: cum omniū corpora, aut morte dissoluta sint: aut si (ut quidā uolunt) reperta fuerint spirantia, adhuc habeant debilitates suas,& maxime martyrū,& eorum qui pro Christi nomine uel oculos effossos,uel amputatas nares, uel abscissas manus habeant? Ergo integrū corpus est:de quo diximus in alia quęstione, tenens caput,ex quo omne corpus connexū atq; compactum,accipit augmentū in ædificationem corporis Christi. Hoc corpus ecclesia est. Et quicunq; huius corporis tenuerit caput,& cætera membra seruauerit, habebit integrū corpus, quantū accipere potest humana natura. Iuxta hunc modum & animæ integritas conseruanda est,quæ dicere potest:Benedic anima mea dominū, qui sanat omnes infirmitates tuas: & de qua scriptum est:Misit uerbū suum,& sanauit eos. Spiritus quoq; in nobis integer conseruatur,quando nō erramus in spiritalibus,sed uiuimus in spiritu,acquiescimus spiritui,& opera carnis mortificamus spiritu,afferimusq; omnes fructus eius,charitatē, gaudium,pacem,& cætera. Aliter. Præcipitur nobis,Solomone dicente: Tu aūt describe ea tripliciter in consilio & scientia,ut respondeas uerbum ueritatis,his qui proponūt tibi. Triplex in corde nostro descriptio & regula scripturarū est. Prima,ut intelligamus eas iuxta historiā. Secunda iuxta Tropologiā. Tertia iuxta intelligentiā spiritualem. In historia, eorum quæ scripta sunt,ordo seruatur. In Tropologia,de litera ad maiora cōsurgimus:& quicquid in priori populo carnaliter factū est, iuxta moralem interpretamur locum, & ad animæ nostræ emolumenta cōuertimus. In spirituali θεωρίᾳ ad sublimiora transimus:terrena dimittimus:de futurorū beatitudine & cœlestibus disputamus,ut prętentis uitę meditatio

umbra

umbra futuræ beatitudinis sit. Quos Christus tales inuenerit: ut & corpore & anima & c
spiritu integri conseruent, & perfectã habeant triplicis in se scientiæ ueritatẽ: hos sua pa
ce sanctificabit, & faciet esse perfectos. Multi simpliciter hunc locũ de resurrectione in-
telligũt: ut & spiritus & anima & corpus in aduentu domini integra conseruent. Alij ex
hoc loco triplicẽ in homine uolunt affirmare substantiã: Spiritus, quo sentimus: animę,
qua uiuimus: corporis, quo incedimus. Sunt qui ex anima tantum & corpore subsistere
hominẽ differentes, spiritũ in eo tertiũ non substantiã uelint intelligi, sed efficientiã, per
quã & mens in nobis, & sensus, & cogitatio & animus appellant: & utiq; nõ sunt tot sub
stantiæ, quot nomina. Cumq; illud eis oppositum fuerit: Benedicite spiritus & animæ iu
storum domino: scripturã non recipiunt, dicentes eam in Hebraico nõ haberi. Nos aũt
in præsenti loco (ut supra diximus) spiritũ qui cum anima & corpore integer conserua
tur, non substantiã spiritus sancti, quæ nõ potest interire, sed gratias eius donationesq;
accipimus, quæ nostra uel uirtute uel uitio, & accenduntur & extinguuntur in nobis.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA

SVo lustrauit ingenio.] Nonnulli codices habent illustrauit. Vtraq; lectio probe habet: t
Lustrauit, quod illius scripta per omnes Galliæ partes uolitarent & uagarentur. Illustra-
uit, quod nobilitarit: sed mihi lustrauit magis arridet. Quippiam mussitare.] Mussita-
re, est paululum ac tacite loqui, quod & mutire uocant, à μυ & uerbo μύζω. Licet conce
dens eis.] Paucissimis contigit quod diuo Hieronymo, ut hæc tria simul coniungerent: literas, quas
uocant seculares, eloquentiam & scientiam scripturæ diuinæ. Non indoctis.] Retulit uerba Pauli
è prima ad Corinthios epistola capite secundo. Vt abyssus ueteris.] Verba psalmi quadragesimi 2
primi trahit ad Allegoriam. Indicat obiter in quo sita sit Theologica cognitio, non in curiosis & am
bitiosis quæstionibus uel rixis potius, sed in utriusq; instrumenti scientia, in qua mire ualuit Hierony
mus. Porrò cataractæ dicuntur prærupta, per quæ flumen deijcitur potius quàm defluit. Veritas
domini.] Ex psalmo trigesimoquinto. Et uide, ut mire tria loca contexuit. Quibus mandatũ est.]
Hoc legis psalmo septuagesimoseptimo. Meum munusculum condiat.] Quidam codices ha- 3
bent holusculum pro munusculum, quidam pectus: sed holusculum, magis probo: quandoquidem d
Hieronymus palàm alludit ad historiam quæ est Regum lib.iiij.cap.iiij.de Eliseo, qui puerum emisit
ut colligeret herbas agrestes, & coqueret pulmentum filijs prophetarum. Qui cum inuenisset quasi
uitem syluestrem, collectasq; ex ea colocynthidas coxisset & apposuisset, exclamauerunt: Mors in
olla: unde & hic mortuas aquas dixit. Cæterum Eliseus iniecta farina sustulit amaritudinem. Quia
omne sacrificium.] Id inculcat lex Mosaica, ne quod sacrificium offeratur absque sale, ut Leuitici ij.
Quicquid obtuleris sacrificij, sale cõdies, nec auferes sal fœderis dei tui de sacrificio tuo. In omni ob-
latione offeres sal. Quam uidit Iesus.] Lucæ cap.x. quod mire torsit ad superbam eloquentiam, 4
ex allusione uocum, fulgor & fulgur. Decorem nec speciem.] Ad eum modum mire depinxit
[redacted] in Esaias capite quinquagesimotertio.

Ex prima quæstione.

Et Apostolus passiuam in omnes.] Omnes quos uiderim codices habebant passiuã. Verum ego 5
uel omnibus refragantibus non dubitem legere passim. Quidam habebant passiuam, & omnem in
omnes. Locus est apud Paulum in epistola ad Galatas cap.sexto. Sed camelus.] Et hic camelus
pro animante accepit, non pro rudente, quemadmodum interpretantur quidam. Quanquam Chri-
stus cum diuitem appellat, non simpliciter appellat diuitem qui possidet opes, sed qui eas ut rem ma
gni momenti miratur & amat. Alioqui nec princeps bonus, nec bonus episcopus, nec bonus iudex
erit qui miratur diuitias, tantum abest ut bonus Christianus.

Ex secunda quæstione.

Hic est sanguis.] Christus alludit ad uerba, quibus iuxta ceremonias Mosaicas utebat sacerdos, 6
aspergens uictimæ sanguinem. Vineæ Sorec.] Sic ipse interpretatur, bona uitis, uel optima ui-
nea, seu electa uitis, aut uinea electionis.

Ex tertia quæstione.

Quod in raris fertur euange.] In his quidem exemplaribus quæ mihi uidere contigit, habebatur 7
quidem, sed extremo loco, uelut adiectitium. Ita enim distinguendũ.] Hic perpende lector quan
tum habeat ad intelligendos autores momenti recta distinctio. Est enim ceu cõmentariolum sermo
scite scriptus, ac diligenter distinctus. Verbi ambiguitate deceptũ.] Si diuus Hieronymus legisset
euangelium secundũ Matthæũ Hebraice scriptum: hic erat locus illud citandi, cum ait Hebraicã uo
cem ancipitẽ fuisse. Quanq; in Catalogo scriptorũ illustrium indicat à se uisum in bibliotheca Cæsa
rien si: sed quoniã huius testimoniũ nusquam adducit, nisi disputans de uoce osanna: aut sensisse uide
tur de euangelio Nazarenorũ, quod quidam Matthæo tribuebant: aut aliud quippiam in causa fuit.
Sed ut

A Sed ut ad rem redeã, apud Latinos sero fit quod post tempus fit, & sero quod tarde, & serum diei di-
citur uespera, sicuti mane prima diei pars. Nam Hebræis uespere dicitur עֶרֶב pro quo Græcus habet
ἑσπέρα, quod significat tarde uel sero, hoc est post tempus, uel post longũ tempus, ut apud Latinos sero.
Iacobi & Ioseph.] In Græcis codicibus habetur ἰωσῆ & ἰωσῆς nominandi casu. Vnde uetusti La-
tinorum codices Ioseris habent, non Ioseph. Aut certe Iose legendum est, non Ioseph.

Ex octaua quæstione.

9 In euangelio quod Hebraicis.] Sentit de euangelio Nazarenorum, quod inter apocrypha legi-
tur: id citat & in alijs aliquot locis. Iuxta anagogen.] ἀναγωγὴν, id est, subductionem, cum sensus
ad altiora sustollitur, quo uerbo diuus Hieronymus generaliter solet uti.

Ex nona quæstione.

9 Ad id quod expedit.] Sic enim habent Græca πρὸς τὸ συμφέρον, id est, ad id quod confert.
Quod cunctis apostolis magis.] Et hunc locum citat iuxta Græcanicam ueritatem. Sic enim ha-
bet Paulus capite decimoquarto primæ ad Corinthios epistolæ: Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου πάντων ὑμῶν
μᾶλλον γλώσσαις λαλῶν, id est, gratias ago deo meo, quod omnibus uobis magis linguis loquor. Vt
sensus sit, Paulum non ideo contemnere linguarum donum, quod ipse parum eo præcellat: sed
quod utilius iudicet prophetiæ donum. Et cœperunt loqui uarijs linguis.] Vetusti codices ha-
bebant, alijs linguis, consentientes cum Græcorum exemplaribus, in quibus est, ἑτέραις γλώσσαις.
Et tamen Latinus interpres melius expressit sensum. Non dum enim erat spiritus datus.] Ipse
sermonis tenor arguit, datus, superesse, alioqui nihil erat opus exponere quod esset quidem in do-
mino, sed nondum in apostolis. Montanum.] Is dicebat se spiritum esse sanctum, quem Chri-
stus promisisset discipulis.

Ex decima quæstione.

10 Basilidis.] Augustinus nihil de Basilide meminit, quod ad hunc locum pertineat. Is negauit mun
dum à deo conditum, sed à sexcentesimo sexagesimoquinto cœlo. Christum item crucifixum nega-
uit, sed eius loco Simonem Cyrenæum Manichæi.] Is originem peccati nõ referebat ad liberum
arbitrium, sed ad cõmixtionem boni & mali: quorũ ille duo faciebat principia. Hiberas nænias.]
Id est, nugas Hispanicas. Id diuus Hieronymus libenter usurpat, haud dubie lectum apud poetam
quempiam. Hiberia pars Hispaniæ est: hi laborabant infamia maleficiorũ, & apud illos Geryon fuit
triformis, & Tagus fluuius auro fluens. Aegyptiaq; portenta.] Aegyptij mortalium omnium su-
perstitiosissimi, taurum colunt, simiam caudatã, canem, arietem, & similia portenta loco numinum
B habent, & fabulas portentuosas, ut apud Platonem de dæmone Theuth.

Ex undecima quæstione.

11 Qui semper nos triumphat.] τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς. Sic enim usurpat hoc uerbi Paulus, in
eum sensum, quem mox indicabit diuus Hieronymus, significans Paulum hac uoce noue usum.
Sicut plurimi adulterantes.] Exempla uetusta habebant, uenundantes, & paulo post uenditantes:
Græce habet καπηλεύοντες, id est, cauponantes: quo uerbo usus est Ennius apud Ciceronem.
Quod omnium uestrum linguis.] Cur non potius omnibus uobis, ut genitiuus referatur ad ma-
gis, non ad linguis: nisi magis referas ad cæteros apostolos subauditos. Quæ feruntur Petri.] [redacted]
[redacted] Charactere discrepant.] Characterem uocat figuram dictionis. [redacted]
[redacted]. Antypophoran.] ἀντυποφοράν, ab ἀντὶ quod est contra, & ὑπὸ sub, & φορὰ la-
tio, cum contra id quod dictum est tacite aliquid inferimus. Cum autem pertransissent in Mysi-
am.] Mysi in Asia sunt, uicini Phrygibus, & Troiani Phryges appellantur apud Maronem. Hoc
12 enim magis sonat ὁλοπλεῖς.] Nam ὅλος πέλω, inde ὁλοπλὴς, cui nulla pars deest sui, sicut αὐτοπλὴς.
Nos legimus, ut integer spiritus uester & anima & corpus sine querela seruetur in aduentu do-
mini. Iuxta historiam.] ἱστορία Græce narratio est. ἠθολογία cum de moribus loquimur. Nam
ἦθος mores, λόγος sermo, θεωρία speculatio siue contemplatio. Nostri Theologi Theoriam in
duas secant partes, in Allegoriam, quæ pertinet ad caput ecclesiæ Christum, & illius corpus ec-
clesiam fidelium: & in Anagogen, quæ pertinet ad ecclesiam militantem. Historiam quoque in
duas secant partes, sed ridicule, in grammaticum sensum & literalem, cum inter hæc nihil inter-
sit, nisi quod grammaticus Græcum est, literalis Latinum. Poterant appellare rectius historicum
& grammaticum.

ANTIDOTVS. [redacted]
[redacted]. Dicit omnes diuitias ab iniquitate proficisci, nec citra alterius iniuriam eas parari,
prima questo
ac sententiam

ac sententiam illam ut uerissimā probat: Diues autem iniquus, aut iniqui hæres. Sed aut diuitem appellat, cui cordi sunt diuitiæ, aut de plerisq; est accipiendum, non de omnibus, ut omneis, ὑπερβολικῶς dixerit pro plerisq;, atq; utinā in minus multis locum haberet hæc sentētia. Siquidem si quis ad ujuum exigat, haud scio an uel unum mortaliū sit reperturus qui citra omnem fraudem sibi pararit diuitias.

IN VNDECIMA. Longe alium triumphum Christianorū facit & nunc uulgo quærunt: uidimus enim triumphos aliquot Iulij secundi, multum ab hac forma discrepantes: ac significat, apostolicos utros sanguine uincere oportere, non armis, & Christianam religionem optime defendi sanguine.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS

Algasia & Hedibia ab extremis Galliarum finibus in Bethlehem usq; miserant iuuenem Apodemum Hieronymi uisendi cupidū, ac per hunc quæstiones aliquot proponūt explicandas. Vnde apparet admirabilē diui Hieronymi fuisse famam, ad quem & diuus Augustinus misit suum Orosium.

HIERONYMVS ALGASIAE

Illius meus Apodemius, qui interpretationem nominis sui, longa ad nos ueniens nauigatione, signauit, & de Oceani littore atq; ultimis Galliarum finibus, Roma præterita quæsiuit Bethleem, ut inueniret in ea cœlestem panem, & saturatus eructaret in domino, ac diceret: Eructauit cor meum uerbū bonum, dico ego opera mea regi: detulit mihi in parua schedula maximas quęstiones, quas à te datas, mihiq; tradendas diceret. Ad quarum lectionem intellexi studium reginæ Saba in te esse completum: quę de finibus terræ uenit audire sapientiam Solomonis. Non quidem ego Solomon, qui & ante se, & post se, cunctis hominibus præfertur sapientia, sed tu regina appellanda es Saba: in cuius mortali corpore non regnat peccatum, & quæ ad dominum tota mente conuersa, audies ab eo: Conuertere, cōuertere Sunamitis. Etenim Saba in lingua nostra conuersionē sonat. Simulq; animaduerti, quod quæstiunculæ tuæ de euangelio tantum & de Apostolo propositæ, indicant te ueterē scripturam aut non satis legere, aut non satis intelligere, quæ tantis obscuritatibus & futurorum typis obuoluta est, ut omnis interpretatione egeat: & porta orientalis, de qua uerū lumen exoritur, & per quam pontifex ingreditur & egreditur, semper clausa sit: & soli Christo pateat, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit: ut illo referante introeas cubiculum eius, & dicas: Introduxit me rex in cubiculū suum. Præterea satis miratus sum, cur purissimo fonte uicino, nostri tam procul riuuli fluēta quæsieris, & omissis aquis Siloe, quæ uadunt cum silentio, desideraris aquas Sihor, quæ turbidis seculi huius uitijs sordidantur. Habes istic sanctum uirum Aletium presbyterum, qui uiua (ut aiunt) uoce, & prudenti disertoq; sermone possit soluere quę requiris: nisi forte peregrinas merces desideras, & pro uarietate gustus, nostrorum quoq; condimentorum te alliamenta delectant. Alijs dulcia placent, nonnullos subamara delectant: horum stomachum acida renouāt, illorum salsa sustentant. Vidi ego nauseam, & capitis uertiginem antidoto, quę appellatur πυρετός, sæpe sanari: & iuxta Hippocratem, cōtrariorum contraria esse remedia. Itaq; nostram amaritudinem, illius nectareo melle curato: & mitte in Mara lignum crucis: senilemq; pituitam, iuuenili austeritate cōpesce, ut possis læta cantare: Quàm dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel ori meo.

Quæstio prima.

Vr Ioannes discipulos suos mittit ad dominū, ut interrogent eum: Tu es qui uenturus es: an aliū expectamus: cum prius ipse de eodē dixerit: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi? De hac quęstione in cōmentarijs Matthęi plenius diximus. Vnde apparet quæ hæc interrogas, ipsa te uolumina nō habere. Tamen stringendū est breuiter, ne omnino tacuisse uideamur. Ioānes mittebat discipulos suos in uinculis cōstitutus, ut sibi quærens illis disceret: & capite truncādus, illum doceret esse fectandū, quē interrogatione sua magistrū omniū fatebat. Neq; eū poterat ignorare, quē ignorantib; ante mōstrauerat, & de quo dixerat: Qui habet sponsam, sponsus est. Et: Cuius non sum dignus calciamenta portare. Et: Illum oportet crescere, me autem minui. Deumq; patrem intonantē audierat: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui

complacui. Quod autem dicit: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? hunc quoq; sensum habere potest: Scio quod ipse sis, qui tollere uenisti peccata mūdi: sed quia ad inferos descensurus sum, etiam hoc interrogo, utrum & illuc ipse descendas, an impiū sit, hoc de filio dei credere, aliumq; missurus sis. Hoc autē scire desidero: ut qui te in terris hominibus nunciaui, etiam inferis nunciem: si fortè uenturus es. Tu enim es, qui uenisti dimittere captiuitatē, & soluere eos, qui in uinculis tenebātur. Cuius scisitationē dominus intelligens, operibus magis q̄ sermone respondit: & Ioanni præcipit nunciari, uidere cęcos, ambulare claudos, leprosos mūdari, surdos audire, mortuos surgere, & (quod his maius est) pauperes euangelizari. Pauperes aūt uel humilitate uel diuitijs: ut nulla inter paupertē diuitemq; distantia sit salutis, sed omnes uocent æqualiter. Quodq; infert: Beatus qui nō fuerit scandalizatus in me: non Ioannem, sed discipulos eius percutit, qui prius accesserāt ad eum, dicentes: Quare nos & pharisęi ieiunamus frequenter, discipuli aūt tui non ieiunant? Et ad Ioannē: Magister, cui tu præbuisti testimoniū iuxta Iordanē, ecce discipuli eius baptizant, & plures ueniunt ad eum. Quo dicto, liuorē significant de signorū magnitudine, ex inuidiæ mordacitate uenientē: cur baptizatus à Ioanne, ipse audeat baptizare: & multo amplior ad eum turba concurrat, q̄ prius uenerat ad Ioannē. Et ne forsitan plebs nesciens, hoc dicto Ioannē fugillari arbitraretur, in illius laudes perorat: & cœpit de Ioanne ad turbas dicere circunstantes: Quid existis in desertum uidere? arundinē uento agitatā? Sed quid existis in solitudinē uidere? hominē mollibus uestitū? & reliqua. Cuius dicti hic sensus est: Nunquid ad hoc existis in eremū, ut uideretis hominem instar arundinis uentorū flatu in partes uarias inclinari: ut quem ante laudauerat, de eo nunc dubitet: & de quo prius dixerat: Ecce agnus dei, nunc interroget, utrum ipse an alius sit, qui uel uenerit, uel uenturus sit? Et quia omnis prædicatio falsa, sectat lucra, & gloriam quærit humanā: ut per gloriam nascātur cōpendia, asserit eum camelorū uestitum pilis, nulli posse adulationi succūbere: & qui locustis uescitur ac melle syluestri, nec opes neq; alias terrenas delicias quærere, rigidaq; & austera uita, auras uitare palatij, quas quærunt qui purpura & byssō & serico & mollibus uestiunt. Dicitq; eum non solum prophetā, qui soleat uentura prædicere, sed plus esse quàm prophetā, quia quem illi uenturū esse dixerāt, hic uenisse monstrat, dicens: Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi: præsertim cui ad fastigiū prophetale, baptistæ accesserit priuilegiū: ut qui dixerat, ego à te debeo baptizari, ipse eum baptizauerit, nō præsumptione maioris, sed obedientia discipuli, ac timore serui. Cumq; inter natos mulierū nullum asserat Ioanne surrexisse maiorem, se qui de uirgine procreatus est maiorē esse cōmemorat: siue omnē angelum in cœlis qui minimus est, in terris cunctos homines anteire. Nos enim in angelos proficimus, & nō angeli in nos, sicut quidā stertentes sopore grauissimo somniant. Nec sufficit hoc in Ioannis laudibus, nisi ipse prædicans baptismū pœnitentiæ, prius dixisse referatur: Pœnitentiā agite, appropinquauit enim regnū cœlorū. Vnde à diebus prædicationis eius, regnū cœlorū uim patitur: ut qui homo natus est, angelus esse desideret: & terrenū animal, cœleste quærat habitaculū. Lex enim & prophetæ usq; ad Ioannē prophetauerunt: nō quod Ioānes prophetarū sit finis & legis, sed ille qui Ioānis testimonio prædicatus est. Ioannes aūt secundum mysteriū, quod in Malachia scriptū est, ipse est Elias qui uenturus est: non quod eadē anima (ut hæretici suspicantur) & in Elia & in Ioanne fuerit, sed quod eandē habuerit sancti spiritus gratiā, zona cinctus, ut Elias, uiuēs in eremo, ut Elias, persecutionē passus ab Herodiade, ut ille sustinuit ab Iezabel: ut quomodo Elias secundi præcursor aduentus est, ita Ioannes uenturū in carne dominū saluatorem non solum in eremo, sed etiā in matris utero salutarit, & exultatione corporis nunciarit.

Quæstio secunda.

QVid significet quod in Matthæo scriptum est: Arundinē quassatam nō confringet, & linum fumigans nō extinguet. Ad cuius expositionē loci, totum quod Matthæus de Esaia propheta assumit testimoniū, ponendum est: & ipsius uerba Esaiæ, iuxta Se-

ptuaginta interpretes:ipsumq; Hebraicũ:cui Theodotio,Aquila,Symmachusq; consen C
tiunt.Sic ergo de quatuor euangelistis solus Matthæus posuit:Iesus aũt sciens,secessit in
de:& sequuti sunt eum multi,& curauit eos omnes,& præcepit eis, ne manifestũ eum fa
cerent,ut impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam,dicentẽ: Ecce puer meus
quem elegi:dilectus meus,in quo bene cõplacuit animæ meæ. Ponam spiritũ meum su-
per eum,& iudiciũ gentibus nunciabit.Non contendet neq; clamabit,neq; audiet quis-
quam in plateis uocem eius.Arundinẽ quassatã non confringet,& linum fumigans non
extinguet,donec eijciat ad uictoriã iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt. Pro
quo in Esaia iuxta Septuaginta interpretes sic scriptũ est:Iacob puer meus,suscipiã eum.
Israel electus meus,suscepit eum anima mea.Dedi spiritũ meum super eum, iudiciũ gen
tibus proferet.Non clamabit,neq; dimittet,nec audietur foris uox eius. Arundinẽ con-
fractam nõ conteret,& linum fumigans nõ extinguet,sed in ueritate proferet iudicium.
Splendebit & nõ quassabitur,donec ponat super terram iudiciũ: & in nomine eius gen
tes sperabunt.Nos aũt ex Hebræo ita uertimus: Ecce puer meus,suscipiam eum,electus 4
meus, cõplacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritũ meum super eum, iudiciũ gentibus
proferet.Nõ clamabit,neq; accipiet personã,neq; audietur foris uox eius.Calamũ quas-
satum non conteret,& linum fumigans nõ extinguet. In ueritate educet iudicium. Non
erit tristis,neq; turbulentus,donec ponat in terra iudiciũ, & legem eius insulæ expecta-
bunt.Ex quo apparet Matthæũ euangelistam nõ ueteris interpretationis autoritate con
strictum,dimisisse Hebraicã ueritatẽ:sed quasi Hebræum ex Hebræis, & in lege domini
doctissimũ ea gentibus protulisse,quæ in Hebræo legerat. Si enim sic accipiendũ est, ut
Septuaginta interpretes ediderũt: Iacob puer meus,suscipiam eum:Israel electus meus,
suscepit eum anima mea:quomodo in Iesu intelligimus esse completũ,quod de Iacob &
de Israel scriptũ est? Quod beatum Matthæũ non solum in hoc testimonio, sed etiam in
alio loco fecisse legimus:Ex Aegypto uocaui filium meũ:pro quo Septuaginta transtule
runt:Ex Aegypto uocauit filios suos: quod utiq; nisi sequamur Hebraicam ueritatẽ, ad D
dominum saluatorẽ non pertinere,manifestũ est. Sequitur enim: Ipsi autẽ immolabant
Baalim.Quod autem de assumpto testimonio in Euangelio minus est:splendebit & non
quassabitur, donec ponat super terram iudiciũ: uidetur mihi accidisse primi scriptoris
errore, qui legens superiorem sententiã in uerbo iudicij esse finitam, putauit inferioris
sententiæ ultimũ uerbum esse iudiciũ: & pauca uerba quæ in medio,hoc est,inter iudi-
cium & iudiciũ fuerant,prætermisit.Rursumq; quod apud Hebræos legitur: Et in lege
eius sperabunt insulæ:Matthæus sensum potius quàm uerba interpretans,pro lege & in
sulis nomen posuit & gentes. Et hoc non solum in præsenti loco,sed ubicunq; de ueteri
instrumento Euangelistæ & Apostoli testimonia protulerũt, diligentius obseruandum
est,nõ eos uerba sequutos,sed sensum: & ubi Septuaginta ab Hebraico discrepant,He-
bræum sensum suis expressisse sermonibus.Puer igitur dei omnipotentis iuxta dispensa
tionem carnis assumptæ,qua ad nos mittit,saluator est appellatus.Ad quẽ & in alio loco
dicit pater:Magnũ tibi est uocari puerũ meum, ut cõgreges tribus Iacob. Hæc est uinea
Sorec,quæ interpretatur,electa.Hic est filius amantissimus, in quo sibi cõplacuit anima
dei:non quod deus animã habeat,sed quod in anima omnis dei monstretur affectus.Et
non mirum,si in deo anima nominetur,cum uniuersa humani corporis membra,secun
dum leges Tropologiæ,& diuersas intelligentias,habere dicatur.Posuit quoq; spiritum
suum super eum,spiritũ sapientiæ & intelligentiæ,spiritũ consilij & fortitudinis, spiritũ
scientiæ & pietatis,& timoris domini:qui in specie colũbæ descendit super eum:de quo
& Ioannes baptista à deo patre audisse se narrat.Super quem uideris spiritum sanctũ de-
scendentem & manentẽ super eum,ipse est. Et iudicium gentibus nunciabit: de quo &
in psalmis legimus: Deus iudicium tuum regi da,& iustitiã tuam filio regis. Qui & ipse
loquitur in euangelio:Non enim pater iudicat quenquã,sed omne iudicium dedit filio.
Non contendet:sicut agnus ductus est ad uictimam, non contendet in subuersione au-
dientium

A dientium. Neque clamabit,iuxta illud quod Paulus apostolus scribit: Omnis clamor,&
ira,& amaritudo auferatur à uobis.Non clamabit,quia Israel non fecit iudicium,sed cla
morem.Neq; audiet quisquam in plateis,siue foris uocem eius.Omnis enim gloria filię
regis ab intus, & arcta & angusta uia est, quæ ducit ad uitam. Vnde in plateis uox illius
non auditur, in quibus confidenter agit sapientia, latam spaciosamq; uiam nõ ingredi-
ens,sed arguens atq; condemnans. Vnde & his qui foris erant, non sua uoce,sed per pa
rabolas loquebatur: Arundinem,inquit,quassatam nõ confringet,siue (ut Septuaginta
transtulerunt)calamũ fractum nõ conteret.Calamus fractus qui fuit antea uocalis,& in
laudes domini concinebat,appellandus est Israel: qui quoniam impegit in angularẽ lapi
dem,& cecidit super eum, fractusq; in illo est, propterea dicitur de eo:Increpa dominẽ
bestias calami:& in Iesu uolumine torrens appellatur cannæ, id est, calami,qui aquas ha
bet turbidas,quas elegit Israel,purissima cõtemnens fluenta Iordanis: reuersusq; mente
in Aegyptum,& desiderans cœnosam ac palustrem regionem,peponesq; & cepe,& al-
lia,& cucumeres,ollasq; Aegyptiarum carnium, rectissime per Esaiam appellatur cala-
mus fractus,cui qui inniti uoluerit,pertundetur manus eius.Qui enim post aduentũ dõ
mini saluatoris euangelicæ interpretationis spiritũ derelinquens,in Iudaicę literæ mor-
te requiescit,istius cuncta opera uulnerantur. Linum quoq; fumigans nõ extinguet,po
pulum de gentibus cõgregatum,qui extincto legis naturalis ardore,fumi amarissimi,&
qui noxius oculis est, tenebrosæq; caliginis inuoluebatur erroribus. Quem non solum
non restinxit & redegit in cinerem: sed econtrario de parua scintilla, & penè moriente,
maxima suscitauit incendia: ita ut totus orbis arderet igne domini saluatoris, quem ue-
nit mittere super terram, & in omnibus ardere desiderat. Secundũ Tropologiam quid
nobis uideretur de hoc loco,in commentariolis Matthæi breuiter annotauimus.Iste au
tem qui arundinem quassatam non confregit,& linum fumigans non extinxit:iudicium
quoq; perduxit ad uictoriam,cuius iudicia uera sunt, iustificata in semetipsis: ut iustifi-
B cetur in sermonibus suis, & uincat cum iudicatur: & tamdiu lumen prædicationis eius
in mundo resplendeat,nulliusq; conteratur & uincatur insidijs,donec ponat in terra iu
dicium:& impleatur illud quod scriptum est: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra.
Et in nomine eius gentes sperabunt:siue in lege eius sperabunt insulæ.Quomodo enim
insulæ turbine flatuq; uentorum,& crebris tempestatibus feriunt quidem,sed non sub-
uertuntur, in exemplũ euangelicæ domus, quæ supra petram robusta mole fundata est:
ita & ecclesiæ quæ sperant in lege & in nomine domini saluatoris, loquunt per Esaiam:
Ego ciuitas firma,ciuitas quæ non oppugnatur.

Quæstio tertia.

QVem sensum habeat, quod in euangelista Matthæo scriptũ est: Si quis uult uenire
post me,abneget semetipsum.Quæ est sui abnegatio? aut quomodo qui sequit salua
torem, seipsum abnegat? De quo in tertio cõmentariorũ eiusdem Matthæi libro,ita bre
uiter loquutus sum: Qui deponit ueterem hominẽ cum operibus suis,negat seipsum,di
cens: Viuo aũt iam nõ ego,uiuit uero in me Christus: tollitq; crucẽ suam & mundo cru
cifigitur.Cui aũt mundus crucifixus est,sequitur dominũ crucifixũ. Quibus nunc adde
re possumus: postquã ostendit discipulis quod oporteret eum ire Hierusalem,& multa
pati à sacerdotib.& scribis & principibus sacerdotũ,& occidi,assumens eum Petrus,cœ
pit increpare & dicere: Absit à te domine,nõ erit tibi hoc. Qui cõuersus dicit Petro:Va
de post me satana,scandalũ es mihi:quia nõ sapis quæ dei sunt,sed quæ hominũ.Huma-
no quippe timore perterritus,passionẽ dñi formidabat.Et quomodo,audiẽs multa eum
pati & occidi,timebat:sic audiẽs,& tertia die resurget,gaudere debuerat,& tristiciã pas-
sionis resurrectionis gloria mitigare.Vnde illo ꝓ timore correpto, loquebat ad omnes
discipulos:siue cõuocauit turbã cũ discipulis suis,ut Marcus posuit:aut(iuxta Lucã)di-
cebat ad cunctos:Si quis uult post me uenire,abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã,&
sequat me.Cuius exhortationis hic sensus est: Nõ est delicata in deũ & secura confessio.

Qui in me credit, debet suum sanguinẽ fundere. Qui enim perdiderit animam suam in c
præsenti, lucrifaciet eam in futuro. Quotidie credens in Christum, tollit crucẽ suam, &
negat seipsum. Qui impudicus fuit, uersus ad castitatẽ, temperantia luxuriam negat. Qui
formidolosus & timidus, assumpto robore fortitudinis, priorem se esse nescit. Iniquus
si sequatur iusticiam, negat iniquitatẽ. Stultus si Christum cõfiteatur dei uirtutem & dei
sapientiam, negat stulticiam. Quod scientes, nõ solum persecutionis tempore, & necessi
tate martyrij, sed in omni conuersatione, opere, cogitatione, sermone negemus nosmet
ipsos quod ante fuimus: & cõfiteamur eos qui in Christo renati sumus. Idcirco enim do
minus crucifixus est, ut & nos qui credimus in eum, & peccato mortui sumus, crucifiga
mur cum ipso, dicamusq; quod apostolus Paulus docuit: Cum Christo crucifixus sum.
Et: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mun
dus crucifixus est, & ego mundo. Qui cum Christo crucifixus est, spoliet principatus &
potestates, & triumphet eas in ligno. Vnde & in Euangelio secundum Matthæum, in ty 5
pum eorum qui in domino crediturí erant, & se cum illo crucifixuri, Simon Cyrenæus
portat crucem eius, quam (iuxta alios euangelistas) prior ipse portauit.

Quæstio quarta.

QVid uult significare, quod in eodem Matthæo scriptũ est: Væ prægnantibus & nu-
trientibus in illis diebus. Et: Orate ne fiat fuga uestra hyeme uel sabbato. Quod ex
superioribus pendere manifestum est. Cum enim euangelium Christi cunctis gentibus
fuerit prædicatum, & uenerit cõsummatio, uiderintq; abominationẽ desolationis, quæ
dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto: Tunc præcipitur his qui in Iudæa
sunt, ut fugiant in montes: & qui in tecto, ne descendant tollere aliquid de domo sua: &
qui in agro, ne reuertantur auferre tunicam suam. De quibus in commentarijs eiusdem
Matthæi plenius diximus. Statimq; coniungitur: Væ prægnantibus & nutrientibus in il
lis diebus. In quibus diebus? quando abominatio desolationis steterit in loco sancto.
Quod quidem iuxta literam de aduentu antichristi prædicari, nulli dubium est, quando d
persecutionis magnitudo cõpellit fugere, & graues uteri paruuliq; lactantes fugã retar-
dant. Licet quidam Titi & Vespasiani aduersus Iudæos, & prẽcipue Hierusalem obsidio
nem pugnamq; significari uelint. Hyemẽ quoq; & sabbatum, sic interpretantur, ne eo tem
pore fugere cõpellantur, quando duricia frigoris in agris & in desertis locis fugientes la
tere non patitur: & obseruatio sabbati, aut præuaricatores facit, si fugiant, aut hostiũ gla
dijs subiacere, si sabbati ocium & prẽcepta seruauerint. Nos autem audientes dominum
saluatorem, ut qui in Iudæa sunt, ad montana confugiant: ipsi quoq; oculos leuemus ad
montes, de quibus scriptũ est: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mi
hi. Et in alio loco: Fundamenta eius in montib. sanctis. Et: Montes in circuitu eius, & do
minus in circuitu populi sui. Et: Non potest latere ciuitas super montẽ posita: & discal-
ciemus nos pelle literæ, nudisq; pedibus cum Moyse ascendentes montẽ Sina, dicamus:
Transiens uidebo uisionem hanc magnam: ut possimus intelligere prẽgnantes animas,
quæ de semine doctrinarũ & sermonis dei, initia fidei cõceperunt, & dicunt cum Esaia:
A timore tuo domine concepimus & parturiuimus & peperimus spiritum salutis tuæ,
quem fecisti super terrã. Sicuti enim semina paulatim formãtur in uteris, & tamdiu non
reputatur homo, donec elementa confusa suas imagines membraq; suscipiant: ita sensus
ratione conceptus, nisi in opera proruperit, adhuc in uentre retinetur: & cito abortio
perit, cum uiderit abominationẽ desolationis stantem in ecclesia, & satanã transfigurari
in angelũ lucis. De istiusmodi fœtibus Paulus loquitur, dicens: Filioli mei, quos iterum
parturio, donec Christus formetur in uobis. Has ego reor iuxta mysticos intellectus esse
mulieres: de quibus idem Apostolus scribit: Mulier seducta in transgressione facta est.
Saluabitur autem per filiorũ generationẽ, si permanserint in fide & charitate & sanctita
te cum pudicitia. Quæ si de sermone diuino aliquando generarit, necesse est quæ gene-
rata sunt crescere, & primum accipere lac infantiæ, donec perueniãt ad solidũ cibum, &
ad

A ad maturam ætatẽ plenitudinis Christi. Omnis enim qui lacte alitur, imperitus est in ra-
tione iusticiæ. Paruulus enim est. Hæ igitur animæ quæ necdum pepererũt, siue quæ nec
dum potuerunt quæ generata sunt alere: cum uiderint sermonẽ hæreticum stantem in
ecclesia, cito scandalizantur & pereunt, & in tempestate atq; persecutionibus permanere
non possunt, præsertim si ocium habuerint bonorum operum, & non ambulauerint in
uia, quæ Christus est. De hac abominatione hæreticę peruersæq; doctrinæ dicebat Apo
6 stolus, quod homo iniquitatis & aduersarius eleuet se cõtra omne quod dicitur deus &
religio, ita ut audeat stare in templo dei, & ostendere se quod ipse sit tanquã deus: cuius
aduentus secundum operationẽ satanæ, & ea quæ concepta sunt facit perire abortio: &
quæ sunt nata, ad pueritiam & perfectã ætatem peruenire non posse. Quamobrem oran
dus est dominus, ne in exordio fidei & crescentis ætatis oriatur hyems, de qua scriptum
est: Hyems transijt, imber abijt sibi: ne ocio torpeamus, sed imminente naufragio suscite
mus dormientem dominum, atq; dicamus: Præceptor salua nos, perimus.

Quæstio quinta.

QVid sibi uelit, quod scriptum est in euangelio secundũ Lucam: Et non receperunt
eum: quoniam facies eius erat obfirmata uadens in Hierusalem. Festinans dominus
pergere in Hierusalem, ut complerentur dies assumptionis eius, & pascha celebraret, de
quo dixerat: Desiderio desideraui hoc pascha comedere uobiscũ antẽq; patiar: & bibere
calicem, de quo ait: Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illum? omnemq; doctri
nam suam patibulo roboraret, iuxta illud quod scriptũ est: Cum exaltatus fuero à terra,
omnia traham ad meipsum: obfirmauit faciem suam, ut iret Hierusalem. Obfirmatione
enim & fortitudine opus est ad passionẽ sponte properanti. Vnde & Ezechieli, cui dixe
rat deus: Fili hominis in medio scorpionũ tu habitas, & ne timeas eos: obfirma, inquit,
faciem tuam, & dedi faciem tuam æneã, & frontem tuam ferreã: ut si forsitan surrexisset
contra eum malleus uniuersæ terræ, quasi incus durissima resisteret, malleumq; conte-
B reret, de quo scriptũ est: Quomodo cõfractus est & cõtritus est malleus uniuersæ terræ?
Et misit nuncios, id est, angelos ante faciẽ suam. Iustum enim erat, ut dei filio angeli mi-
nistrarent. Siue angelos apostolos uocat: quia & Ioannes præcursor domini, angelus ap
7 pellatus est. Cumq; ingressi essent uicum Samariæ, ut præpararent ei, non susceperunt il
lum, quia facies eius erat uadens in Hierusalẽ. Hostili inter se Samaritani atq; Iudæi dis-
cordant odio: & cum omnes oderint gentes, proprio contra se furore bacchantur, dum
utriq; de legis possessione cõtendunt: & intantum se mutuo persequuntur, ut postquã Iu-
dæi de Babylonia sunt reuersi, ædificationem templi Samaritani semper impedierint.
Cumq; uellent & ipsi cum eis ædificare templũ, responderunt Iudæi: Non licet nobis &
uobis ædificare domũ domini. Deniq; pro summa iniuria pharisæi exprobrabant domi
no: Nónne dæmoniũ habes, & Samaritanus es? Et in parabola de Hierusalẽ descenden-
tis Hiericho, Samaritanus ponitur pro signo atq; miraculo, quod malus bene fecerit: &
ad puteum Samaritanæ scriptũ est: Non enim coutuntur Samaritani Iudæis. Videntes
ergo Samaritæ dominũ Hierusalem pergere, id est ad hostes suos, quod audierant à di-
scipulis eius qui ad parandũ hospitium uenerant, Iudæum esse cognoscunt: & quasi Iu-
dæum atq; alienum, & eum qui ad inimicos pergeret, suscipere noluerunt. Quanquã &
alia nobis subijciatur intelligentia, quod uoluntatis domini fuerit, non susci pi à Samari
tis: quia festinabat ire Hierusalẽ, ibiq; pati, & sanguinẽ fundere: ne occupatus susceptio-
ne Samaritica & doctrina gentis illius, passionis differret diem, ad quã uenerat sustinen
dam. Vnde dicit & in alio loco: Non ueni nisi ad oues perditas domus Israel. Et apostо-
lis præcepit: Ciuitates Samaritanorũ non intrabitis, uolens tollere omnem occasionem
persecutionis Iudaicæ, ne postea dicerent, crucifiximus eum, quia se inimicis nostris &
hostibus iunxerat. Facies igitur eius erat pergentis Hierusalẽ. Et idcirco iuxta aliam in-
telligentiam, non receperunt eum Samaritæ, quia festinabat ingredi Hierusalem. Vt au-
tem eum non reciperent, fuit dominicæ uoluntatis. Denique apostoli in lege uersati, in

qua tantum iusticiam nouerant, oculum pro oculo, dentem pro dente, ulciſci nituntur c
iniuriam: & imitari Eliam, ad cuius uocem duos pentecontarchos militū ignis abſumpſerat, dicuntq; ad dominū: Vis dicimus, ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat eos? Pulchre uis (inquiunt) dicimus: nam & Elias dixerat: Si homo dei ſum, ignis deſcendat de cœlo ſuper uos. Ergo ut apoſtolorū ſermo efficientiā habeat, uoluntatis eſt domini. Niſi enim ille iuſſerit, fruſtra dicūt apoſtoli, ut ignis deſcendat ſuper eos: & quodammodo uerbis alijs hoc loquunt. Si ad ſerui Eliæ iniuriā ignis deſcendit de cœlo, & non Samaritas, ſed Iudæos cōſumpſit incendiū: quanto magis ad contemptū filij dei, in impios Samaritas debet flamma ſæuire? E regione dominus, qui non ad iudicandū uenerat, ſed ad ſaluandū, non in poteſtate, ſed in humilitate: non in patris gloria, ſed in hominis uilitate, increpat eos, quod nō meminerint doctrinæ ſuæ, & bonitatis euangelicæ, in qua dixerat: Qui te percuſſerit in maxillam, præbe ei & alteram. Et: Diligite inimicos ueſtros.

Quæſtio ſexta.

ALteram de euangelio Lucæ quæſtiunculā propoſuiſti: quis ſit uillicus iniquitatis, qui domini uoce laudatus eſt. Cuius cum uellem ſcire rationē, & de quo fonte procefſerit, reuolui uolumen euangelicū: & inter cætera reperi, quod appropinquantibus ſaluatori publicanis & peccatoribus, ut audirēt eum, murmurabant phariſæi & ſcribæ, dicentes. Quare iſte peccatores ſuſcipit, & comedit cum eis? Qui loquutus eſt eis parabolam centum ouium, & unius perditæ, quæ inuenta paſtoris humeris reportata eſt. Et cur eſſet propoſita, ſtatim intulit: Dico uobis, ſic erit gaudiū in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiā agente, magis quàm ſuper nonagintanouem iuſtis, qui nō habent opus pœnitentia. Aliam quoq; parabolā decem drachmarū uniuſq; perditæ & repertæ cum propoſuiſſet, ſimili eam fine compleuit. Sic dico uobis, gaudiū erit coram angelis dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. Tertiam quoq; parabolam propoſuit, hominis habentis duos filios, & diuidentis inter eos ſubſtantiā. Cumq; minor facultatibus perditis egere cœpiſſet, & comedere ſiliquas, porcorū cibum, reuerſus ad patrē, ſuſceptus ab eo D
eſt. Frater quoq; inuidens ſenior, patris uoce correptus eſt, quod lætari debuerit & gaudere, quia frater eius mortuus fuerat, & reuixit, perditus erat, & inuentus eſt. Has treis parabolas cōtra phariſæos & ſcribas loquutus eſt, qui nolebant recipere pœnitentiā peccatorum, & publicanorū ſalutem. Dicēbat aūt, inquit, & ad diſcipulos ſuos: haud dubium, quin parabolā, ſicut prius ad ſcribas & phariſæos: qua parabola ad clementiā diſcipulos hortaretur, & alijs diceret uerbis: Dimittite & dimittetur uobis: ut in oratione dominica libera fronte poſcatis: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quę eſt ergo parabola ad clementiā diſcipulos cohortantis? Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum ſiue diſpenſatorē: hoc enim οἰκονόμος ſignificat. Villicus autem proprie uillæ gubernator eſt: unde & à uilla uillicus nomē accepit. οἰκονόμος S
autem tam pecuniæ, quam frugum & omnium quæ dominus poſsidet diſpenſator eſt. Vnde & οἰκονομικὸς Xenophontis pulcherrimus liber eſt, qui non gubernationē uillæ, ſed diſpenſationē uniuerſæ domus (Tullio interpretante) ſignificat. Iſte igitur diſpenſator accuſatus eſt ad dominū ſuum, quod diſsiparet ſubſtantiam eius. Quo uocato dixit: Quid hoc audio de te? Redde rationem diſpenſationis tuæ: neq; enim ultra, mea poteris diſpenſare. Qui dixit intra ſemetipſum: Quid faciā, quia dominus meus aufert à me diſpenſationem? Fodere non ualeo, mendicare erubeſco. Scio quid faciam, ut quando ſublata mihi fuerit diſpenſatio, ſuſcipiāt me in domos ſuas. Vocauit itaq; ſingulos debitores domini ſui, & dixit primo: Quantū debes domino meo? Qui dixit ei: Centum batos olei. Ait illi: Tolle cautionem tuam, & ſedens cito, ſcribe quinquaginta. Deniq; ad alium loquutus eſt: Tu autem quantū debes? At ille reſpondit: Centum coros tritici. Dixitq; ei: Tolle cautionē tuam, & ſcribe octoginta. Et laudauit dominus uillicum, ſiue diſpenſatorem iniquitatis, quod prudēter fecerit, quia filij ſeculi huius prudētiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. Et ego dico uobis, facite uobis amicos de iniquo māmona, ut quando

A do defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Qui fidelis eſt in paruo, & in multis fidelis eſt. Qui in minimo iniquus eſt, & in multis iniquus erit. Si ergo in iniquo mammona fideles nō fuiſtis, quod uerū eſt quis credet uobis? Et ſi in alieno fideles non fuiſtis, quod ueſtrū eſt quis dabit uobis? Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim unū habebit odio, & alterū diliget: aut unū audiet, & alterum cōtemnet. Nō poteſtis deo ſeruire & mammonæ. Audiebant autē hæc omnia phariſæi, qui erant auari, & ſubſannabant illum. Totū parabolæ huius textū poſui, ut nō nobis intelligentiam aliun de quæramus, & in parabola certas nitamur inuenire perſonas, ſed interpretemur eam quaſi parabolam, hoc eſt, ſimilitudinē, quæ ab eo uocat̄, quod alteri παραβάλλεται, hoc eſt, aſsimulatur: & quaſi umbra præuium ueritatis eſt. Si ergo diſpenſator iniqui mammonæ, domini uoce laudatur, quod de re iniqua ſibi iuſticiam præpararit: & paſſus diſpendia dominus, laudat diſpenſatoris prudētiam, quod aduerſus dominū quidem fraudulenter, ſed pro ſe prudēter egerit: quanto magis Chriſtus, qui nullū damnum ſuſtinere poteſt, & pronus eſt ad clementiam, laudabit diſcipulos ſuos, ſi in eos qui crediturī ſibi ſunt, miſericordes fuerint? Deniq; poſt parabolam intulit: Et ego uobis dico: facite uobis amicos de iniquo māmona. Mammona autē non Hebræorū, ſed Syrorū lingua, diuitiæ nūcupantur, quod de iniquitate collectæ ſint. Si ergo iniquitas bene diſpenſata uertit̄ in iuſticiā, quanto magis ſermo diuinus, in quo nulla eſt iniquitas, qui & apoſtolis creditus eſt, ſi bene fuerit diſpēſatus, diſpēſatores ſuos leuabit in cœlū? Quamobrē ſequitur: Qui fidelis eſt in minimo, hoc eſt, in carnalibus: & in multis fidelis erit, hoc eſt, in ſpiritualibus. Qui autem in paruo iniquus eſt, ut nō det fratribus ad utendum, quod à deo pro omnibus eſt creatum, iſte & in ſpirituali pecunia diuidēda iniquus erit: ut nō pro neceſsitate, ſed pro perſonis doctrinam domini diuidat. Si autē, inquit, carnales diuitias quæ labuntur, nō bene diſpenſatis, ueras æternasq; diuitias doctrinæ dei, quis credet uobis? Et ſi in his quæ aliena ſunt (alienum autem eſt à nobis omne quod ſeculi eſt)
B infideles fuiſtis, ea quæ ueſtra ſunt, & proprie deputata homini, quis uobis credere poterit? Vnde corripit auariciā, & dicit eum qui amat pecuniā, deum amare nō poſſe. Igitur & apoſtolis ſi uelint amare deum, pecunias eſſe cōtemnendas. Vnde ſcribæ & phariſæi qui erant auari, aduerſum ſe dictam intelligētes parabolam, ſubſannabāt eum: carnalia, ut certa & præſentia, ſpiritalibus ac futuris, & quaſi incertis pręponētes. Theophilus Antiochenæ eccleſiæ ſeptimus poſt Petrum apoſtolū epiſcopus, qui quatuor euangeliſtarū in unū opus dicta compingēs, ingenij ſui nobis monumēta dimiſit: hæc ſuper hac parabola in ſuis cōmentarijs eſt loquutus: Diues qui habebat uillicum, ſiue diſpenſatorē, deus omnipotēs eſt: quo nihil eſt ditius. Huius diſpenſator eſt Paulus, qui ad pedes Gamalielis ſacras literas didicit, & legē dei ſuſceperat diſpēſandam. Qui cum cœpiſſet credētes in Chriſto perſequi, ligare, occidere, & omnē domini ſui diſsipare ſubſtantiā, correptus à domino eſt: Saule, Saule, quid me perſequeris? Durum eſt tibi cōtra ſtimulum calcitrare. Dixitq; in corde ſuo: Quid faciam? Quia qui magiſter fui & uillicus, cogor eſſe diſcipulus & operarius. Fodere nō ualeo. Omnia em̄ māndata legis quæ terræ incubabant, cerno deſtructa: & legem atq; prophetas uſq; ad Ioannem baptiſtā eſſe finitos. Mēdicare erubeſco: ut qui doctor fueram Iudæorū, cogar à gentibus & à diſcipulo Anania, ſalutis ac fidei mēdicare doctrinā. Faciam igitur quod mihi utile eſſe intelligo: ut poſtquam proiectus fuero de uillicatione mea, recipiāt me Chriſtiani in domos ſuas. Cœpitq; eos qui prius uerſabantur in lege, & ſic in Chriſtum crediderāt, ne arbitrarentur ſe in lege iuſtificādos, docere legem abolitam, prophetas præteriſſe: & quæ antea P
lucro fuerant, reputare in ſtercora. Vocauit itaq; duos de pluribus debitoribus. Primū qui debebat cētum batos olei, eos uidelicet qui fuerāt ex gentibus cōgregati, & magna indigebāt miſericordia dei: & de cētenario numero (qui plenus eſt atq; perfectus) fecit eos ſcribere quinquagenarium, qui proprie pœnitētium eſt, iuxta iubileum & illam in euāgelio parabolam, in qua alteri quingenti alteri quinquaginta denarij dimittūtur.

Secundum autē uocauit populum Iudæorum, qui tritico mandatorū dei nutritus erat, c
& debebat ēr cētenarium numerum,& coegit ut de cētum octoginta faceret, id est crederet in domini resurrectione,quæ octauæ diei numero cōtinetur,& de octo cōpletur decadibus:ut de sabbato legis transiret ad primam sabbati. Ob hanc causam à domino prædicatur,quod bene fecerit:& pro salute sua in euangelij clemētiam de legis austeritate mutatus sit.Quod si quæsieris,quare uocet uillicus iniquitatis, in lege quæ dei est: Iniquus erat uillicus, qui bene quidē offerebat, sed nō bene diuidebat: credens in patrem,sed filium persequens:habens deum omnipotentē, sed spiritum sanctum negans. Prudentior itaq; fuit Paulus apostolus in transgressione legis filijs quondam lucis, qui in legis obseruatione uersati,Christum qui dei patris uerum lumē est,perdiderūt. Ambrosius Mediolanensis episcopus quid de hoc loco senserit, in commentarijs eius legere poteris. Origenis & Didymi in hanc parabolam explanationem inuenire nō potui: & utrum abolita sit temporum uetustate,an ipsi nō scripserint, incertū habeo. Mihi iuxta priorem interpretationem hoc uidetur,quod de iniquo Mammona debeamus nobis amicos facere,nō quoslibet pauperes, sed eos qui nos possint recipere in domos suas, & in æterna tabernacula:ut cum eis parua præbuerimus, recipiamus ab illis magna: & dantes aliena,nostra suscipiamus:& seminemus in benedictione, ut metamus benedictionem.Qui enim parce seminauerit,parce & metet.

Quæstio Septima.

QVo sensu accipiēdum sit,quod in epistola legimus ad Romanos: Vix em̄ pro iusto quis moritur.Nam pro bono forsitan quis audeat mori. Duæ hæreses ex occasione huius testimonij,quod nō intelligunt,diuerso quidē errore,sed pari impietate blasphemant.Marcion em̄ qui iustū deum & creatorē legis facit & prophetarū, bonum aūt euangeliorum & apostolorū,cuius uult esse filium Christū, duos introducit deos:alterum iustum,& alterū bonum.Et pro iusto asserit,uel nullos,uel paucos oppetisse mortem.Pro bono aūt,id est Christo,innumerabiles martyres extitisse.Porrò Arius iustum d
ad Christū refert:de quo dictū est: Deus iudicium tuū regi da, & iusticiā tuā filio regis. Et ipse de se in euangelio: Nō enim pater iudicat quenquā,sed omne iudiciū dedit filio. Et: Ego sicut audio,sic iudico. Bonū aūt deum patrē,de quo ipse filius cōfitetur: Quid me dicis bonum?Nemo est bonus,nisi unus deus pater.Cumq; hucusq; blasphemię suę deuios calles potuerit inuenire, in cōsequentibus impingit & corruit.Quomodo enim pro patre quis audet mori,& pro filio uix moritur,cū propter nomē Christi,tantus martyrum sanguis effusus sit? Qui igit̄ simpliciter hūc exponit locū,hoc potest dicere,quod in ueteri lege,in qua iusticia est,uix pauci inuēti sunt,qui suū fuderint sanguinē.In nouo autē instrumēto,in quo bonitas est atq; clemētia,innumerabiles extiterūt martyres.Sed ex eo quod posuit,forsitan quis etiā audeat mōri,& pendulo gradu sentētiam temperauit, inueniri posse nōnullos qui audeāt mori pro euangelio, ostēdit nō sic accipiendū, sed ex superiorib.& inferioribus sensum loci huius debere tractari. Dicēs em̄ Paulus se gloriari in tribulationibus:quia tribulatio patiētiam operatur, patiētia aūt probationē, probatio uero spem,spes autē non cōfundit:quæ ex eo certā habeat promissionē, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris,per spiritū sanctum qui datus est nobis,secūdum illud quod deus dixerat per prophetā: Effundā de spiritu meo super omnē carnē: miratur bonitatē Christi, quod pro impijs & infirmis & peccatoribus mori uoluerit,& mori opportuno tēpore:de quo ipse dicit: Tempore opportuno exaudiui te,& in die salutis auxiliatus sum tui.Et rursum:Ecce nūc tempus acceptabile,ecce dies salutis. Quando omnes peccauerūt,simul inutiles facti sunt,nō fuit qui faceret bonū, nō fuit usq; ad unū.Incredibilis ergo bonitas,& clemētia inaudita,mori ꝓ impijs.Vix em̄ pro iusto aliquem & bono suū sanguinē fundere, metu mortis cūcta terrēte. Nam inueniri interdū potest,ut aliquis ꝓ re iusta & bona audeat mori.Charitas aūt dei,quam habuit in nobis, hinc maxime cōprobatur,quod cū adhuc peccatores essemus, Christus ꝓ nobis mortuus

A tuus est:& sublata est de terra uita eius,& pro iniquitatib.populi ductus est ad mortē,& portauit peccata nostra,& tradita est in mortē anima illius,& cū iniquis deputat⁹ est: ut nos impios & infirmos & peccatores,pios & robustos & iustos faceret. Nōnulli ita ītr pretant:Si ille ꝓ nobis impijs mortuus est & peccatoribus, quāto magis nos absq; dubitatione ꝓ iusto & bono Christo debemus occumbere? Iustū aūt & bonū nō putemus esse diuersum,nec aliquā proprie significare personā, sed absolute iustam rem & bonā, pro qua difficulter, sed interdum aliquis inueniri potest, qui suum sanguinem fundat.

Quæstio Octaua.

QVid sibi uelit quod ad Romanos scribit Apostolus:Occasione accepta, peccatum per mandatum operatū est in me omnem concupiscentiam. Ponamus totū testimonium:& singula Christi auxilio differētes, quid nobis uideatur, simpliciter indicemus: non præiudicantes tuo sensui,quid uelis intelligere,sed nostram sentētiam breuiter explicantes.Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem.Nam cōcupiscentiam nesciebam,nisi lex diceret,nō concupisces. Occasione autē accepta,peccatum per mandatū operatum est in me omnē concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuū erat.Ego autē uiuebam aliquādo sine lege:sed ubi uenit mandatum,peccatū reuixit.Ego autē mortuus sum, & inuentum est mihi mādatum quod erat ad uitam,hoc esse ad mortē.Peccatum enim occasione accepta per mandatū, seduxit me,& per illud occidit.Itaq; lex quidē sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Quod ergo bonum est,mihi mors est? Absit. Sed ut peccatū appareat pec-
9 catum, per bonum mihi operatum est mortē: ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Scimus enim, quia lex spiritalis est: ego autē carnalis sum, uenundatus sub peccato. Quod enim operor, ignoro. Nō enim quod uolo,hoc ago:sed quod odi, illud facio. Si autem quod nolo, hoc facio, cōsentio legi quia bona est. Nunc autē iam
B non ego operor illud,sed quod habitat in me, peccatum.Scio enim quod nō habitat in me,hoc est in carne mea, bonum.Velle enim adiacet mihi: perficere autē bonum, non inuenio. Nō enim quod uolo, facio bonum:sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, hoc facio:iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Inuenio igitur legē uolenti mihi facere bonum, quia mihi malum adiacet. Cōdelector enim legi dei secundum interiorē hominem.Video autē aliam legē in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentē in lege peccati, quæ est in membris meis.Infelix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia deo per Iesum Christum dominum nostrū.Quomodo medicina nō est causa mortis,si ostēdat uenena mortifera,licet his mali homines abutantur ad mortē, & uel se interficiant,uel insidientur inimicis:sic lex data est,ut peccatorum uenena mōstret,& hominē male libertate sua abutentē,qui prius ferebatur improuidus,& per præcipitia labebatur, freno legis retineat,& cōpositis doceat incedere gressibus:ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ,id est,uiuamus sub præcepto, qui prius in modum brutorū animalium dicebamus:Manducemus & bibamus,cras em̄ moriemur.Quod si subintrante lege,quæ docet quid facere & prohibet quid nō facere debeamus,uitio nostro & incōtinentia feramur cōtra scita legalia,uidet̄ lex causa esse peccati: quæ dum prohibet concupiscentiam,quodammodo eam inflāmare cognoscit̄.Secularis apud Græcos sententia est:Quicquid licet,minus desideratur. Ergo ecōtrario, quicquid nō licet,fomentū accipit desiderij.Vnde & Tullius de parricidarū supplicijs apud Athenienses Solonem scripsisse negat,ne nō tam prohibere,q̄ cōmonere uideretur.Igitur lex apud cōtemptores & legum præcepta calcantes,uidetur esse occasio delictorū: dum prohibēdo quod nō uult fieri,ligat eos uinculis mandatorū:qui prius absq; lege peccantes, nō tenebant criminibus.Hæc diximus,legē quæ per Moysen data est,intelligētes.Verum quia in cōsequentibus scriptum est: Lex dei, & lex carnis atq; membrorū, quæ pugnat aduersus legē mentis nostræ,& captiuos nos ducit in lege peccati,simulq; quatuor leges cōtra se dimican-

dimicantes in uno loco scriptas esse cognosco: nō abs re arbitror, si requiram quot genera legis in scripturis sanctis esse memorētur. Dicit lex, quæ per Moysen data est, secundum illud quod scriptū est ad Galatas: Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub male dicto sunt. Scriptū est em: Maledictus omnis qui nō permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Et rursum in eadē epistola: Lex propter præuaricationes posita est, donec ueniret semē cui repromissum est, dispositа per angelos in manu mediatoris. Et iterū: Itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. Post quam autem uenit fides, nequaquā ultra sub pædagogo sumus. Omnes enim filij dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Historia quoq; quæ precepta nō cōtinet, sed quid factum sit refert, ab Apostolo lex appellatur. Dicite mihi, inquit, qui sub lege uultis esse, legem non legistis? Scriptū est enim, quia Abrahā duos filios habuit, unum de ancilla, & alterum de libera. Sed qui ex ancilla, secundū carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionē. Sed & psalmi lex appellanī: ut cōpleretur sermo qui in lege eorū scriptus est: Quia odio habuerūt me gratis. Esaiæ quoq; prophetiā, legē Apostolus uocat: In lege scriptū est: quoniā in alijs linguis, & alijs labijs loquar populo huic: & nec sic me exaudient, dicit dominus: quod iuxta Hebraicū & Aquilā in Esaia scriptum reperi. Appellatur etiam lex, mystica scripturarū intelligentia: Scimus quia lex spiritalis est. Et extra hæc omnia, naturalem legē scriptā in cordibus nostris, idem Apostolus docet. Cum enim gentes quæ legem nō habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt: isti legē non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui indicant opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium perhibēte illis cōscientia. Ista lex quæ in corde scribitur, omnes cōtinet nationes: & nullus hominum est, qui hanc legē nesciat. Vnde omnis mundus sub peccato, & uniuersi homines præuaricatores legis sunt: & idcirco iustum iudiciū dei est, scribentis in corde humani generis: Quod tibi fieri nolueris, alteri ne feceris. Quis enim ignoret homicidium, adulterium, furtum, & omnē concupiscētiam esse malum: ex eo, quod sibi ea nolit fieri? Si enim mala esse nesciret, nequaquam doleret sibi esse illata. Per hanc naturalē legem, & Cain cognouit peccatum suū, dicens: Maior est causa mea, q̄ ut dimittar. Et Adam & Eua cognouerunt peccatū suum, & propterea absconditi sunt sub ligno uitæ. Pharao quoq; antequam lex daretur per Moysen, stimulatus lege naturæ, sua crimina cōfitetur, & dicit: Dominus iustus, ego autē & populus meus impij. Hanc legē nescit puericia, ignorat infantia, & peccans absq; mandato, nō tenetur lege peccati. Maledicit patri & matri, & parētes uerberat: & quia necdum accepit legē sapientiæ, mortuum est in eo peccatum. Cum autē mandatum uenerit, hoc est tempus intelligentiæ appetētis bona & uitantis mala, tunc incipit peccatū reuiuiscere, & ille mori reusq; esse peccati. Atque ita fit, ut tempus intelligētiæ quo dei mandata cognoscimus, ut perueniamus ad uitam, operetur in nobis mortē, si agamus negligentius: & occasio sapientiæ seducat nos atq; supplantet, & ducat ad mortē. Nō quod intelligētia peccatum sit: lex enim intelligentiæ sancta & iusta & bona est: sed per intelligētiam peccatorum atq; uirtutū mihi peccatum nascitur, quod priusquā intelligerē, peccatum esse nō noueram. Atq; ita factum est, ut quod mihi pro bono datum est, meo uitio mutetur in malum: & ut hyperbolice dicam, nouoq; uerbo utar ad explicādum sensum meum, peccatū quod priusquam haberem intelligentiam absq; peccato erat, per præuaricationem mandati incipiat mihi esse peccantius peccatū. Prius quæramus quæ sit ista concupiscentia, de qua lex dicit: Non cōcupisces. Alij putant illud esse mandatum, quod in decalogo scriptum est: Non concupisces rem proximi tui. Nos autem per concupiscentiam omnes perturbationes animæ significatas putamus, quibus mœremus & gaudemus, timemus & concupiscimus. Et hoc Apostolus uas electionis, cuius corpus templū erat spiritus sancti, & qui docebat: An experimentū quæritis eius qui in me loquitur Christus? Et in alio loco: Christus nos redemit: Et iterū: Viuo autē iam non ego, uiuit uero in me Christus: non de se loquitur, sed de eo qui uult post peccata agere pœnitentiam: & sub persona sua, fragilitatem

litatem describit conditionis humanæ: quæ duorū hominū, interioris & exterioris pugnantium inter se bella perpetit. Interior homo cōsentit & scriptę & naturali legi, quod bona sit, & sancta & iusta, & spiritualis. Exterior, ego inquit carnalis sum, uenundatus sub peccato. Quod em operor nescio, & nō quod uolo hoc ago, sed quod odi. Si autem exterior facit quod nō uult, & operat quod odit, ostendit bonum esse mandatū, & non se operari quod est malum, sed habitans in sua carne peccatum: hoc est uitia corporis, & desideria uoluptatis: quæ propter posteros & sobolem insita est humanis corporibus, & si fines fuerit egressa, uertitur in peccatum. Se unusquisq; consideret, & accusator sui tractet incentiua uitiorū: quomodo & in sermone & in cogitatione, & in calore corporis sæpe loquatur & cogitet, & patiat, quod nō uult: nolo dicere faciat, ne sanctos uiros uidear accusare: de quibus scriptū est: Erat ille homo uerus & immaculatus, iustus dei cultor, recedens ab omni opere malo. Et de Zacharia, & Helisabet: Erant iusti ambo in conspectu dei: ambulātes in omnib. mandatis & iustificationib. domini absq; querela. Et præceptū est apostolis: Estote perfecti, sicut pater uester cœlestis perfectus est. Nunquam autē hoc apostolis imperaret, nisi sciret hominē posse esse perfectum. Nisi forte hoc dicamus, quod recedēs ab omni malo, emēdationē significet, & de erroribus pueritiæ, & de uitijs lasciuiēntis ætatis, transitum ad correctionē atq; uirtutes: iusticiā quoq; quæ in Zacharia & Helisabet prædicat, foris esse: cōcupiscentiam uero quæ nunc habitare in membris nostris dicit, uersari intrinsecus. Sed & apostolis nō pueris præcipitur, uerum iam ætatis robustæ: ut assumant perfectionē, quam & nos cōfitemur in ætate esse perfecta. Nec hæc dicētes adulamur uitijs, sed autoritatē sequimur scripturarum, quod nullus homo sit absq; peccato, sed cōclusit deus omnes sub peccato, ut omniū misereatur, absq; eo solo qui peccatum nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Vnde & per Solomonem dicitur, quod serpentis uestigia nō inueniantur in petra. Et ipse de se dominus: Ecce, inquit, uenit princeps mundi huius: & nihil in me inuenit, id est, sui operis, suiq; uestigij. Ob hanc causam iubetur nobis, ne exprobremus homini reuertēti à peccatis suis, & ne abominemur Aegyptiū: quia & ipsi quondā in Aegypto fuimus, & de luto ac lateribus Pharaoni ciuitates extruximus: & quia captiui ducti sumus in Babylonē lege peccati, quod in membris nostris morabat. Cumq; uideretur extrema desperatio, imò aperta confessio, omnē hominem diaboli laqueis irretiri: cōuersus in se Apostolus, imò homo sub cuius persona Apostolus loquit: agit gratias saluatori, quod redemptus sit sanguine eius, & sordes in baptismo deposuerit, & nouum Christi assumpserit uestimentum: & mortuo ueteri homine, natus sit homo nouus, qui dicat: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratias ago deo per Iesum Christū dominū nostrum, qui me de corpore mortis liberauit. Quod si cui non uidetur sub persona sua hoc Apostolus de alijs dicere: exponat, quomodo Daniel, quē iustum fuisse nouimus, quasi de se dicat, cū pro alijs deprecatur: Peccauimus, inique fecimus, iniuste gessimus, impie egimus, & recessimus ac declinauimus à mādatis & iudicijs tuis, & nō audiuimus seruos tuos, pphetas: qui locuti sunt in nomine tuo ad reges nostros & principes & patres, & ad omnem populū terræ: Tibi domine iusticia: nobis autē cōfusio. Illud quoq; quod in tricesimo primo psalmo dicitur: Peccatū meum cognitū tibi feci, & iniquitatē meam nō abscondi: Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiā meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei: Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tēpore opportuno: nō Dauid & iusto uiro, & (ut simpliciter loquar) prophetæ cuius uerba narrant, sed peccatori cōgruit. Cumq; iustus sub persona pœnitentis talia, pfudisset, à deo meretur audire: Intelligere te faciā, & docebo te in uia hac qua ambulabis, cōfirmabo super te oculos meos. In tricesimo quoq; septimo psalmo, cuius titulus est, In cōmemorationē: ut doceat nos semper peccatorū nostrorum memores esse debere, & agere pœnitētiam, tale quid legimus: Nō est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ eleuatæ sunt super caput meum, quasi onus graue grauatæ sunt super me. Corruptæ

ruptæ sunt & putruerunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. Afflictus sum & curua C
tus sum, usq; ad finẽ. Totus hic apostoli locus, & in superioribus, & in cõsequentibus, imò omnis epistola eius ad Romanos, nimijs obscuritatibus inuoluta est: & si uoluero cuncta disserere: nequaq̃ mihi unus liber, sed magna & multa erunt scribẽda uolumina.

Quæstio Nona.

QVare apostolus Paulus in eadẽ ad Romanos scribit epistola: Optabam ego ipse anathema esse à Christo, pro fratribus meis ac propinquis iuxta carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio & gloria, & testamẽta, & legislatio, & cultus, & repromissiones, quorum patres, & ex quibus est Christus iuxta carnẽ: qui est super omnia deus benedictus in secula, amen. Reuera ualida quæstio, quomodo apostolus qui supra dixerat: Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Et rursum: Cõfido aũt, quia neq; mors, neq; uita, neque angeli, neq; principatus, neq; præsentia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; excelsa, neque profundũ, neq; alia creatura, poterit nos separare à charitate dei, quam habemus in Christo Iesu domino nostro: nunc sub iureiurando cõfirmet, & dicat: Veritatẽ dico in Christo Iesu, nõ mentior, testimonium mihi perhibẽte cõscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristicia est mihi magna & continuus dolor cordi meo. Optabã enim anathema esse à Christo pro fratribus meis & propinquis iuxta carnem, & reliqua. Si enim in deum tantæ est charitatis, ut nec metu mortis, nec spe uitæ, nec persecutione, nec fame, nec nuditate, nec periculo, nec gladio, possit separari à charitate eius: & si angeli quoq; & potestates, & uel præsentia, uel futura, & omnes cœlorũ fortitudines, & excelsa pariter ac profunda, & uniuersa simul creatura ei ingruat; quod nequaquam potest fieri, tamen nõ separetur à charitate dei, quã habet in Christũ Iesum: quæ est ista tanta mutatio, imò inaudita prudentia, ut pro charitate Christi, nolit habere Christũ? Et ne ei forsitan
non credamus, iurat & cõfirmat in Christo, & cõscientiæ suæ testem inuocat spiritũ san D
ctum: se habere tristiciam, nõ leuem ac fortuitam, sed magnam & incredibilem: & habere dolorem in corde, nõ qui ad horam pungat & transeat, sed qui iugiter in corde permaneat. Quo tẽdit ista tristicia? Ad quid proficit incessãbilis dolor? Optat anathema esse à Christo & perire, ut alij salui fiant. Sed si consideremus Moysi uocem rogantis deum pro populo Iudæorũ, atq; dicẽtis: Si dimittis eis peccatũ suum, dimitte: si aũt non uis, dele me de libro tuo quem scripsisti: perspiciemus eũdem & Moysi & Pauli erga creditum sibi gregem affectũ. Pastor eñ bonus, ponit animã suã pro ouibus. Mercenarius aũt cũ uiderit lupum uenientẽ fugit, quia nõ sunt eius oues. Et hoc ipsum est dicere, optabam anathema esse à Christo: & dele me de libro tuo quem scripsisti. Qui enim delentur de libro uiuentium, & cũ iustis nõ scribuntur, anathema fiunt à domino. Simulq; cerne Apostolum quãtæ charitatis in Christum sit: ut pro illo cupiat mori, & solus perire: dummodo omne in illũ credat hominũ genus. Perire autem, nõ in perpetuũ, sed impræsentiarum. Qui eñ perdiderit animã suã pro Christo, saluã eam facit. Vnde & de quadragesimo tertio psalmo assũmit exemplum: Quoniã propter te mortificamur tota die, reputati sumus ut oues occisiõis. Vult ergo Apostolus perire in carne, ut alij saluẽtur in spiritu: suum sanguinẽ fundere, ut multorũ animæ cõseruentur. Quod autẽ anathema interdum occisionẽ sonet, multis ueteris instrumẽti testimonijs probari potest. Et ne leuẽ putemus esse tristiciã, & modicã causam doloris: iungit & dicit: Pro fratrib. meis & propinquis iuxta carnem. Quãdo propinquos appellat & fratres iuxta carnẽ, in spiritu à se
ostẽdit alienos. Quorum est, inquit, adoptio, quæ significantius Græce dicitur υἱοθεσία, 10
de quibus quondã dominus loquebatur: Filius primogenitus meus Israel: Et, filios genui & exaltaui: Nunc dicit: Filij alieni mentiti sunt mihi: Et quorum gloria, ut de cunctis gentibus eligerẽtur in peculiarẽ populum dei: Et quorum testamẽta, unũ in litera, alterum in spiritu: ut qui prius in carne seruierant cerimonijs legis abolitæ: postea seruirent in spiritu mãdatis euãgelij sempiterni. Et legislatio ad utrũq; respondet, & noui & ueteris

A ueteres instrumenti: Et cultus, id est uera religio: & repromissiones, ut quicquid repromissum est patribus, cõpleretur in filijs: Et (quod omnibus maius est) ex quibus Christus de Maria genitus uirgine. Et ut sciremus quis iste sit Christus, causas doloris sui uno sermone cõprehendit, qui est super omnia deus benedictus in secula amẽ. Et iste tantus ac talis, ab eis nõ recipitur, de quorũ stirpe generatus est. Et nihilominus laudat iudicij ueritatẽ, ne sentẽtia dei in propinquos & fratres suos dissplicere uideat, & uel austera esse uel nimia. In quibus igitur tanta fuerunt bona, dolet cur nunc tanta mala sint.

Quæstio Decima.

11 QVid uelit intelligi, quod idem Apostolus scribit ad Colossenses: Nemo uos superet uolens in humilitate mentis & religione angelorum, quæ nõ uidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenẽs caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & conuinctũ crescit in augmẽtum dei, & reliqua. Illud quod crebro diximus: Et si imperitus sermone, non tamen scientia: nequaquã Paulum de humilitate, sed de cõscientiæ ueritate dixisse, etiam nũc approbamus. Profundos eñ & reconditos sensus lingua nõ explicat. Et cum ipse sentiat quid loquatur, in alienas aures puro nõ potest transferre sermone. Quem cum in uernacula lingua habeat disertissimum, quippe Hebræus ex Hebræis, & eruditus ad pedes Gamalielis uiri in lege doctissimi, seipsum interpretari cupiens inuoluitur. Si autem in Græca lingua hoc ei accidit, quam nutritus in Tarso Ciliciæ à parua ætate imbiberat: quid de Latinis dicendum est, qui uerbum de uerbo exprimere conantes, obscuriores faciunt eius sententias: & ueluti herbis crescentibus, frugum strangulant ubertatem? Conabimur itaq; παραφραστικῶς sensus eius euoluere, & tricas implicati eloquij, suo ordini reddere atq; iũcturæ: ut simplici stamine uerborũ fila decurrant, puroq; subtegmine, apostolici sermonis textura succrescat. Nemo uos superet, id est, nemo aduersum uos brauium accipiat: hoc enim
B Græce dicitur, καταβραβευέτω, quãdo quis in certamine positus, iniquitate agonothetæ, uel insidijs magistrorum, βραβεῖον & palmã sibi debitam perdit. Multaq; sunt uerba, quibus iuxta morẽ urbis & prouinciæ suæ familiarius Apostolus utitur: E quibus exempli gratia pauca ponẽda sunt. Mihi autẽ parũ est iudicari ab humana die: hoc est ἀπ' ἀνθρωπίνης ὑμέρας. Et humanũ dico: hoc est ἀνθρώπινον λέγω. Et, οὐ κατενάρκησα ὑμᾶς: hoc est non grauaui uos: & quod nunc dicitur, μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, id est, nullus brauium accipiat aduersum uos. Quibus & alijs multis usq; hodie utũtur Cilices. Nec hoc miremur in Apostolo, si utatur eius linguæ consuetudine, in qua natus est & nutritus, cum Vergilius alter Homerus apud nos, patriæ suæ sequens cõsuetudinem, sceleratum frigus appellet. Nemo ergo uos superet ac deuincat, uolens humilitatem literæ sequi, & angelorum religionẽ atq; culturam: ut non seruiatis spirituali intelligentiæ, sed exemplaribus futurorũ, quæ nec ipse uidit, qui uos superare desiderat, siue audiuit (utrun-
12 que enim habetur in Græco) præsertim cũ tumens ambulet, & incedat inflatus, mentisq; superbiam gestu corporis præferat: hoc enim significat ἐμβατεύων. Frustra autem inflatur & tumet sensu carnis suæ, carnaliter cuncta intelligẽs, & traditionum Iudaicarum deliramẽta perquirens, & non tenens caput omnium scripturarum, illud de quo scriptum est: Caput uiri Christus est. Caput autem ac principiũ totius corporis, eorũq; qui credunt, & omnis intelligentiæ spiritualis. Ex quo capite corpus ecclesiæ per suas compages atq; iuncturas, uitalem doctrinæ cœlestis accipit succum: ut omnia paulatim membra uegetenẽ, & per occultos uenarũ meatus, fundatur defecatus sanguis ciborũ: & ministretur atq; succrescat, imò teneatur temperantia corporis: ut de fonte capitis, rigati artus crescant in perfectionẽ dei, & impleatur saluatoris oratio: Pater uolo ut sicut ego & tu unũ sumus, sic & isti in nobis unum sint: ut postquam nos Christus tradiderit patri, sit deus omnia in omnib. Tale quid & in uerbis, & in sensibus, & in genere locutionis obscurissime scribit ad Ephesios: Veritatẽ autem loquẽtes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totũ corpus compactũ & con-

nexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationē in mensuram c
uniuscuiusq; mēbri, augmentū corporis facit in ædificationē sui in charitate. Super quo
& in commentarijs eiusdem epistolæ plenius diximus. Loquitur autem uniuersa contra
eos, qui credentes ex Iudæis in dominum saluatorē, Iudaicas ceremonias obseruare cu-
piebant. Super qua re & in Actis apostolorum non parua quæstio concitata est. Vnde
& suprà Paulus ait, de his qui magistros legis esse se iactant: Nemo uos iudicet in cibo &
potu, quasi alia munda sint, alia immunda: aut in parte diei festi, aut alios dies festos pu-
tent, alios non festos. Nobis enim qui in Christum credimus resurgentem, iugis & æter
na festiuitas est. Aut in parte neomenię, hoc est calendarum & mensis noui: quando de-
crescens luna finitur, & noctis umbris tegitur. Christianorum enim lumē æternum est,
& semper solis iustitiæ radijs illustratur. Aut in parte sabbatorum, ut non faciant seruile
opus, & onera non portent: quia nos sumus Christi libertate donati, & onera peccato-
rum portare desiuimus. Hæc, inquit, omnia umbra sunt futurorum, & imagines uentu-
ræ felicitatis: ut in quibus Iudæi hæsitant iuxta literam, & tenentur in terra: nos iuxta spi-
ritum transeamus ad Christum: qui ad distinctionem umbrarum nunc corpus appella-
tur. Quomodo enim in corpore ueritas est, & in corporis umbra mendacium: sic in spi-
rituali intelligētia mundus omnis cibus & potus, & tota festiuitas, & perpetuæ calendæ,
& æterna requies expectanda est. Quærimus quid dicere uoluerit, in humilitate & reli-
gione angelorum: aut quem sensum habeat. Ex quo dominus locutus est ad discipulos:
Surgite, eamus hinc: & relinquetur uobis domus uestra deserta: & locus quo dominus
crucifixus est, spiritualiter Aegyptus uocatur & Sodoma: omnis Iudaicarū obseruatio-
num cultura destructa est: & quascunq; offerunt uictimas, non deo offerūt, sed angelis
refugis & spiritibus immundis. Nec mirum, si hoc post passionē domini faciant: cū per
Amos quoq; prophetā dicatur ad eos: Nunquid hostias & uictimas obtulistis mihi qua
draginta annis in deserto domus Israel: & assumpsistis tabernaculum Moloch, & sidus
dei uestri Rempha, figuras quas fecistis, ut adoretis eas? Quod plenius in concione Iu- D
daica Stephanus martyr exponens, & reuoluens historiam ueterē, sic locutus est: Et ui-
tulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostias idolo, & lætabantur in operibus ma
nuum suarum. Conuersus autem deus, tradidit eos, ut colerent militiam cœli: sicut scri-
ptum est in libro prophetarū. Militia aūt cœli, non tantum sol appellatur & luna & astra
rutilantia, sed & omnis angelica multitudo, eorumq; exercitus, qui Hebraicè appellatur
sabaoth, id est uirtutum siue exercituum. Vnde & in Euangelio iuxta Lucam legimus:
Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantiū deum & dicētium:
Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus, bonæ uoluntatis. Facit enim deus an
gelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentē. Et ut sciamus semper eos qui cole-
bant idola, licet in templo hostias uiderentur offerre, nō deo eas obtuliſſe, sed angelis,
per Ezechiel plenius discimus. Dedi eis iustificationes nō bonas, & præcepta non bona.
Non enim sanguinē hircorum, aut taurorum quærit deus, sed sacrificiū deo est spiritus
contribulatus: cor contritum & humiliatū deus non despicit. Et propterea qui uitulum
fecerāt in Horeb, & coluerāt sidus dei Rempha: de quo in propheta Amos plenius disse
ruimus: adorauerunt figuras quas ipsi fecerunt, & tradidit eos deus, ut seruirent militiæ
cœli: quæ nunc ab apostolo dicitur religio angelorū. Pro humilitate in Græco ταπεινο-
φροσυνη legit, id est humilitas mētis siue sensus. Vere enim humilis sensus & miserāda su
perstitio, deum credere hircorum atq; taurorum sanguine delectari, & nidore thymia-
matis, quem sæpe homines declinamus. Quod autem sequitur: Si mortui estis cum Chri
sto, ab elementis mundi: quid adhuc tanquam uiuentes in mundo decernitis? ne tetige-
ritis, neq; gustaueritis, neq; contrectaueritis, quæ sunt omnia in interitum ipso usu, se-
cundum præcepta & doctrinas hominum: quæ sunt rationem quidem habentia sapien-
tiæ, in superstitione & humilitate, & non ad parcendum corpori: non in honore ali-
quo ad saturitatem carnis: hunc nobis habere sensum uidetur. Curramus per singula, &

obscuri

A obscuritatem sensuū atq; uerborū, Christo referāte, pandamus. Si baptizati estis in Chri
sto, & cū Christo in baptismate cōsepulti: mortui autem ab elemētis mūdi: cur mecū nō
dicitis: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quē mihi
mundus crucifixus est, & ego mūdo? nec audistis dominū dicentem ad patrē, De mun-
do non sunt, sicut & ego nō sum de mūdo: & mūdus odit eos, quoniam nō sunt de mun
do, sicut & ego non sum de mūdo: sed econtrario quasi uiuētes in mūdo decernitis, ne
tetigeritis corpus hominis mortui, nec uestimentū nec scabellū in quo sederit mulier
menstruata: neq; gustaueritis carnem suillam & leporū, & sepiarum & loliginū, mure-
næ & anguillæ, & uniuersorū piscium qui squamas & pinnulas non habent: quæ omnia
in corruptionem & interitū sunt ipso usu, & stercore digerūtur? Esca enim uentri, &
uenter escis: & omne quod intrat per os, non coinquinat hominem, sed ea quæ de no-
bis exeunt. Secundū præcepta, inquit, & doctrinas hominū: secūdum illud quod Esa-
ias loquit̄: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longe est à me. Frustra autē
colunt me, docētes doctrinas hominum & præcepta. Vnde & dominus corripit phari-
sæos, dicens: Irritū fecistis mandatū dei, ut traditiones uestras statueretis. Deus enim di
xit: Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri uel matri, morte moriat̄. Vos
autem dicitis, quicunq; dixerit patri uel matri, munus quodcunq; est ex me, tibi prode-
rit: & nō honorificauit patrem suum aut matrem: & reliqua. Quibus infert: Et irritū fe-
cistis mandatū dei, propter traditiones uestras. Quantæ traditiones pharisæorum sint
quas hodie uocāt διδασκαλιας, & quàm aniles fabulæ, euoluere nequeo. Neq; enim li-
bri patitur magnitudo: & pleraq; tam turpia sunt, ut erubescam dicere. Dicam tamē u-
num in ignominiā gentis inimicæ. Prępositos habent synagogis sapientissimos quosq;,
fœdo operi delegatos, ut sanguinem uirginis siue menstruatæ, mundū uel immundum,
B si oculis discernere nō potuerint, gustu probēt. Præterea quia iussum est, ut diebus sab-
batorum sedeat unusquisq; in domo sua, & nō egrediatur, neq; ambulet de loco in quo
habitat: si quando eos iuxta literam cœperimus artare: ut nō iaceant, nō ambulent, non
stent, sed tantum sedeant, si uelint præcepta seruare: solent respondere & dicere, Rab,
akiba, & Symeon & Hille, magistri nostri tradiderunt nobis, ut bis mille pedes ambu-
lemus in sabbato: & cætera istiusmodi, doctrinas hominum præferētes doctrinæ dei:
Non quod dicamus sedendū semper esse in sabbato, & de loco in quo quis fuerit occu-
patus nō recedendum: sed quod id quod impossibile legis est, in quo infirmat̄ per car-
nem, spirituali obseruatione complendum sit. Sequitur: Quæ sunt rationem quidem
habentia sapientiæ: Hoc loco, quidem, coniunctio superflua est: quod in plerisq; locis
propter imperitiam artis grammaticæ apostolū fecisse, reperimus. Neq; enim sequit̄,
sed, uel alia cōiunctio: quæ solet ei præpositioni, ubi quidem positum fuerit respon de
re. Videntur igitur obseruationes Iudaicæ apud imperitos, & uilem plebeculam, imagi-
nem habere rationis, humanæq; sapientiæ. Vnde & doctores eorum σοφοι hoc est sapi-
entes uocantur. Et si quando certis diebus traditiones suas exponunt, discipulis suis so-
C lent dicere, οι σοφοι διδασκουσιν id est, sapiētes docent traditiones. Pro superstitione in
Græco ἐθελοθρησκεία positum est, hoc est falsa religio: & pro humilitate ταπεινοφροσύ-
νη, quæ magis uirtutē solet sonare q̄uitium. Sed hic ταπεινοφρονεῖν sic est intelligendū,
quod humilia sentiant atq; terrena. ἀφειδία autē σώματος, cuius nomē latinus ser-
mo non explicat, apud nos dicit̄, ad non parcendum corpori. Non parcunt Iudæi cor-
poribus suis in assumptione ciborum, contemnētes interdum quæ habēt, & quærētes
quæ non habēt. Ex qua necessitate debilitates interdum & morbos contrahunt. Nec ho
norant semetipsos, cum omnia mūda sint mundis, nihilq; possit esse pollutū, quod cum
gratiarumactione percipit̄: & idcirco à domino sit creatū, ut saturitate & adimpletione
carnis, humanos artus uegetet atq; sustētet. Elementa autem mūdi à quibus consepul-
ti, imò mortui sumus, lex Moysi & omne uetus instrumentum intelligēdum est: quibus
quasi elemētis & religionis exordijs deum discimus. Quomodo enim elemēta appellant

literæ,per quas syllabas ac uerba cõiungimus,& ad texẽdam orationem longa meditatione procedimus:ars quoq; musica habet elemẽta sua, & Geometria ab elemẽtis incipit linearum,& dialectica atq; medicina habent εἰσαγωγὰς suas: sic elemẽtis ueteris testamenti,ut ad euãgelicam plenitudinẽ ueniat,sancti uiri erudiẽ infantia. Vnde cẽtesimusdecimus octauus psalmus, & omnes alij qui literis prænotantur, per Ethica nos ducũt ad theologica:& ab elemẽtis occidentis literæ, quæ destruitur, transire faciũt ad spiritũ uiuificantem. Qui ergo mũdo & elementis eius mortui sumus, non debemus ea obseruare,quæ mundi sunt:quia in altero initium, in altero perfectio est. c

Quæstio Vndecima.

QVid sit quod idem Apostolus ad Thessalonicẽses scribit:Nisi discessio uenerit primum,& reuelatus fuerit homo peccati:& reliqua. In prima ad Thessalonicenses epistola scripserat. De temporibus autẽ & momẽtis fratres non necesse habetis ut scribam uobis, ipsi enim diligẽter scitis quia dies domini sicut fur in nocte ita ueniet. Cum enim dixerint,pax & securitas:tunc repentinus illis instabit interitus, sicut dolor in utero habentis, & non effugient. Supra enim ad eos scripserat: Hoc uobis dicimus in uerbo domini quia nos qui uiuimus,qui residui sumus,in aduentu domini non præuenie mus eos qui dormierunt,quoniam ipse dominus in iussu,& in uoce archangeli,& in tuba dei descẽdet de cœlo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam domino in aera:& sic semper cum domino erimus. Itaq; cõsolamini inuicẽ in uerbis istis. Quod audientes Macedones,nõ intellexerũt, quos secum uiuẽtes, Apostolus uocet:& qui dicantur residui,qui cum illo rapiantur in nubibus obuiã domino:sed arbitrati sunt,dum adhuc essent in corpore,& anteq̃ gustarent mortẽ, Christum in sua maiestate uẽturum. Quod Apostolus audiẽs, rogat eos & adiurat per aduẽtum domini nostri Iesu Christi, ut nõ cito moueantur,neq; per spiritum,neq; per sermonem,neq; per epistolam, tanq̃ ab eo scriptam,quasi instet dies domini. Duos autem esse aduẽtus domini saluatoris,& d omnia prophetarum docẽt uolumina,& euangeliorum fides: quod primum in humilitate uenerit,& postea sit uẽturus in gloria, ipso domino protestante, quæ ante cõsummationem mundi uentura sint,& quomodo uenturus antichristus,quãdo loquitur ad apostolos:Cum uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele prophe ta,stantem in loco sancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes:& qui in tecto,nõ descendant tollere aliquid de domo sua. Et iterum: Tũc si quis uobis dixerit,ecce hic Christus aut illic:nolite credere. Surgẽt enim pseudochristi & pseudoprophetæ,& dabũt signa magna & prodigia:ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiã electi. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis,ecce in deserto est:nolite exire:ecce in penetralibus,nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriẽte,& paret usq; in occidentem:ita erit & aduẽtus filij hominis. Ac deinde: Tũc apparebit signũ filij hominis in cœlo,& uidebũt filium hominis ueniẽtem in nubibus cœli cũ uirtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cũ tuba & uoce magna, & cõgregabunt electos eius à quatuor uẽtis à summo cœlorũ usq; ad terminos eorum. Rursumq; de antichristo loquitur ad Iudæos: Ego ueni in nomine patris mei,& nõ credidistis mihi. Alius ueniet in nomine suo,illũ suscipietis. Igiẽ Thessalonicẽsium animos,uel occasio nõ intellectæ epistolę, uel ficta reuelatio quæ per somniũ deceperat dormiẽtes, uel aliquorũ cõiectura, Esaiæ & Danielis euãgeliorumq; uerba de antichristo prænũciantia, in illud tempus interpretantiũ mouerat,atq; turbauerat:ut in maiestate sua,tũc Christum sperarẽt esse uẽturum. Cui errori medetur Apostolus, & exponit quæ ante aduẽtum antichristi debeant præstolari: ut cum illa facta uiderint, tũc sciant antichristum, id est hominem peccati & filium perditionis,qui aduersat & extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur,ita ut in tẽplo dei sedeat,esse uẽturum. Nisi,inquit, uenerit discessio primũ,quod Græce dicitur ἀποστασία, ut omnes gentes quæ Romano imperio subiacẽt, recedant ab 14 eis

A eis:& reuelatus fuerit,id est ostẽsus quem omnia prophetarum uerba prænũciant,homo peccati,in quo fons omnium peccatorũ est:& filius perditionis, id est, diaboli:ipse est enim uniuersorum perditio, qui aduersatur Christo,& ideo uocatur antichristus:& extollitur supra omne quod dicitur deus,ut cunctarum gẽtium deos, siue probatã omnem & ueram religionẽ suo calcet pede: & in templo dei,uel Hierosolymis (ut quidam putant) uel in ecclesia,ut uerius arbitramur,sederit, ostendẽs se tanquam ipse sit Christus & filius dei: Nisi,inquit, fuerit Romanum imperium ante desolatum, & antichristus præcesserit, Christus nõ ueniet: qui ideo ita uẽturus est, ut antichristum destruat. Meministis,ait,quod hæc ipsa quæ nũc scribo per epistolam:cum apud uos essem,præsenti sermone narrabam, & dicebam uobis,Christum nõ esse uẽturum, nisi præcessisset antichristus. Et nũc quid detineat scitis,ut reueletur in suo tempore:hoc est,quę causa sit,ut antichristus in præsentiarum nõ ueniat, optime nostis. Nec uult aperte dicere Romanum imperium destruẽdum:quod ipsi qui imperant, æternum putant. Vnde secundum Apocalypsim Ioannis,in fronte purpuratæ meretricis, scriptũ est nomẽ blasphemiæ,id est,Romæ ęternæ. Si enim aperte audacterq; dixisset:nõ ueniet antichristus, nisi prius Romanum deleatur imperium:iusta causa persecutionis in oriẽtem tũc ecclesiam cõsurgere uidebatur. Quodq; sequitur: Iam enim mysterium operatur iniquitatis,tantum ut qui tenet nunc teneat,donec de medio fiat:& tũc reuelabitur ille iniquus, hunc habet sensum:Multis malis atq; peccatis,quibus Nero impurissimus Cæsarũ mundum premit,antichristi parturitur aduẽtus,& quod ille operaturus est postea, in isto ex parte completur:tantum ut Romanum imperium,quod nũc uniuersas gẽtes tenet,recedat,& de medio fiat:& tũc antichristus ueniet,fons iniquitatis,quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui,diuina uidelicet potestate,& suę maiestatis imperio:cuius iussisse, feciſſe est,nõ in exercitus multitudine, nõ in robore militum, nõ in angelorum auxilio,sed statim ut ille aduenerit,interficietur antichristus. Et quomodo tenebræ,solis fu- B gantur aduẽtu: sic illustratione aduentus sui,eum dominus destruet atq; delebit. Cuius opera,satanæ sunt opera. Et sicut in Christo plenitudo diuinitatis fuit corporaliter, ita & antichristo omnes erunt fortitudines, & signa & prodigia, sed uniuersa mendacia. Quomodo enim signis dei,quæ operabat per Moysen, magi suis restitere mẽdacijs, & uirga Moysi deuorauit uirgas eorum,ita mẽdacium antichristi,Christi ueritas deuorabit. Seducẽtur autẽ eius mendacio qui perditioni sunt præparati. Et quia tacita quæstio poterat cõmoueri,cur enim cõcesserit deus omnem eum habere uirtutem, signa atq; prodigia,per quæ seducant si fieri potest,etiam electi dei:solutione præuenit quæstionem, & quod opponi poterat,antequam opponat,absoluit. Faciet, inquit, hæc omnia nõ sua uirtute,sed cõcessione dei,propter Iudæos:ut qui noluerũt charitatem recipere ueritatis,hoc est spiritum dei per Christum: Quia charitas dei diffusa est in corda credẽtium: Et ipse dicit,Ego sum ueritas. De quo in psalmis scriptum est: Veritas de terra orta est. Qui ergo charitatem & ueritatem nõ receperũt, ut saluatore suscepto salui fierent:mittet illis deus nõ operatorem, sed ipsam operationem,id est,fontẽ erroris,ut credãt mendacio:Quia mendax est ipse,& pater eius. Et siquidẽ antichristus de uirgine natus esset, & primus uenisset in mũdum,poterant Iudæi habere excusationem & dicere,quod putauerint ueritatẽ,& idcirco mẽdacium pro ueritate susceperint. Nũc autem ideo iudicãdi sunt,imò procul dubio cõdemnandi:quia Christi ueritate contempta, postea mendacium,id est,antichristum suscepturi sunt.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

QVi interpretat.n.s.] Quod Apodemius Græce sonat peregrinũ,à uerbo ἀποδημέω peregrinor. Quæ uadunt cum silentio.] Alluſit ad Esaiæ locũ, qui est capite septimo. Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloe,quæ uadunt cum silentio. Et in euangelio, Ad Siloe mittit cæcus sanãdus. Aquas Sihor.] Sihor Hebraice turbidũ sonat,siue turbulentum:Est aũt Siloe fonticulus ad radicem montis Sion,non perpetuo scatens,sed certis erumpẽs

temporibus, & per saxa decurrens, ut testatur Hieronymus in Esaiam, qui sontem nouerat, utpote illic habitans. Picra.] Antidoti genus, de quo superius meminimus, πικρά, id est, amara uocatum, quod ex amaris rebus conficiatur. Vulgus medicorū hodie uocat pigram. Et mitte in myrrham lignum.] Hic locus haud dubie deprauatus est in omnibus codicibus. Illud ueræ lectionis uestigium tantum remanet, quod in antiquis inuenio marra nō myrrham: legendum est autē in mara. Siquidem alluſit ad historiam, quæ refertur Exodi decimoquinto, Cum Hebræi uenissent ad aquas amaras, nomē imposuerunt loco, Mara, id est amaritudinem. At Moyses ostendit lignum, quo misso in aquam, cœpit dulcescere. Senilemq; pituitam.] Pituita humor superuacaneus, qui in senibus ob caloris defectum abundat. Vnde sua scripta, quasi diluta minusq; habentia neruorum, pituitam uocat. Iuuenili autoritate.] Legendum est, austeritate: atq; ita quidam habent codices. Senilis oratio pituitam habet, quia diffluit ac dissoluta est. Iuuenilis austera, quod nondum maturuit. & idcirco subacerbum quiddam habet. Translatum est à uino & pomis.

C 3

Ex secunda quæstione.

Nos autem ex Hebræo.] Lege cōmentarios D. Hieronymi in Esaiæ caput quadragesimum secundum, ubi citat hunc locum. Locus est apud Matthæum capite duodecimo. Arundinē, inquit, quassatam. Septuaginta uerterunt καλαμον τετλασμένον οὐ συντρίψει, id est, calamum fractum non comminuet.

Ex tertia quæstione.

In euangelio secundum Matthæum.] Nam hic non facit mentionem crucis gestatæ ab ipso Iesu, sed tantum à Cyrenæo, qui compulsus eam portarit.

Ex quarta quæstione.

Quod homo iniquitatis & aduersarius eleuet se cōtra omne quod dicitur deus & religio.] Multo rectius hæc uertit Hieronymus, quàm habeat uulgata æditio: Qui aduersatur & extollitur, supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur: Nam Græca sic habent, ὑπὲρ πᾶν τὸ λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα, id est, aduersus omne quod dicitur deus, aut sebasma. σέβασμα, autem est cultus deo, aut ei qui maiestatem habet exhibendus: nōnunquam is cui exhibetur, quod interpres ille circūlocutus est, quod colitur, Hieronymus uertit religio, & ὑπὲρ potius aduersus significat quàm supra. Quanquam plerique Græci codices habent, ὑπὲρ πάντα, id est, aduersus omnem, unica mutata literula, nempe, ο, in α.

Ex quinta quæstione.

Quia facies erat uadens.] Sic Græca habent, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν προβύλλον εἰς ὀφρύσκελιν. Duas pentecontadas.] Quidam codices habent duas pentecōtadas. Quidam duos pentecontarchos. Vtrunq; tolerabile est. Nam πεντηκοντάρχης, significat ducem quinquaginta præfectum, & πεντηκοντάς, numerum significat quinquagenarium. Sed pentecontadas magis quadrat cum genitiuo qui sequitur militum.

Ex sexta quæstione.

Hoc enim οἰκονόμος.] Ab οἶκος domus, & νέμω distribuo, quod dispenset ac distribuat quæ ad usum domesticum pertinent. οἰκονομικὸς ξυγγραφῶν τος.] Extat & Aristotelis lectu dignissimus. Centum cados olei.] Quidam codices recte habent batos. Batus autem mensuræ genus est, li quidorum duntaxat, nempe decima pars cori. Item inferius, primum qui debebat centum batos. Qui bene quidem offerebat.] Ex secundo Geneseos capite, citat iuxta Septuaginta, quorum interpretationem tamē aliàs in hoc loco reiecit, ut & superius admonuimus.

Ex octaua quæstione.

Quod ergo bonum est.] Quid in hunc locum annotarim, qui uolet, legat in Annotatiunculis nostris, quas scripsimus in Nouum testamentum. Secularis apud Græcos.] Quam Ouidius sic extulit: Nitimur in uetitum semper cupimusq; negata, nisi significat illud τὴν ὕβριν ὑβρίζων, id est, in foribus aqualem. Cuius prouerbij meminit Aristoteles in Rhetoricis, & nos in Chiliadibus nostris explicuimus. Hyperbolice.] ὑπερβολικῶς, sic loquimur: cum augendæ rei gratia, plus dicimus q̄ rei ueritas habet, ut, clamor sydera pulsabat, de maximo clamore. Gratia dei, per Iesum Christum.] Antiqui codices habent, gratias ago deo. Atq; ita legitur in Græcis exemplaribus omnibus, quæ mihi contigit uidere. Vnde locum hunc audacter restitui.

Ex nona quæstione.

Significātius Græce dicitur υἱοθεσία.] Nam adoptio nomen est generalius, sed υἱοθεσία proprium est adoptioni filiorum, ab υἱὸς & τίθημι, qua imaginamur aliquem esse filium, & in locum filij substituimus.

Ex decima quæstione.

Nemo uos superet uolēs.] Vulgata æditio habet, nemo uos seducat uolēs. Paulus his uerbis est usus μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω. καταβραβεύω est in accipiēdo brauio aliquē circūuenire, sonat q̄si dicas

A cas, contrapræmiare, ut ita docendi causa loquamur, & in tuam iniuriam in alium transferre brauium tibi debitum. Eam enim uim ferè habet præpositio κατὰ, quoties additur genitiuus; de quo plura diximus in Annotationibus. In Tarso Ciliciæ.] Cilicia pars est Asiæ, quam Cydnus amnis intersecat, & mons Amanus, cuius metropolis erat Tarsus, urbs libera, ut testatur Plinius, in qua natus fuit Paulus, loquebantur quidem Græce, sed corruptius. Idem queritur Origenes, quod Hie-
11 ronymus. Conabimurq; taque παραφραστικῶς.] Paraphrasis est liberior translatio, dum quædam mutantes aut etiam addentes, copiosius ac dilucidius explicamus quod ab alijs dictum est: cuiusmodi est Themistius, Aristotelis non interpres, sed paraphrastes. Iniquitate Agonothetæ.] Agon certamen est, πίθημι pono: unde Agonotheres dicitur, qui propositis præmijs inuitat ad certamina, ut apud Homerum Achilles, apud Vergilium Aeneas. Ab humana die, id est, ἀπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας.] Sic enim Cilices appellabant iudicium, quod pro tribunalibus agitur, unde Latini quoque dicunt diem dicere, pro eo quod est, uocare in ius. Locus est primæ ad Corinthios capite quarto. Ἀνθρώπινον λέγω.] Id est humanum dico, est in epistola ad Romanos capite sexto. ἀκατηνάρκησε ὑμᾶς.] Id est, non grauaui uos. ναρκᾶν est torpere, κατανάρκαν, est suo ocio grauis esse alijs: quod ferè solent, qui uiuunt alieno cibo. Quanquam hoc quoq; uerbum Hieronymus putat Cilicum esse proprium. Sceleratum frigus.] In Georgicis Vergilius frigus appellat scelera-
12 tum, id est, noxium, idq; iuxta morem Mantuanæ linguæ. Vtrunq; enim habetur.] Quidam codices habebant ἰώρακον, quidam, ἤκουσον. ἐμβατεύων σοβαρὸς.] Id est, incedens fastuosus. Nam σοβαρὸς dicitur Græcis, qui uultu & incessu tumorem animi & arrogantiam præ se ferat, dictum à uerbo σοβᾶν, quod alios repellant ac fastidiant. Vnde apparet & συβαρίτας dictos, quasi sobaritas, quorum fastus etiam prouerbio locum fecit, συβαρίτης ἐπὶ πλατείας, id est, Sybarita per plateam. [redacted]. Quanq; illud lectorem admonitū uelim, σοβαρὸς hoc loco additum fuisse ab audaculo quopiam, nec esse in Græcis exemplaribus, nec in emendatis Hieronymi: uerum ipsum ἐμβατεύων, Græcis significat, quod apud nos incedere, hoc est fastu quodam ingredi, ut regina incedit, reges incedunt. Nos tamen in Annotationibus nostris alium sensum retulimus, quàm sequitur Hieronymus. Vitulum in Horeb.] De uitulo, legis in Exodo: de Rempha siue Rephpha, lege commentarios diui Hieronymi in quintum caput Amos prophetæ. Sepiarum & loliginum.] Sepia & loligo pisces sunt, qui succum habent atrum, unde Persius sepiam pro atramento posuit. Pro humilitate in Græco.] Sunt enim Græcæ uoces,
B quæ humilitatem significant, sed diuersa ratione. Etenim ταπεινότης, significat humilitatem rei, ut fortunæ, generis, conditionis, stili. ταπεινοφροσύνη, modestiam animi, qua quis seipsum demittit, & de se pusilla sentit, minimumq; sibi arrogat. Nostri interpretes hoc non distinguūt. Nam in magnificat, respexit humilitatem ancillæ suæ ταπεινότητα est, non ταπεινοφροσύνην, quasi dicat, respexit me infimam ancillulam. Verum hoc loco Paulus abusus est ea dictione in uitium, quo quis humilia sentit, hoc est terrena non cœlestia, à uerbo ταπεινοφρονῶν. Quas hodie ἀδυτρώσεις.] Quidam codices habent ἀδυτρονόμους, sed uitiosè: sonat autem Græce ἀδυτρώσεις, quasi dicas secundationem. Ita uocabant posteriores traditiones, Hebræi misne מִשְׁנָה uocant. Rationem quidem habentia.] Græci pleraq; connectunt per duas coniunctiones, μὲν & δὲ, id est, quidem & autem. Et δὲ nonnunquam inuenies, cum non præcesserit μὲν. At μὲν non ponitur nisi sequatur δὲ. Hoc uitiū grammatici uocant ἀνακόλουθον, cum non redditur quod superioribus respondeat. Ex quantula re iudicat imperitiam Pauli, quem tamen alibi negat imperitum sermonis. Ex hoc loco colligere licet, nonnihil conducere sermonis peritiam, cum Paulus uir tantus ob hanc quod sensit explicare non
13 potuerit, ut ipse palàm testatur Hieronymus. οἱ σοφοὶ δ' ἀδυτρῶσιν.] Id est, sapientes secundant, sic enim sonat ad uerbum, ficto uerbo ἀδυτρόω. Pro superstitione m. Gr.] Nam duæ uoces apud Græcos consimiles in significatu, δεισιδαιμονίαν dicta à timore dæmonum, siue deorum, & εὐλαβησκείαν, dicta à spontaneo cultu deorum. Nam θρησκεύειν dictum putant à Thracibus, quibus Orpheus orgia deorum tradidit. Ἀφειδίαν autem σώματος.] Sonat quasi dicas imparsimonia, hoc est cum quis non parcit corpori suo. Nam φείδομαι parco, φειδὼ parsimonia. Inde addita particula priuatiua, α, pro quo nos utimur, in, ἀφειδίαν. Habent εἰσαγωγάς.] Id est, introductiones: ab εἰς, in, & ἄγω duco, quas Latini uocant institutiones, siue elementa, cum res à primis initijs & rudimentis traditur. Per Ethicam.] Id est, per moralem scientiam, ab ἦθος, quod Latini mutato numero mores uocant.

Ex undecima quæstione.

14 Ἀποστασία.] Quam Latini dicunt defectionem, cum quis à suo duce desciscit. Purpuratæ meretricis.] Ita legis Apocalypsis capite decimo septimo.

ANTIDOTVS. [redacted]

[redacted]

DIVI HIERONYMI IN HOMILIAS CANTICI canticorum Origenis, ad Damasum præfatio.

ORigenes cum in cęteris libris omnes uicerit, in Cantica canticorũ ipse se uicit. Nam decem uoluminibus explicitis, quæ ad uiginti usq; uersuum milia penè perueniũt, primum Septuaginta interpretes, deinde Aquilã & Symmachum & Theodotionẽ, & ad extremum Quintam editionem quam in Actæo littore inuenisse se scribit, ita magnifice aperteq; disseruit: ut uel inde mihi uideat in eo completum esse, quod dicitur: Introduxit me rex in cubiculũ suum. Itaq; illo opere prætermisso, quia ingentis est ocij, laboris & sumptuũ, tantas res tamq; dignũ opus in latinum transferre sermonẽ, hos duos tractatus, quos in morem quotidiani eloquij paruulis adhuc lactentibus composuit, fideliter magis quàm ornate interpretatus sum, gustum tibi sensuum eius, non cibum offerens. Tu animaduertas quanti sint illa æstimanda, quæ magna sunt, cum sic possint placere quæ parua sunt.

ORIGENIS HOMILIAE DVAE IN CANTICA canticorum interprete diuo Hieronymo.

QVomodo didicimus per Moysen quædam esse, non solum sancta, sed & sancta sanctorum: & alia non tantum sabbata, sed & sabbata sabbatorũ: sic nunc docemur scribente Solomone esse quædam non solum Cantica, sed & Cantica canticorũ. Beatus quidem is qui ingreditur sancta, sed beatior qui ingreditur sancta sanctorum. Beatus qui sabbata sabbatizat, sed beatior qui sabbatizat sabbatorum sabbata. Beatus similiter & is qui intelligit cantica, & canit ea. Nemo quippe nisi in solennitatibus canit: sed multo beatior ille qui canit canticacanticorũ. Et sicut is qui ingreditur in sancta, pluribus adhuc indiget, ut ualeat introire in sanctasanctorum: & qui sabbatum celebrat, quod à domino populo constitutum est, multa adhuc necessaria habet, ut agat sabbata sabbatorum: eodem modo difficile reperitur, qui omnia quę in scripturis continentur cantica peragrans, ualeat ascendere ad canticacanticorum. Egredi te oportet ex Aegypto, & egressum de terra Aegypti pertransire mare rubrum, ut possis primum canticum canere, dicens: Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est. Licet autem primum dixeris canticum, adhuc longe es à Canticocanticorũ. Perambula terram deserti spiritualiter, donec uenias ad puteum, quem foderũt reges: ut ibi secundum canticum canas. Post hæc ueni ad uicina sanctę terræ, ut super Iordanis ripam constitutus, cantes canticum Moysi, dicens: Attende cœlum & loquar, & audiat terra uerba oris mei. Rursum habes necessarium, ut milites, & terram sanctam hæreditate possideas, & apis tibi prophetet, & apis te iudicet, Debbora quippe apis interpretatur: ut possis & illud carmen, quod in libro Iudicum continetur, edicere. Ad Regnorum deinceps uolumen ascendens, ueni ad canticũ quando Dauid fugit de manibus omnium inimicorum suorum, & de manu Saul, & dixit: Dominus firmamentum meum, & fortitudo mea, & refugium meum & liberator meus. Perueniendum tibi est ad Esaiam, ut cum illo dicas: Cantabo canticum dilectæ uineæ meæ. Et cum uniuersa transieris, ad altiora conscende, ut possis anima decora, cum sponso & hoc canere canticumcanticorum. Sed quot ex personis constet, incertus sum. Orantibus autem uobis, & reuelante domino, quatuor mihi in his uideor inuenisse personas, uirum & sponsam, cum sponsa adolescentulas, cum sponso sodalium greges. Alia dicuntur à sponsa, alia à sponso: nonnulla à iuuenculis, quædam à sodalibus sponsi. Congruum quippe est ut in nuptijs adolescentularum sit multitudo cum sponsa, iuuenum turba cum sponso. Hæc omnia noli foris quærere

A quærere, noli extra eos qui prædicatione euangelij saluati sunt. Christum sponsum intelli ge, ecclesiam sponsam sine macula & ruga, de qua scriptũ est: Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentẽ maculam, neq; rugam, aut aliquid eorum: sed ut sit sancta & immaculata. Eos uero qui cum sint fideles, non sunt tamen istiusmodi, quales sermo noster præfatus est, sed iuxta modum quendam adepti uidentur salutem, animaduerte credentiũ animas, & adolescentulas esse cum sponsa. Angelos uero & eos qui peruenerunt in uirum perfectũ, intellige uiros esse cum sponso. Inde igitur mihi uidentur quatuor ordines, unum & unam, duos choros inter se concinentes, sponsam canere cum iuuencu lis, sponsum canere cum socijs. Et cum hoc intellexeris, audi canticumcanticorũ: & festina intelligere illud: & cum sponsa dicere ea quæ sponsa dicit, ut audias quæ audiuit & sponsa. Si autem non potueris dicere cum sponsa quæ dixit, ut audias ea quæ dicta sunt sponsæ: festina uel cum sponsi sodalibus fieri. Porrò si & illis inferior es, esto cum adolescentulis quæ in sponsæ delitijs cõmorant. Hæ quippe in hoc libro fabula pariter & epithalamio sunt personæ, ex quo & gentiles sibi epithalamiũ uindicarunt, & istius generis carmen assumptũ est. Epithalamiũ siquidem Canticum canticorũ. Primum sponsa orat: & statim in medijs precibus auditur: uidet præsentẽ sponsum: uidet adolescentulas suo comitatui copulatas: deinde respondet ei sponsus: & post sponsi eloquia, dum ille pro eius patitur salute, respondent sodales, donec sponsus sit in recubitu, & à passione consurgat, se quædam sponsæ ornamenta facturos. Verum iam ipsa uerba ponenda sunt: in quibus prius uox sponsæ deprecantis auditur. Osculetur me osculo oris sui. Quorũ iste est sensus: Quousque sponsus meus mittit oscula per Moysen, mittit oscula per prophetas? Iam ipsius cupio ora contingere: ipse ueniat, ipse descendat. Orat igitur sponsi patrẽ & dicit ad eum: Osculetur me osculo oris sui. Et quia talis est, ut compleatur super eam propheticũ illud, in quo dicitur: Adhuc te loquente dicam, ecce adsum: sponsam sponsi pater exaudiuit, mittit filium suum. Videns illa eum cuius deprecabatur aduentũ, orare
B desistit: & ad eum cominus loquitur: Quoniam ubera tua super uinum: & odor unguentorum tuorũ super omnia aromata. Sponsus igitur Christus missus à patre, uenit unctus ad sponsam, & dicitur ad eum: Dilexisti iusticiam, & odisti iniquitatẽ, propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis, prę participibus tuis. Si me tetigerit sponsus, & ego boni odoris ero, & ego liniar unguentis, & ad me usq; eius unguenta perueniẽt: ut possim cum Apostolo dicere: Christi bonus odor sumus in omni loco. Nos aũt cum hæc audimus, adhuc peccatis uitijsq; fœtemus: de quibus propheta pœnitens loquit: Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Peccatum odoris est putidi: uirtus spirat unguenta: quorum typos reperies in Exodo. Inuenies quoq; ibi stacten, onycha, galbanen, & reliqua. Hæc quidẽ ad incensum. Deinde ad opus unguentarij uaria sumuntur unguenta: in quibus est nardus & stacte. Et deus qui fecit cœlum & terrã, loquitur ad Moysen, dicens: Ego impleui eos spiritu sapientiæ & intellectus, ut faciant opera artis unguentariæ. Et unguentarios deus docet. Hæc si nõ spiritualiter intelligant, nónne fabulæ sunt? Nisi aliquid habeãt secreti, nónne indigna sunt deo? Necesse est igit eum qui audire scripturas spiritualiter nouit, aut qui certe nõ nouit, & desiderat nosse: omni labore contendere, ut nõ iuxta carnem & sanguinẽ conuersetur, quo possit dignus fieri spiritualium secretorũ: & ut aliquid audentius dicam, spirituali cupidine uel amore accendatur. Siquidem est & spiritualis amor. Et quomodo est quidam carnalis cibus, & alius spiritualis, & alia carnis potio, alia spiritus: sic est quidã amor carnalis à satana ueniens, alius amor spiritus à deo exordiũ habens. Et nemo potest duobus amoribus possideri. Si carnis amator es, amorẽ spiritus non capis. Si omnia corporalia despexisti, non dico carnem aut sanguinẽ, sed argentum & possessiones, sed ipsam terram ipsumq; cœlum, hæc quippe pertransibunt: si ista omnia contempsisti, & ad nullum horum anima tua obligata est, neq; quoquam uitiorum amore retineris, potest amorem capere spiritualem. Ista locuti sumus, quia euenit occasio, ut de amore spirituali aliqua diceremus.

Expedit

Expedit autem nobis Solomonis custodire præceptum, & magis illius, qui per Solomonem loquebatur de sapientia, ita dicens: Ama illam, & seruabit te: circunda illam, & exaltabit te: honora illam, ut te amplectatur. Est quidem spiritualis amplexus: atq; utinã contingat, ut meam sponsam altior sponsi amplexus includat: ut ego quoq; possim dicere, quod in eodem libro scriptũ est: Sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Osculetur me osculo oris sui. Moris est scripturarũ: imperatiuum modum pro optatiuo ponere, ut ibi: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, pro utinam sanctificet: & nunc in præsenti: Osculetur me osculo oris sui, pro eo quod est, utinam osculetur. Deinde cõspicit sponsum: Venit delibutus unguentis. Nec aliter ad sponsam poterat uenire: nec decebat aliter patrẽ ad nuptias filium destinare. Varijs eum unxit unguentis, fecit illum Christum: uenit diuersis odoribus spirans, & audit, quia bona ubera tua super uinum. Congrue sermo diuinus unam eandemq; rem, pro locorũ qualitate, diuersis uocabulis nuncupat. Quando hostia offertur in lege, & uult intellectum ostendere, pectusculum separationis affatur. Quando uero recumbit aliquis cum Iesu, & sensuum eius cõmunione perfruitur, non pectusculum, ut supra, sed pectus alloquit. Porrò cum sponsa loquitur ad sponsum, quia nuptiale carmen inducitur, non pectusculum, ut in sacrificio: non pectus, ut in Ioanne discipulo, sed ubera nominat, dicens: Quia bona ubera tua super uinum. Cõmunica ut sponsa cum sensibus sponsi: & scias quia inebriant atq; lætificant istiusmodi cogitatus. Quomodo aũt calix domini inebrians peroptimus est: sic ubera sponsi omni meliora sunt uino, quia bona ubera tua super uinum. In medijs precibus ad sponsum uerba cõuertit: Et odor unguentorũ tuorum super omnia aromata. Non uno, sed omnibus sponsus uenit unctus unguentis. Si aũt & ad meam animã factam sponsam suam, sponsus uenire dignabitur, quàm oportet esse formosam, ut illum de cœlo ad se trahat: ut descendere faciat ad terras, ut ueniat ad amatam? Quali pulchritudine decoranda est: quali debet amore feruere: ut ea loquatur ad illam, quæ ad perfectã locutus est sponsam: Quia ceruix tua, quia oculi tui, quia genæ tuæ, quia manus tuæ, quia uenter tuus, quia humeri tui, quia pedes tui? De quibus, si concesserit dominus, disputabimus: quomodo sponsæ membra uarientur, & singularũ partium laus diuersa dicatur: ut post disputationẽ, etiam ad nostram dici animã similiter laboremus. Bona igitur ubera tua super uinum, & odor unguentorũ tuorum super omnia aromata. Si uideris sponsum, tunc intelliges uerum esse quod dicitur, quoniã bona ubera tua super uinum, & odor unguentorũ tuorum super omnia aromata. Multi habuerunt aromata. Regina austri detulit aromata Solomoni, & plures alij aromata possederũt: sed habuerit quis quantalibet, non possunt Christi odoribus comparari: de quibus nunc sponsa ait: Odor unguentorũ tuorum super omnia aromata. Ego arbitror, quia & Moyses habuit aromata & Aaron, & singuli prophetarũ. Verum si uidero Christũ, & suauitatẽ unguentorum eius odoremq; percepero: statim sententiã profero, dicens: Odor unguentorum tuorũ super omnia aromata. Oleum effusum nomen tuum. Propheticum sacramentum est. Tantummodo nomen Iesu uenit in mundum, & unguentũ prædicatur effusum. In euangelio quoq; mulier accipiens alabastrũ unguenti nardi pistici pretiosi, caput Iesu pedesq; perfudit. Obserua diligenter quę de duabus super caput effuderit saluatoris. Siquidẽ peccatrix super pedes: & ea quæ dicit̃ non fuisse peccatrix, super caput eius fudisse monstrat̃. Obserua, inquam, & inuenies in euangelica lectione non fabulas & narrationes ab euangelistis, sed mysteria esse cõscripta. Impleta est utiq; odore unguẽti domus: si quid peccatrix habuit, ad pedes referendũ est: & si quid ea quæ non peccatrix, ad caput. Nec mirum domũ fuisse odore completã, cum hoc odore mundus cõpletus sit. Scribitur in eodẽ loco de Simone leproso & domo eius. Ego puto leprosum, mũdi istius esse principẽ: & hunc leprosum, Simonẽ nuncupari, cuius domus ad aduentũ Christi, suaui odore completa sit, agente pœnitentiam peccatrice, & sancta caput Iesu unguenti odoribus perfundente. Vnguentum effusum nomen tuum. Quomodo unguentũ quod effusione

A sione sua odorem longe lateq; dispergit: sic Christi nomen effusum est. In uniuersa terra Christus nominat̃, in omni mundo prædicatur dominus. Vnguentũ enim effusum nomen eius. Nunc Moysi nomen auditur, quod prius Iudææ tantũ claudebatur angustijs. Neq; enim Græcorũ quispiam meminit eius: neq; in ulla gentilium literarũ historia de illo seu cæteris scriptũ aliquid inuenimus. Statim ut Iesus radiauit in mundo, eduxit secũ legem & prophetas, & uere completũ est, unguentũ effusum nomen tuum. Propterea iu
6 uenculæ dilexerunt te. Quia per spiritũ sanctum, charitas dei diffusa est in corda nostra, congrue nomen effusionis infertur: unguentũ effusum nomẽ tuum. Hæc dicens sponsa adolescentulas conspicit. Quando illa sponsi patrẽ rogabat: & ad ipsum sponsum cominus loquebat̃, nec dum adolescentulæ aderant. In medijs uero precibus ingredit̃ iuuencularum chorus, & sponsæ laudatur eloquijs: Propterea iuuenculæ dilexerũt te, & attraxerunt te. Adolescentulæq; respondent: Post te in odore unguentorũ tuorũ curremus. Quàm pulchre sponsi pedisequæ, necdum fiduciã habent sponsæ. Sponsa non post tergum sequit̃: sed ingredit̃ iuncta lateri. Apprehendit dexterã sponsi, & manus eius sponsi dextera cõtinetur. Famulæ uero ingrediunt̃ post eam. Sexaginta sunt reginæ & octoginta cõcubinę, & iuuenculæ quarũ non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea: una est matri suæ, una est ei quæ concepit illam. Post te ergo in odore unguentorũ tuorum curremus. Cum omni honestate deambulãtibus dictũ est: post te in odore unguentorum tuorũ curremus, secundũ illud: Cursum consummaui. Et illud: Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt: unus aũt accipit brauium: Brauiũ Christus est, & hæc quidem adolescentulæ, quas propter amoris exordium foris stare cognoscimus, iuxta illud exemplum: Amicus aũt sponsi stans & audiens eum, gaudio gaudet propter uocẽ sponsi. Tale quiddã & adolescentulæ sustinent. Introeunte sponso, forinsecus remanẽt, sponsa uero speciosa perfecta, sine macula, sine ruga, in sponsi cubiculũ, in regium penetral ingressa, reuertitur ad iuuenculas, & nunciat eis, quæ sola cõspexerit, dicitq;: Introduxit
B me rex in cubiculũ suum. Non ait, introduxit nos plures in cubiculũ suũ. Plures foris remanent, in cubiculũ sola ingredit̃ sponsa, ut uideat thesauros abscõditos & tenebrosos, renuncietq; iuuenculis: Introduxit me rex in cubiculũ suũ. Rursus adolescentulæ, id est,
7 sponsarũ incipientiũ turba quàm plurima: ingressa sponsa cubiculũ sponsi, & uidente diuitias uiri sui, dum illius præstolant̃ aduentũ, lætæ cõcinunt, Exultabimus & lætabimur in te. Pro sponsæ perfectione lætantur. Non est æmulatio in uirtutibus. Amor iste mundus, amor iste sine uitio est. Exultabimus & lętabimur in te: diligemus ubera tua. Illa quę maior est, iam tuorũ uberum lacte perfruitur, & loquit̃ exultans: Bona ubera tua super uinum. Istæ uero quæ exultationem & lætitiam deferunt: adolescentulæ quippe sunt, deferunt charitatem, & dicunt: Exultabimus & lætabimur in te, diligemus ubera tua super uinum. Diligemus, inquiunt, non diligimus. Deinde loquunt̃ ad sponsam: Aequitas dilexit te. Laudant sponsam, nomẽ illi æquitatis à proprijs uirtutibus imponentes. Aequitas dilexit te. Rursum ad adolescentulas sponsa respõdet: Nigra sum & speciosa filiæ Hierusalem ut tabernacula cedar, ut pelles Solomonis. Ne intueamini me, quia ego sum denigrata, quoniã despexit me sol. Speciosa quidẽ est: & possumus inuenire quomodo speciosa sit sponsa: quęrimus aũt quomodo nigra & sine candore sit pulchra. Pœnitentiam egit à peccatis, speciem ei largita est conuersio, & ideo speciosa cantatur. Quia uero nec dum omni peccatorũ sorde purgata, necdum lota est in salute, nigra dicit̃, sed in atro colore nõ permanet. Fit itaq; candida quando ad maiora cõsurgit: & cum ab humilibus incipit ad alta cõscendere, diciturq; de ea: Quę est ista, quæ ascendit dealbata? Et quo manifestius hoc mysteriũ describat̃, non ait, ut in plerisq; codicibus legitur: Innixa super fratruelem suum, id est, ὡσὶ σκηξομένη ὡσὶ ἐμ ἀδελφιδῶ αὐτῆ, sed ὡσὶ ἐ στῆθος αὐτο, id est, sit per pectus eius recumbens. Significanterq; de anima sponsæ & sermone dicit̃, super pectus illius recumbens, quia principale ibi cordis est nostri. Vnde à carnalibus recedentes, spiritualia sentire debemus: & intelligere, multo melius esse sic amare, q̃ amare desistere

sistere. Ascendit igitur recũbens super pectus fratruelis sui: & quæ nunc in exordio can c
tici nigra ponitur, in epithalamij fine de ea cantatur. Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? Intelleximus quomodo & nigra & formosa sit sponsa. Si aũt & tu non egeris pœnitentiam, caue ne anima tua nigra dicaẽ & turpis, & duplici fœditate turperis: nigra propter peccata præterita: turpis propter hoc, quia in eisdem uitijs perseueras. Si uero pœnitentiam egeris, nigra erit anima tua propter antiqua delicta: propter pœnitentiã uero habebit aliquid, ut ita dicam, Aethiopici decoris. Et quia semel Aethiopẽ nominaui, uolo testem scripturam super hunc aduocare sermonẽ. Aaron & Maria murmurant, quia Moyses Aethiopissam habet uxorẽ. Et nunc Moyses Aethiopissam ducit uxorem. Siquidem lex eius ad hanc nostram Aethiopissam transmigrauit. Murmuret Aaron sacerdotiũ Iudæorum, murmuret & Maria synagoga eorum. Moyses de murmuratione non curat: amat Aethiopissam suam, de qua & alibi dicitur per prophetã: Ab extremis fluminũ afferent hostias. Et rursum: Aethiopia prꝛueniet manus eius deo. Pulchre præueniet. Quomodo enim in euangelio mulier illa quæ sanguine fluebat, archisynagogi filiam curatione prævenit: sic Aethiopia Israel ægrotante sanata est. Illorũ delicto, salus gentibus facta est ad æmulandum eos. Nigra sum & speciosa filiæ Hierusalem. Et tu ecclesiastica anima ad filias Hierusalem conuerte sermonẽ, & dic: Me plus amat sponsus, me magis diligit, q̃uos quæ multæ filiæ Hierusalem. Vos foris statis, & sponsam cubiculũ uidetis intrantẽ. Nemo dubitet nigram uocatã esse formosam. Quj nos sumus, ut cognoscamus deum, ut cantica prꝛedicemus canticis, ut ab Aethiopiꝛ finibus, ut ab extremo terræ ueniremus sapientiam ueri audire Solomonis? Et quando saluatoris uox intonantis auditur: Regina austri ueniet in iudiciũ, & condemnabit homines generationis huius: quia uenit à finibus terræ audire sapientiã Solomonis: & ecce plus quàm Solomõ hic: audi mystica quæ dicantur. Regina austri uenit à finibus terræ, ecclesia: & condemnat homines generationis huius, id est, Iudæos carni & sanguini deditos. Venit à finibus terræ audire sapientiã Solomonis: nõ illius qui in testamento ueteri prædicatur: sed huius qui in euangelio So d
lomone maior est. Nigra sum & speciosa filiæ Hierusalẽ: nigra uelut tabernacula cedar, speciosa ut pelles Solomonis. Ipsa quoq; nomina cum sponsæ decore cõueniunt. Aiunt Hebræi cedar interpretari tenebras. Nigra sum ego ut tabernacula cedar, ut Aethiopes: speciosa, ut pelles Solomonis, quas eo tempore in tabernaculi ornamento composuit, quando templum summo studio & labore fabricatus est. Diues quippe Solomon: & in omni sapientia illius, nemo præcesserit illum. Nigra sum & speciosa filiæ Hierusalem, ut tabernacula cedar, ut pelles Solomonis. Ne intueamini me, quia ego sum denigrata. Satisfecit de nigrore suo: & per pœnitentiã ad meliora conuersa, annunciat se filiabus Israel nigram quidẽ esse sed pulchram, secundũ quod superius exposuimus, & dicit: ne intueamini me, quia ego sum denigrata. Ne, inquit, admiremini coloris esse me tetri: sol despexit me: pleno qppe radio in me luminis sui fulgor illuxit, ut eius sim calore fuscata. Neq; enim ut decuerat, ut solis dignitas expetebat, illius in me lumen accepi. Delicto eorũ salus gentibus facta est, & rursum incredulitate gentiũ, scientia Israel. Habes utrunq; apud Apostolum: Filij matris meæ pugnauerũt aduersum me. Considerandũ quomodo sponsa dicat: filij matris meꝛ pugnarunt aduersum me. Et quando aduersus eam fratrum pugna surrexit? Vide Paulũ ecclesiæ persecutorẽ: & intelliges quomodo filius matris eius pugnauerit aduersus eam. Persecutores ecclesiæ egerunt pœnitentiã, & aduersarij eius rursum ad sororis signa conuersi, prædicauerũt fidem, quã ante destruebant. Hoc prophetico spiritu sponsa nunc cantans, ait: Dimicauerunt in me: posuerũt me custodem in uineis: uineam meam non custodiui. Ego ecclesia, ego sponsa, ego sine macula, plurimarum custos sum posita uinearum à filijs matris meæ, qui contra me aliquando pugnauerant. Qua solicitudine curaq; districta, dum plures custodio uineas, uineam meam non seruaui. Intellige hoc de Paulo, & alio quocunq; sanctorum, qui pro omnium sit salute solicitus: & uidebis quomodo uineam suam non custodiens, aliorum uineta custodiat:

Quomodo

A Quomodo etiam ut alios lucrifaciat, ipse in quibusdã damna sustineat. Etenim cum fuerit liber ex omnibus, seipsum seruũ fecit, ut omnes lucrifaceret: Factus sum, inquit, infirmus infirmis, Iudæis Iudæus: his qui sub lege erant, quasi sub lege, & cætera: dicatq;, uineam meam non custodiui. Deniq; conspicit sponsum, qui conspectus abscessit. Et frequenter hoc in toto carmine facit, quod nisi quis ipse patiatur, nõ potest intelligere. Sæpe, deus testis est, sponsum mihi aduentare conspexi, & mecũ esse quàm plurimũ: quo subito recedente, inuenire nõ potui quod quærebã. Rursus igitur desidero eius aduentum, & nonnunq̃ iterum uenit: & cum apparuerit, meisq; manibus fuerit cõprehensus, rursum elabitur: & cum fuerit elapsus, rursum à me inquiriẽ: & hoc crebro facit, donec illum uere teneam, & ascendam innixus super fratruelem meum. Annuncia mihi quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie. Non quæro alia tempora, quando uespere, quando diluculo, quando in solis pascis occubitu: illud tempus inquiro, quando in florente die, quando plena luce in maiestatis tuæ splendore uersaris: Annuncia mihi, quẽ dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie. Diligenter obserua ubi meridiẽ legeris. Apud Ioseph meridie fratres prandium celebrant. Angeli meridie Abrahæ susci
piuntur hospitio: & cætera istiusmodi. Quære & inuenies scripturã diuinã non frustra seu fortuitu unumquenq; usurpare sermonem. Quis putas est dignus è nobis, ut ad meridiẽ usq; perueniat & uideat, ubi pascat, ubi cubet spõsus? Annũcia mihi, quẽ dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie. Nisi emtu mihi annũciaueris, incipio errabunda iactari: & dum te quæro, in aliorũ greges incurro: & quia aliorũ erubesco aspectus, faciẽ meã atq; ora mox cõtegere incipio. Sum quippe sponsa formosa, & alijs nudã faciẽ meam nõ ostendo, nisi tibi soli quem iam pridẽ deosculata sum. Annuncia mihi, quẽ dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie: ne quando fiam sicut cooperta super greges sodaliũ tuorũ. Vt ista non patiar, ut nõ fiam cooperta, ut ora non contegã, & ad alios usq; perueniens, incipiã forsitan & eos amare quos nescio: idcirco annuncia mihi,
B ubi te quæram & inueniã in meridie: ne forte fiam, quasi cooperta super greges sodaliũ tuorũ. Post hæc uerba sponsus ei cõminatur, & dicit: Aut cognosce temetipsam, quoniã regis es sponsa, & formosa, & à me facta formosa: siquidem ego mihi exhibui gloriosam ecclesiã, non habentẽ maculam neq; rugam: aut scito, quia si te nõ cognoueris, & tuam scieris dignitatẽ, patieris hæc quæ sequunt̃. Quæ nam ista sunt? Si nõ cognoueris temetipsam, ò pulchra in mulieribus, egredere tu in uestigijs gregũ: & pasce, non greges ouium, non agnorũ, sed hædos tuos. Statuet quippe oues à dextris, & à sinistris hædos. Si nõ cognoueris temetipsam ò pulchra in mulieribus, egredere tu in uestigijs gregũ: & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorũ. In uestigijs, inquit, pastorũ nouissima fies: non inter oues, sed inter hædos tuos, cum quibus habitãs, nõ poteris mecũ, id est, cum bono pastore esse. Equitatui meo, in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Si uis intelligere ò sponsa, quomodo scire te debeas: cognosce cui te cõparauerim: & tunc uidebis talem te esse, quæ turpari nõ debeas, cum tuã speciẽ cognoueris. Quid est igitur: equitatui meo in currib. Pharaonis assimilaui te? Scio equitẽ sponsum, propheta dicente: Et equitatio eius salus. Assimilata es ergo equitatui meo, in curribus Pharaonis. Quantũ differt equitatus meus qui sum dominus, & demergo in fluctibus Pharaonẽ, & cristatos eius, & ascensores eius, & equos & currus eius: quantũ inquã differt equitatus meus ab equis Pharaonis, tanto melior es omnib. filiabus, tu sponsa, tu ecclesiastica anima, omnib. animabus quꝛ nõ sunt ecclesiasticæ. Igit̃ si ecclesiastica anima es, omnib. animab. es melior: si nõ es melior, nõ es ecclesiastica. Equitatui meo in currib. Pharaonis assimilaui te proxima mea. Deinde pulchritudinẽ sponsæ, spirituali amore describit. Genæ tuæ, ut turturis. Faciẽ illius laudat, & genarũ rubore perfunditur. Pulchritudo quippe mulierũ in genis dicitur esse quàm plurima. Ita & nos pulchritudinẽ animæ intelligamus in genis. Labia uero eius & linguam, intelligentiã prædicemus. Collum tuum ut monile. Vt ornamentum, quod solet uirginũ collo pendere, & nuncupaẽ ὁμμάτιον, ita sine hoc decore &

tuum ipſum collum eſt ornamentum, Poſt hæc ſit ſponſus in recubitu: requieuit ut leo, c
ut catulus leonis obdormiuit, ut deinceps poſsit audire: Quis ſuſcitabit eum? Quo interim dormiente apparent ſponſæ ſponſi ſodales angeli: & his eam ſermonibus conſolantur. Nos tibi aurea ornamenta facere nō poſſumus: nō enim tam diuites ſumus, ut ſponſus tuus, qui aureum tibi monile largiatur. Nos ſimilitudinem auri faciemus, non habemus aurum. Et in hoc quoq; lætandum eſt, ſi ſimilitudines auri, ſi ſtigmata faciamus argenti. Similitudines auri faciemus tibi, cum ſtigmatibus argenti, uerum non omni tempore, ſed donec ſpōſus tuus ſurgat à cubitu. Cum enim ille ſurrexerit, ipſe tibi aurū, ipſe faciet argentum, ipſe tuam mentem ſenſumq́; decorabit, & eris uere diues in ſponſi domo ſponſa formoſa: cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

SECVNDA HOMILIA EX ORIGENE TRADVCTA AB EO LOCO in quo ſcriptum eſt: Nardus mea dedit odorem ſuum, uſq; ad eum locum in quo ait: Quia uox tua ſuauis & forma tua decora, & cætera.

OMnes animæ motiones, uniuerſitatis conditor deus creauit ad bonū: ſed pro uſu noſtro fit ſæpe, ut res quæ bonæ ſunt per naturā, dum male his abutimur, nos ad peccata deducāt. Vnus de animæ motibus amor eſt: quo bene utimur ad amandum, ſi ſapientiam amemus & ueritatem. Quando uero amor noſter in peiora corruerit, amamus carnem & ſanguinem. Tu igitur ut ſpiritualis, audi ſpiritualiter amatoria uerba cantari: & diſce motum animæ tuæ & naturalis amoris incendiū ad meliora transferre, ſecundum illud: Ama illam, & ſeruabit te: circunda illam, & exaltabit te. Viri, diligite uxores ueſtras, ait Apoſtolus: ſed non ſtetit in eo quod dixerat, uiri diligite uxores ueſtras: uerum ſciens eſſe dilectionē uirorum in proprijs quoq; uxoribus inhoneſtam, ſciens eſſe placentē deo, docuit, quomodo uiri uxores ſuas amare deberent, inferens: Viri diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus eccleſiam. Et hęc quidem in proœ mio eorum, quæ poſtea diſſerenda ſunt, diximus. Quia amici ſponſi, dum rex in recubi- D
tu ſuo eſt, requieſcens enim dormiuit ut leo & ut catulus leonis, ſponſæ promiſerāt, do nec ille conſurgeret, ſimilitudines auri & argenti eſſe facturos, non habentes aurum, ut ſponſus, & quodammodo alijs uerbis ſponſi paſsio prædicata eſt: nō irrationabiliter ad hæc ſponſa reſpondet, & ipſa diſpenſationē quandā paſsionis intelligens: ad id quod audierat, ſimilitudines auri faciemus tibi cum ſtigmatibus argenti, donec rex in recubitu ſuo eſt, ait: Nardus mea dedit odorem ſuum. Faſciculus guttæ fratruelis meus mihi: in medio uberum meorum demorabitur. Quomodo igitur aptabimus ei quod præceſsit donec rex in recubitu ſuo eſt: id quod ſequitur, nardus mea dedit odorem ſuum? Loquitur euangelium, quia uenit mulier habens alabaſtrū unguenti nardipiſtici precioſi: non illa peccatrix, ſed ſancta, de qua nunc mihi ſermo eſt. Scio quippe Lucam de peccatrice, Matthæum uero & Ioannem & Marcum non de peccatrice dixiſſe. Venit ergo non peccatrix illa, ſed ſancta, cuius nomen quoq; Ioannes inſeruit: Maria quippe erat habens alabaſtrū unguenti nardipiſtici precioſi, & effudit ſuper caput Ieſu. Deinde ſuper hoc indignantibus, non omnibus diſcipulis, ſed Iuda ſolo dicente, potuit uenundari hoc trecentis denarijs, & dari pauperibus: reſpondit magiſter atq; ſaluator: Semper pauperes habetis uobiſcum, me autem non ſemper. Præueniens quippe hæc in diem ſepulturæ meæ fecit. Ideo ubicunq; prædicatum fuerit euangelium iſtud: dicetur & quod fecit hæc in memoriā eius. In figura ergo iſtius, quod nunc loquitur: Nardus mea dedit odorem ſuum: illa ſuper caput domini fudit unguentum: & tu quoq; aſſume nardum, ut poſtquam caput Ieſu ſuaui odore perfuderis, poſsis audacter effari: Nardus mea dedit odorem ſuum: & à Ieſu reciprocum audire ſermonē, quia ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo: dicetur & quod fecit hæc in memoriā eius. Tu quoq; facito in uniuerſis gentibus prædicato. Quando aūt hoc facies? Si factus fueris ut Apoſtolus, & dixeris: Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco, in his qui ſaluātur, & in his qui pereunt

A pereunt: bona opera tua nardus ſunt. Si uero peccaueris, peccata tetro odore redolebūt. Dicit quippe pœnitens: Computruerūt & corruptę ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Non de nardo propoſitū eſt nunc ſpiritui ſancto dicere: neq; de hoc quod oculis intuemur euāgeliſta ſcribit unguēto: ſed de nardo ſpirituali: de nardo quæ dedit odorem ſuū. Faſciculus ſtactes, id eſt guttæ ſiue ſtillæ, fratruelis meus mihi. Guttā unguenti, caſiam, galbanū, in Exodo legimus præcepto domini in thymiama, id eſt in ſacerdotale chriſma, confectū. Si ergo uideris ſaluatorē meum ad terrena aut humilia deſcendentē, uidebis quomodo uirtute magna & maieſtate diuina ad nos modica quædā ſtilla defluxerit. De hac ſtilla & propheta cecinit, dicens: Et erit, de ſtilla populi huius cōgregandus cōgregabitur Iacob. Et ſicuti ſecundū alium ſenſum, lapis erat præciſus è monte ſine manibus, noſtri in carne ſaluatoris aduentus: neque enim totus mons fuit qui deſcendit ad terras, nec poterat humana fragilitas totius mōtis magnitudinē capere: ſed lapis ex monte, lapis offenſionis, & petra ſcandali deſcendit in mundū: ſic ſecundū alium intellectum ſtilla nuncupatur. Oportebat quippe ut quia omnes gentes in ſtillā ſitulæ reputatæ ſunt, is qui pro omniū ſalute factus eſt omnia, etiam ſtilla fieret ad eas liberandas. Quid enim pro noſtra ſalute non factus eſt? Nos inanes, & ille exinaniuit ſemetipſum, formā ſerui accipiens. Nos populus ſtultus, & non ſapiens: & ille factus eſt ſtultitia prędicationis, ut ſtatuum dei, ſapientius fieret hominibus. Nos infirmi: infirmū dei fortius hominibus factum eſt. Quia igitur uniuerſæ gentes, ut ſtilla ſitulæ, & ut momentum ſtateræ reputatæ ſunt: idcirco factus eſt ſtilla, ut per eum à ueſtimentis noſtris odor ſtillæ procederet, iuxta illud: Myrrha & ſtilla & caſia à ueſtimentis tuis, à domibus elephantinis, ex quibus lętificauerunt te filiæ regū in honore tuo, quæ in quadrageſimo quarto pſalmo dicunt ad ſponſam. Faſciculus ſtillæ fratruelis meus mihi. Conſideremus quid ſibi fratruelis nomine uelit. Eccleſia quę hoc loquit de fratruele, nos ſumus ex gentibus cōgregati. Saluator noſter, ſororis eius eſt filius, id eſt, ſynagogæ. Duæ quippe ſorores ſunt, eccleſia & ſyna
B goga. Saluator ergo, ut diximus, filius ſynagogæ ſororis, uir eccleſiæ, ſponſus eccleſiæ, fratruelis eſt ſponſæ ſuę. Faſciculus ſtillæ fratruelis meus mihi, in medio uberū meorum cōmorabitur. Quis ita beatus, ut habeat hoſpitē in principali corde, in medio uberū, in pectore ſuo, ſermonē dei. Tale eſt quippe quod canitur: In medio uberum meorū commorabitur. Si non fuerint fractæ mammæ tuæ: in medio earū habitabit ſermo diuinus. Decebat in carmine nuptiali, mammas potius appellari quàm pectus. Et perſpicuū eſt, cur ad expoſitionē eius quæ dicit: In medio uberū meorum cōmorabitur: ſit aſſumptū, ſi non fuerint fractæ mammæ tuæ, in medio uberū tuorū cōmorabitur ſermo diuinus. Vnde dixit, ſi nō fuerint fractæ mammæ tuæ? De Ezechiele, Eo quippe loco, ubi Hieruſalem dominica corripit uoce, inter cætera dicitur ad eam: In Aegypto fractæ ſunt mammæ tuæ. Caſtarum ubera nō franguntur, ſed meretricū ubera laxis pellibus irrugantur. Pudicarū erecta ſunt ubera, & uirginali robore tumentia. Suſcipiūt ſermonē ſponſi, & dicunt: In medio uberum meorū cōmorabitur. Botrus Cypri fratruelis meus mihi. Initium eſt ſermonis in germine, & initium Cypri, id eſt, floritionis in uerbo, unde ait: Botrus Cypri, id eſt, floritionis fratruelis meus mihi. Nō omnibus eſt Botrus Cypri: ſed his qui eius flore digni ſunt. Alijs uua uaria eſt: huic ſoli quæ nigra eſt & formoſa, in floris decore ſe prębet. Botrus Cypri fratruelis meus mihi. Nō ſimpliciter ait, botrus Cypri fratruelis meus: ſed cum additamento, mihi: ut doceret nō omnibus eum eſſe botrū Cypri. Videamus aūt in quibus regionibus botrus iſte ſit ſponſæ. In uineis engaddi, quod interpretatur oculus tentationis. In uineis igitur oculi tentationis, botrus Cypri fratruelis meus mihi. Tentationis oculus in præſenti eſt. Siquidem in tentatione moramur in hoc mundo: & tentatio eſt uita humana ſuper terrā. Dum in hac luce uerſamur, in uineis ſumus engaddi. Si aūt meruerimus poſtea tranſplantari, à noſtro agricola transferemur. Nec dubites, quin poſsis de engaddi uineis ad loca meliora trāsferri. Agricola noſter ad transferendā uineā, crebra meditatione iam calluit. Vineā enim ex Aegypto tranſtuliſti:

ciecisti gentes & plantasti eam. Operuit montes umbra eius, & arbusta eius cedros libani. Et hæc quidē quæ exposuimus, locuta sit sponsa de sponso, significans amorē suum, & sponsi uenientis hospitiū, quomodo in medio uberum & sui cordis arcano, sponsus ueniens cōmoretur. Rursus sponsi ad eam sermo dirigitur, & dicit: Ecce speciosa proxima mea, ecce speciosa, oculi tui columbæ. Illa sic dicit ad spōsum: Ecce speciosus fratruelis meus, non adiungit, & proximus meus. Hic aūt quando loquitur ad eam: ecce speciosa, adiungit, & proxima mea. Quare aūt illa nō dicit: Ecce speciosus, proximus mihi: sed tantum, ecce speciosus? Quare ille non solum speciosa es dicit: sed speciosa es proxima mea? Sponsa si longe fuerit à sponso, nō est speciosa: tunc pulchra fit quando dei uerbo coniungit. Et merito nunc docetur à sponso, ut proxima sit, & à suo latere non recedat. Ecce speciosa proxima mea, ecce speciosa. Incipis quidē esse speciosa, ex eo quod proxima mihi es. Postquā aūt esse cœperis speciosa, etiam sine additamento proximæ, absolute es speciosa. Ecce speciosa proxima mea, ecce speciosa. Videamus & aliam laudē speciosæ: ut & nos æmulemur sponsæ fieri. Oculi tui columbæ. Qui uiderit mulierē ad concupiscendū eam, iam mœchatus est eam in corde suo, oculos non habet columbæ. Si quis uero oculos columbæ non habet, domū fratris sui ingreditur infelix, non seruans illud quod in Prouerbijs est præceptū: In domum fratris tui ne intres infelix. Pro eo quod Septuaginta infelix interpretati sunt, Aquila Hebræam exprimens ueritatē ἐγχρονὸν posuit. Qui aūt habet oculos columbæ, uidet recta & misericordiā promeretur. Videns quippe recta, misericordiā consequetur. Porrò quis uidet recta, nisi qui casto conspectu, & puris intuetur oculis? Noli igitur mihi de his tantum carnis oculis intelligere, quæ dicta sunt: licet & de his intellexisse non inutile sit: sed ingrediens ad interiora cordis tui, & alios oculos mente perquirens: qui & à dei mandato illuminantur, mandatū quippe dei illuminans oculos, illud enitere, labora, cōtende, ut sanctē intelligas uniuersa quæ dicta sunt: & similis spiritui, qui in specie descendit columbæ, audias, quia oculi tui columbæ sunt. Si intelligis legem spiritualiter, oculi tui columbæ sunt. Si intelligis Euangeliū ut se D uult intelligi Euangelium & prædicari, uides Iesum omnē languorem & infirmitatē non solum eo tempore quo carnaliter facta sunt fuisse medicatū, sed hodieq; medicantem: & non tantum tunc ad homines descendisse, sed hodieq; descendere, & esse præsentem, Ecce enim, inquit, uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationē seculi: oculi tui columbæ sunt. Ecce speciosa, proxima mea, ecce speciosa oculi tui columbæ. Has de se sponsa audiens laudes, sponso uicē in laudibus tribuit: non quo ei quod nō habet suo præconio largiatur, sed intelligens decorē eius atq; conspiciens, ait: Ecce speciosus fratruelis meus. Et quidem pulchre. Lectus noster umbrosus. Quæro lectum in quo sponsus cum sponsa requiescat, & ni fallor corpus humanū est. Siquidem ille in Euangelio paralyticus qui iacebat in lecto, & abire in domū suam sublato grabato, uoce iussus est saluatoris, antequam sanaretur, super debile membrorū suorum corpus iacebat, quod postea dei uirtute solidatum est. Sic ego intelligo: Tolle grabbatum tuum, & uade in domum tuam. Neq; enim ad hoc filius dei de cœlestibus ad terrena descēderat: ut de lectulis descendere imperaret: & consurgentē ab ægrotatione sua, sine lectulo non pateretur abscedere, Tolle, inquiens, grabbatū tuū, & uade in domū tuam. Et tu igitur à saluatore sanatus tolle grabbatū tuū, & uade in domū tuam, ut cum ad te uelut ad sponsam uenerit sponsus, & in eo tecū fuerit reclinatus, dicas: Ecce sponsus fratruelis meus. Et quidē pulchre. Acclinatio nostra umbrosa. Ecce speciosus fratruelis meus, ipse & speciosus est & umbrosus. Per diem quippe sol non uret te, neq; luna per noctē. Trabes domorū nostrarū cedri. Multitudinis uerba sunt. Videntur aūt mihi uiri hæc dicere: qui cum sponso sunt, de quibus superius sermo præfatus est: domos cedrinas trabibus intextas, & cypressis cōtignatas. Siquidē pro stybe ascendit cypressus: & pro coniza ascendit myrtus. Requirens igitur, cuius naturę ista sunt ligna: & cedrū imputribilē, & cypressum odoris optimi deprehendens: labora & tu ita contignare domū tuam, ut de te quoq; possit dici:

Trabes

A Trabes domuū nostrarum cedri, & contignationes nostræ cypressi. Post hæc sponsus loquitur: Ego flos campi & lilium conualliū. Propter me qui in ualle eram descendit in uallem: & in uallem ueniens fit lilium. Pro ligno uitæ quod plantatū est in paradiso dei, totius campi, id est totius mundi & uniuersæ terræ flos factus est. Quid enim sic potest esse flos mundi, ut uocabulum Christi? Vnguentū effusum nomen eius. Aliter ad ipsum dicitur: Ego flos campi, & lilium conuallium. Et hæc quidē de semetipso. Deinde sponsam laudans, ait: Vt lilium in medio spinarū, sic proxima mea in medio filiarum. Sicut lilium non potest spinis cōparari inter quas semper exoritur: eodem modo proxima mea super omnes filias lilium est in medio spinarum. Ista audiens sponsa, uicem reddit sponso: & sentiens illius etiam suauitatem, in uocem laudantis erumpit. Vnguentorū quippe odor licet suauiter spiret, & sensum odore demulceat: non tamen eiusmodi est, ut suaue sit ad edendum. Est autem aliud quod optimi saporis sit & odoris, id est, ut fauces dulcore delectet, & spiritum mulceat odoratu. Tale est malum, & istiusmodi est naturæ, ut in se utraq; possideat. Idcirco uolens nō solum bene olentes sermones sponsi, sed & dulcorem eius sponsa laudare, ait: Vt malum in lignis syluæ: ita fratruelis meus in medio filiorum. Omnia ligna, omnes arbores, ad comparationem sermonis dei, syluæ inferaces existimant. Ad Christum saltus est omne quod dixeris, & infructuosa sunt omnia. Quæ enim possunt dici ad eum comparata fructifera? Etiam ligna quæ uidebantur fructibus incuruari, ad collationem aduentus eius infructuosa monstrata sunt. Ideo ut malum in lignis syluæ, ita fratruelis meus in medio filiorū. In umbra eius concupiui & sedi. Quàm pulchre, non ait, in umbra illius concupisco, sed in umbra eius cōcupiui: &, non sedeo, sed sedi. Si quidem in principio non possumus cum eo proprium conferre sermonē: uerum in principio, ut ita dicam, quadam maiestatis illius umbra perfruimur. Vnde & in prophetis legitur: Spiritus faciei nostræ Christus dominus, cui diximus: In umbra eius uiuemus in gentibus, & ab umbra ad umbrā aliam transmigramus. Sedentibus enim in
B regione umbræ mortis, lux orta est eis. Et transeamus ab umbra mortis ad umbrā uitæ. Semper istiusmodi sunt profectus, ut in exordio desideret quispiam saltem in uirtutum umbra consistere. Ego puto ideo & natiuitatē Iesu ab umbra cœpisse, & non in umbra, sed in ueritate finitā. Spiritus, inquit, sanctus ueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Natiuitas Christi ab umbra sumpsit exordium. Non solum autē in Maria ab umbra eius natiuitas cœpit, sed in te, si dignatus fuerit, nascitur sermo dei. Fac igitur, ut possis capere umbrā eius: & cum umbra fueris dignus effectus, ueniat ad te, ut ita dicam, corpus eius, ex quo umbra nascitur. Nam qui in modico fidelis est, & in maioribus erit fidelis. In umbra eius concupiui & sedi. Vides, quia non semper in umbra stetit, sed inde ad meliora transierit, dicens: Et fructus eius dulcis in gutture meo. Ego, inquit, desideraui in umbra eius requiescere, sed postq̄ me sua protexit umbra, etiam fructu illius saturatus dico: Et fructus eius dulcis gutturi meo. Introducite me in domum uini. Foris stetit sponsus, & ab sponsa susceptus est: In medio quippe uberū illius requieuit. Proximæ iuuencularum nō sunt istiusmodi, ut sponsum hospitē habere mereantur. Multitudini foris in parabolis loquitur. Quàm uereor ne multæ adolescentulæ forte nos simus. Introducite me in domū uini. Cur tam diu foris maneo? Ecce sto ante ostium, & pulso. Si quis mihi aperuerit, ingrediar ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecū. Introducite me. Et nunc eadē dicit sermo diuinus: Ecce Christus loquit̄, introducite me. Vobis quoq; catechumenis loquitur, introducite me. Introducite me, nō simpliciter in domū, sed in domū uini. Impleatur uino lætitiæ, uino spiritus sancti anima uestra. Et sic introducite in domū uestrā sponsum, uerbum, sapientiam, ueritatē. Potest autē & ad eos dici, qui nondum perfecti sunt: introducite in domum uini. Ordinate in me charitatē. Eleganter locutus est, ordinate. Plurimorum quippe inordinata est charitas: quando quod in primo loco debent diligere, diligūt in secundo: quod in secūdo, diligūt in primo: & quod oportet amare in quarto, amāt in tertio: & rursus tertiū in quarto: & est in plerisq; charitatis ordo peruer

ſus. Sanctorũ uero charitas ordinata eſt. Volo ad intelligendum hoc quod dictum eſt, c
ordinate in me charitatẽ,aliqua exempla replicare.Te uult diuinus ſermo diligere patrẽ,
filium,filiam:uult te ſermo diuinus diligere Chriſtũ : nec dicit tibi,ne diligas liberos,ne
parentibus charitate iungaris.Sed quid dicit tibi?Ne inordinatã habeas charitatẽ,ne pri
mum patrem aut matrẽ,deinde me diligas:ne filij & filiæ plus quàm mei charitate tenea-
ris.Qui amat patrem,aut matrẽ ſuper me,non eſt me dignus : qui amat filium,aut filiam
ſuper me,nõ eſt me dignus.Recole conſcientiã tuam de patris, matris, fratriſue affectu:
& conſidera qualem circa ſermonẽ dei & Ieſu habeas charitatẽ : ſtatim deprehendes ma
gis te filium & filiam diligere,quàm uerbum:magis te parentes amare,quàm Chriſtum.
Quiſputas ita proficit ex nobis,ut prẽcipuã & primam inter omnia ſermonis dei habeat
charitatẽ:qui in ſecundo loco liberos ponat?Iuxta hunc modum,ama uxorẽ tuam.Nul-
lus quippe aliquando ſuam carnẽ odio habuit,ſed amat ut carnem.Et erunt,inquit,duo
in carne una:& non in uno ſpiritu.Ama & deum,ſed ama illum,nõ ut carnem & ſangui
nem,ſed ut ſpiritũ. Qui enim adhæret deo, unus ſpiritus eſt. Igitur ordinata eſt charitas
in perfectis.Vt aũt poſt deum etiam inter nos ordo ponatur:Primum mandatum eſt,ut
diligamus parentes:ſecundũ,ut filios:tertium,ut domeſticos noſtros.Si aũt filius malus
eſt,& domeſticus bonus: domeſticus in charitate filij collocetur. Et ita fiet,ut ſanctorũ
ordinata ſit charitas. Magiſter quoq; & dominus noſter, in Euangelio præcepta de cha
ritate conſtituens, ad uniuſcuiuſq; dilectionẽ proprium aliquid appoſuit: & dedit intel
ligentiam ordinis his qui poſſunt audire ſcripturã,dicentem: Ordinate in me charitatẽ:
Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo , & ex tota mente tua, & ex tota anima tua,
& ex tota uirtute tua.Diliges proximũ tuum,ſicut teipſum: non proximũ ex toto cordẽ,
ex tota anima, & ex tota uirtute, & ex tota mente. Rurſus, inquit : Diligite inimicos ue-
ſtros,& non appoſuit,ex toto corde.Non eſt inordinatus ſermo diuinus,nec impoſsibi
lia præcipit,nec dicit:diligite inimicos ueſtros ut uoſmetipſos:ſed tantum,diligite inimi
cos ueſtros:ſufficit eis,ſi eos diligimus,& odio nõ habemus. Proximũ uero ut teipſum. D
Porrò deum ex toto corde,& ex tota anima,& ex tota mente,& ex tota uirtute.Si hæc in
tellexeris, & intellecta cõpleueris, feciſti quod ſponſi ſermone præcipitur : introducite
me in domũ uini,ordinate in me charitatem. Quiſputas è nobis charitatis eſt ordinatæ?
Confirmate me in unguentis. Vnus de interpretibus poſuit *οἰνανθίνων*. Hæc eſt aũt ſpon
ſa quæ loquit:Stipate me in malis. In quibus malis? Vt malũ in lignis ſyluæ, ita fratruelis
meus in medio filiorum. Idcirco in malis eius ſtipate me, quia uulneratæ charitatis ego.
Quàm pulchrum eſt,q̃ decorũ à charitate uulnus accipere.Alius iaculum carnei amoris
accepit,alius terreno cupidine uulneratus eſt:tu nuda mẽbra tua,& præbe te iaculo ele-
cto,iaculo formoſo,ſiquidẽ deus ſagittarius eſt. Audi ſcripturã de hoc eodem iaculo lo
quentem,imò ut tu amplius admireris,audi ipſum iaculum quid loquat. Poſuit me ut ſa
gittam electã,& in pharetra ſua ſeruauit me,& dixit mihi:Magnũ eſt tibi hoc,uocari pue
rum meum.Intellige ſagittã quid dicat,& quomodo à deo ſit electa.Quàm beatũ eſt hoc
iaculo uulnerari.Hac ſagitta uulnerati fuerant illi qui inter ſeinuicẽ conferebãt:Cor no-
ſtrum ardens erat in uia cum aperiret nobis ſcripturas. Si quis ſermone noſtro, ſi quis
ſcripturæ diuino magiſterio uulneratæ charitatis ego:
hunc & illud forſitan ſequitur. Quid forſitan dico? Manifeſtã promo ſententiã:Siniſtra
eius ſub capite meo,& dextra illius amplexabit me.Habet & in ſiniſtra,& in dextera ſer-
mo dei ſapientiã:quæ cum pro intellectus uarietate ſit multiplex,in ſubiacenti una eſt.Ip
ſe Solomon de leua,& dextera ſapientiæ docuit,dicens:Longitudo enim & anni uitæ in
dextera eius:in ſiniſtra aũt ipſius diuitiæ & gloria.Igit leua eius ſub capite meo,ut me fa-
ciat requieſcere, & brachiũ ſponſi fiat ceruical meũ, & reclinet animæ principale ſuper
ſermonẽ dei.Leua eius ſub capite meo. Non expedit tibi habere ceruicalia,quæ lamenta
tio ſequat.In Ezechiele ſcriptũ eſt: Væ his q̃ conſuũt ceruicalia ſub omni cubitu manus.
Noli cõſuere ceruicalia, noli capiti aliunde requiẽ quærere : habe ſponſi leuã ſub capite
tuo

A tuo,& dic: Lęua eius ſub capite meo:quã cum habueris,omnia tibi quæ ſunt in lęua tri-
buunt.Dicis quippe,in ſiniſtra eius diuitię & gloria,& dextera eius amplexabit me.To-
tum te ſponſi dextera complectat.Longitudo quippe & anni uitæ,in dextera eius:& ob
id longę uitę, & multorũ dierum eris ſuper terrã bonam , quam dñs deus tuus dat tibi.
Adiuraui uos filiæ Hieruſalem in uirtutibus & uiribus agri . Quid adiurat ſpõſa filias
Hieruſalem? Si leuaueritis & ſuſcitaueritis charitatẽ.Quàm diu charitas dormit in uobis
ô filię Hieruſalem,ô adoleſcentulæ,quę in me nõ dormit,quia uulnerata ſum charitate?
In uobis aũt,quæ plures eſtis,& adoleſcentulę,& filię Hieruſalem dormit charitas ſpon
ſi.Adiuraui ergo uos filiæ Hieruſalem:ſi leuaueritis,& nõ ſolum leuaueritis,ſed & ſuſci
taueritis,quæ in uobis eſt charitatẽ . Creator uniuerſitatis cum uos conderet, inſeruit in
cordibus ueſtris ſemina charitatis.Nunc aũt,ſicut alibi dicit : iuſtitia dormiuit in ea : ſic
dilectio dormitat in uobis:iuxta quod & alibi dicitur,ſponſus requieuit ut leo,& ut catu
lus leonis . Adhuc in infidelib.& in his qui corde ſunt dubio, dormitat ſermo diuinus,
uigilat in ſanctis.Dormitat in his qui tempeſtatibus fluctuant:ſuſcitat uero eorum uoci
bus,qui cupiunt uigilante ſponſo ſaluari.Statim fit eo uigilante tranquillitas,ſtatim un-
darum moles conquieſcũt,ſpiritibus contrarijs concrepat:fluctuũ rabies ſilet.Illo dor-
miente,tẽpeſtas,mors & deſperatio eſt. Adiuro ergo uos filię Hieruſalẽ in uirtutibus,&
in uiribus agri.Cuius agri?Nempe illius agri pleni,quem benedixit dñs. Si leuaueritis
& ſuſcitaueritis charitatem:quoaduſq; uelit uox fratruelis mei. Ecce hic uenit ſaliens ſu
per montes.Hæc adhuc loquitur eccleſia exhortans adoleſcentulas,ut ad ſponſi prępa-
rentur aduentum:ſi tamen uenire uoluerit,& ſuum illis præbere colloquiũ.Adhuc igi-
tur loquente ea,uenit ſponſus quem digito monſtrat,& dicit : Ecce hic uenit ſaliens ſu-
per montes.Intellige ſponſæ animam beatam atq; perfectam:quę citius uideat,citius ſer
monis contempletur aduentum,quæ ſibi ſapientiam ueniſſe ſentiat & charitatẽ,& dicat
nõ uidentibus:Ecce hic uenit.Orate ut & ego poſsim dicere:Ecce hic uenit. Si enim po
B tuero dei differere ſermonem,quodãmodo & ego dicã:Ecce hic uenit.Quò?Non utiq;
ubi uallis,nõ ubi humilia loca.Quò uenit?Saliens ſuper mõtes, tranſiliens ſuper colles.
Si fueris mons,ſalit in te ſermo dei:ſi non ualueris eſſe mons , ſed fueris collis ſecundus
à monte,tranſiliet.Quàm uero pulchra & cõuenientia rebus uocabula.Salit ſuper mon
tes,quia maiores ſunt:tranſilit ſuper colles,quia minores ſunt. Non tranſilit ſuper mon
tes,nõ ſalit ſuper colles.Ecce hic uenit ſaliens montes,tranſiliens ſuper colles. Similis
eſt fratruelis meus capreæ,aut hinnulo ceruorum in montibus Bethel.Hæc duo anima-
lia in ſcripturis frequentius nominant:& quo amplius admireris, ſæpius iuncta ponun
tur.Et hæc ſunt,ait,quæ manducabis,poſt paululũ inferẽs,capream & ceruũ.In præſen
ti quoq; libro pariter nominant ceruus & caprea. Quodãmodo enim cognata ſibi ſunt
& iſta animalia.Caprea,id eſt dorcas, acutiſsimè uidet . Ceruus interfector ſerpentũ eſt.
Quis putas eſt dignus è nobis,qui iuxta dignitatẽ loci atq; myſterij,plenã poſsit explica-
re rationẽ?Oremus dominũ,ut nobis largiatur ſenſum ad aperiendas ſcripturas,& poſ-
ſimus dicere:Quomodo aperuit nobis Ieſus ſcripturas? Quid igitur dicimus: quia dor-
cas,hoc eſt caprea,ſecundum eorum phyſiologiam,qui de naturis omnium animalium
diſputant,ex inſita ſibi ui nomen acceperit? Ab eo enim quod acutius uideat,id eſt *πρὸ τῆς ὀξέως ὁρᾶν*, dorcas appellata eſt.Ceruus uero ſerpentum inimicus ac debellator eſt:
ita ut à ſpiritu narium eos extrahat de cauernis:& ſuperata pernicie ueneni,eorum pabu
lo delectetur.Forſitan ſaluator meus caprea fit iuxta *θεωρίαν* : ceruus iuxta opera. Quæ-
nam iſta ſunt opera?Interficit ipſe ſerpentes,contrarias fortitudines iugulat.Ideo dicam
ei:Tu contriuiſti capita draconum ſuper aquas:tu contriuiſti caput draconis. Similis
eſt fratruelis meus capreæ uel hinnulo ceruorum ſuper montes domus dei. Bethel quip
pe interpretatur domus dei.Non omnes montes domus dei ſunt,ſed qui montes eccle-
ſiæ ſunt.Inueniunt quippe & alij montes erecti & conſurgentes aduerſus ſententiã dei,
montes Aegyptiorum & Allophylorũ.Vis ſcire quia ſimilis eſt fratruelis meus capreæ,

aut hinnulo ceruorũ ſuper montes Bethel? Eſto mõs eccleſiaſticus, mons domus dei: & c
ueniet ad te ſpõſus ſimilis capreæ uel hinnulo ceruorũ ſuper mõtes Bethel. Cernit ſponſum appropinquaſſe uicinius, qui antè ſuper montes uerſabat & colles: aſſimilat eũ trãſilientem atq; ſalientẽ: & poſt hæc ad ſe & ad alias adoleſcentulas aduenisſe cognoſcẽs, ait: Ecce hic retro poſt parietẽ noſtrum. Si ędificaueris parietẽ, & feceris ędificationem dei, ueniet poſt parietẽ tuum proſpiciẽs per feneſtras. Vna feneſtra, unus eſt ſenſus: per hũc proſpicit ſponſus. Alia feneſtra alius eſt ſenſus: & per hunc ſponſus ſollicitè contuet. Per quos enim ſenſus nõ proſpicit ſermo dei? Quid ſit aũt proſpicere per feneſtras, & quomodo per eas ſponſus aſpiciat, ſequẽs docebit exemplũ. Vbi non proſpicit ſponſus, ibi mors inuenit aſcẽdens, ut legimus in Hieremia: Ecce mors aſcẽdit per feneſtras ueſtras. Quando uideris mulierẽ ad concupiſcendum eam, iam mors aſcẽdit per feneſtras tuas.

Eminẽs per retia. Intellige quia in medio laqueorũ ambulas: & ſubtus machinas tranſeas imminẽtes. Omnia retibus plena ſunt, diabolus laqueis cuncta cõpleuit. Si aũt uenerit tibi ſermo dei, & cœperit eminere de retib⁹, dices: Anima noſtra erepta eſt de laqueo uenantiũ: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Benedicti uos à dño, qui fecit cœlum & terram. Eminet igitur ſponſus per retia tibi uiã faciẽs. Ieſus deſcẽdit ad terras, ſub iecit ſe retibus mũdi. Videſ magnũ hominum gregẽ retibus impeditũ: nec eum ab alio, niſi à ſe poſſe conſcindi: uenit ad retia, aſſumẽs corpus humanũ, quod inimicarũ fortitudinum laqueis tenebat: ea tibi dirupit, & loqueris: Ecce hic retro poſt parietẽ noſtrum, proſpiciẽs per feneſtras, eminẽs per retia: cum uero eminuerit, dicit tibi. Reſpondet fratruelis meus, & dicit: Surge ueni proxima mea, uiã tibi feci, conſcidi retia: ſic ueni ad me proxima mea: Surge ueni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea. Cur ait, ſurge? Cur propera? Ego pro te ſuſtinui rabiem tempeſtatũ, ego fluctus qui tibi debebant, excepi. Triſtis eſt facta anima mea propter te uſq; ad mortẽ. Surrexi à mortuis, fractis mortis ianuis, & inferni uinculis diſſolutis, ideo dico tibi: Surge, ueni proxima mea, ſpecioſa mea, D
columba mea: quia hyems tranſiuit, pluuia abijt ſibi, flores uiſi ſunt in terra. Ego à mortuis ſurgens, tempeſtate compreſſa, tranquillitatẽ reddidi. Et quia ſecundum diſpẽſationem carnis ex uirgine cum uoluntate patris creui, & ſapiẽtia & ætate profeci: flores uiſi ſunt in terra, tempus ſectionis adeſt. Sectio repromiſsio peccatorũ eſt. Omnem enim ramum, ait, in me manentẽ & afferentem fructum, pater meus mundat, ut fructus maiores afferat. Habeto fructus, & priora quæ in te infructuoſa ſunt, auferentur. Tempus quippe ſectionis adeſt. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Non ſine cauſa in ſacrificio aſſumitur par turturum, aut duo pulli columbarũ: nam idem ualent: & nunquam dictum eſt ſeparatim: par tantũmodo columbarum, ſed par turturũ & duos pullos columbarũ. Columba, ſpiritus ſanctus eſt. Spiritus aũt ſanctus quando de magnis & occultioribus ſacramẽtis, & quę multi capere non poſſunt, loquit, in turturis appellatione ſignatur, id eſt, in auis eius, quæ ſemper in montiũ iugis & in arborũ uerticibus cõmoratur: in uallibus aũt & his quæ ad homines uſq; perueniunt, columba aſſumit. Deniq; ſaluator quia hominẽ eſt dignatus aſſumere, & uenit ad terras, multiq; tunc circa Iordanẽ peccatores erant: idcirco ſpiritus ſanctus non in turturẽ uertitur, ſed columba fit. Inter nos propter hominum multitudinẽ, auis manſuetior conuerſat. Turtur aũt uidet, uerbi gratia Moyſen, & unumquẽlibet intelligere prophetarũ, recedentiũ in montes & deſerta, & ibi accipientiũ ſermones dei. Vox ergo turturis audita eſt in terra noſtra. ficus produxit groſſos ſuos. A ficu cognoſcite parabolam. Cum ramus eius tener factus fuerit, & folia miſerit: ſcitote quia iuxta eſt æſtas. Vult nobis dei eloquiũ nunciare, poſt hyemẽ, poſt procellas, animarũ appropinquaſſe meſſem, & ait: Ficus produxit groſſos ſuos: uites floreſcũt, dederunt odorẽ. Si iam erumpũt in florẽ, tempus aduenit, & erunt uuæ. Surge, ueni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea. Hæc quæ ſuperius expoſuimus, ſponſus non audientibus adoleſcentulis, ſed ſola ſponſa audiente loquit. Volumus autem & ipſius iam audire ſermonẽ loquentis ad ſponſam. Surge, ueni proxima mea, columba mea, & ueni

columba

A columba mea ſub tegmine petræ. Et Moyſes ſub tegmine petræ ponitur: ut uideat poſteriora dei in tegmine antemuralis. Primũ ueni ad id quod ante murũ eſt, & poſtea poteris introire ubi murus eſt petræ. Oſtende mihi faciẽ tuam. Vſq; ad præſentẽ diem ſimilia dicunt ad ſponſam. Necdũ enim habebat fiduciã ut reuelata facie gloriã domini contemplaretur. Quia uero iam ornata eſt atq; cõpoſita, dicitur ei: Oſtende mihi faciẽ tuã. Nondũ enim erat uox eius ita ſuauis, ut mereret ei dici: Audire me fac uocẽ tuam. Quando ergo didicit loqui? Tace eñ, ait, & audi Iſrael, & ſcies quid loquat dominus. Et ſuauis facta eſt uox eius ſponſo, ſecundũ illud propheticum: Suauis fiet ei poſtulatio mea. Tunc ad eam ſponſus effatur: Et audire me fac uocẽ tuam: quia uox tua ſuauis eſt. Si apparueris os tuum uerbo dei, dicet tibi ſponſus: Vox tua ſuauis eſt, aſpectus tuus ſpecioſus. Quapropter cõſurgentes, deprecemur dominũ: ut digni efficiamur ſponſi ſermone, ſapientia Chriſti Ieſu: cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

HIERONYMVS MINERIO ET ALEXANDRO, EXPONENS ILLVD APOſtoli, non omnes quidem dormiemus ſed omnes immutabimur.

IN ipſo iam profectionis articulo fratris noſtri Syſinnij qui ueſtra mihi ſcripta detulerat, hęc qualiacunq; ſunt, dictare compellor: nec poſſum ueſtram cælare prudentiam: ſed obſecro ne hoc dictũ referatis ad gloriam: quin potius ad plenam neceſsitudinẽ, dum ita uobis quaſi mihi loquor. Multas ſanctorum fratrum ac ſororum de ueſtra prouincia ad me detulit quæſtiones, ad quas uſque ad diem Epiphaniorum, largiſsimo ſpacio me reſponſurũ putabam. Cumq; furtiuis noctium lucubratiunculis ad pleraſq; dictarem, & expletis alijs me ad ueſtram quaſi ad difficillimam reſeruarẽ, ſubito ſuperuenit, afferens ilico profecturũ. Cumq; eum rogarem ut differret iter, libere mihi cœpit famem obtendere monaſteriorũ, Aegypti neceſsitates, Nili non plenas aquas, multorum inediam, ut prope offenſa eſſet in dominũ, 1
illum ultra uelle retinere. Itaq; ſubtegmen & ſtamina, liciaq; & telas, quæ mihi ad ueſtrã
B tunicam paraueram, uobis inconfecta tranſmiſi: ut quicquid mihi deeſt, ueſtro texatur eloquio. Prudentes eſtis & eruditi, & de canina, ut ait Appius, facundia ad Chriſti diſertitudinem tranſmigraſtis. Nec magno mihi apud uos labore opus eſt, quod philoſophũ quendam in ſuadendo ruſticum eſſe perpeſſum narrant fabulæ. Vix dum dimidium, inquit, dixeram, iam intellexerat. Itaq; & ego tempore coartatus, ſingulorũ uobis qui in ſacram ſcripturam cõmentariolos reliquerunt, ſententias protuli: & ad uerbum pleraq; interpretatus ſum, ut & me liberem quæſtione, & uobis ueterum tractatorũ mittatur auctoritas, qui in legendis ſingulis ac probandis, nõ meæ uoluntati, ſed ueſtro acquieſcatis arbitrio. Quęritis quo ſenſu dictũ ſit, & quomodo in prima ad Corinthios epiſtola Pauli apoſtoli ſit legendũ: Omnes quidẽ dormiemus, nõ autem omnes immutabimur. Aut iuxta quædam exemplaria, nõ omnes dormiemus, omnes autẽ immutabimur: Vtrunq; enim in Græcis codicibus inuenitur. Super quo Theodorus Heracleotes, quæ urbs olim Perinthus uocabatur, in cõmentariolis Apoſtoli ſic locutus eſt: Omnes quidem nõ dormiemus: omnes autem immutabimur. Enoch enim & Elias, mortis neceſsitate ſuperata, ita ut erant in corporibus, de terrena cõuerſatione ad cœleſtia regna translati ſunt. Vnde & ſancti qui die cõſummationis atq; iudicij in corporibus reperiẽdi ſunt, cũ alijs ſanctis qui ex mortuis reſurrecturi ſunt, rapientur in nubibus obuiam Chriſto in aera: & nõ guſtabunt mortẽ: eruntq; ſemper cum domino, grauiſsima mortis neceſsitate calcata. Vnde ait Apoſtolus: Omnes quidẽ non dormiemus, omnes autem immutabimur. Qui enim ex mortuis reſurrexerint, & in nubibus uiuentes rapti fuerint, tranſibunt ad incorruptionẽ: & à mortalitate in immortalitatẽ mutabimur, nõ in tempore, non ſaltem in breui ſpacio: ſed in atomo & in puncto temporis atq; momento, quo palpebra oculi moueri poteſt in nouiſsima tuba. Tanta enim fiet celeritate reſurrectio mortuorũ, ut uiui quos in corporibus ſuis cõſummationis tẽpus inuenerit, mortuos de inferis reſurgentes præuenire nõ ualeant. Quod manifeſte Paulus ediſſerẽs, ait: Canet enim tuba, &

mortui

mortui resurgent incorrupti,& nos immutabimur.Oportet enim corruptibile istud in c
duere incorruptionẽ:& mortale hoc induere immortalitatẽ, ut posit in utranq; partẽ, uel in pœnis,uel in cœlorum regno manere perpetuo. Diodorus Tarsensis episcopus,præterito hoc capitulo, in consequentibus breuiter annotauit:in eo quod scriptũ est:Et mortui resurgent incorrupti,& nos immutabimur.Si, inquit, incorrupti resurgent mortui,haud dubiũ quin & ipsi ad meliora mutati:quid necesse fuit dicere, & nos immutabimur? An hoc uoluit intelligi,quod incorruptio cõmunis sit omniũ, immutatio autẽ proprie iustorũ? dum nõ solum incorruptionẽ & immortalitatẽ, sed & gloriam cõsequuntur.Apollinarius licet alijs uerbis,eadẽ quæ Theodorus asseruit:quosdã non esse morituros,& de præsenti uita rapiendos in futurã:ut mutatis glorificatisq; corporibus,sint cum Christo.Quod nũc de Enoch & Elia credimus.Didymus nõ pedibus,sed uerbis in Origenis transiens sententiam,cõtraria uia gradit̃. Ecce mysterium uobis loquor:Omnes quidẽ dormiemus,nõ omnes autem immutabimur.Quod ita disseruit:Si non indigeret resurrectio interprete,nec obscuritatẽ haberet in sensibus:nunquã Paulus post multa quæ de resurrectione loquutus est,intulisset: Ecce mysteriũ uobis dico. Omnes quidem dormiemus,id est,moriemur:nõ omnes autẽ,sed soli sancti immutabimur.Scio quod in nõnullis codicibus scriptũ sit:Nõ quidem omnes dormiemus, omnes autem immutabimur.Sed cõsiderandum:an ei quod præmissum est, omnes immutabimur,posit cõuenire quod sequit̃:Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.Si em̃ omnes immutabuntur,& hoc cõmune cum cæteris est, superfluũ fuit dicere,& nos immutabimur.Quamobrẽ ita legẽdum est:Omnes quidẽ dormiemus,nõ omnes autẽ immutabimur.Si enim in Adam omnes moriuntur , & in morte dormitio est: omnes ergo dormiemus siue moriemur. Dormit autẽ iuxta idioma scripturarum , qui mortuus est spe resurrectionis futuræ.Omnisq; qui dormit,utiq; expergiscitur : si tamẽ nõ subita uis mortis eum oppresserit,& mors somno fuerit copulata. Cumq; omnes ita dormierint lege naturę,soli sancti & corpore & anima in melius mutabunt̃:ita ut incor p
ruptio omniũ resurgentium sit,gloria autẽ atq; mutatio proprie sanctorum. Quodq; sequitur iuxta Græcos , ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ, siue ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ , utrunq; em̃ legit̃ : & nostri 2
interpretati sunt,in momẽto & in ictu,siue in motu oculi , idẽ Didymus ita explanauit: iuncta simul omniũ resurrectione,rapient̃ obuiam Christo:sed hi quos mors dissoluerit,quæ præsens sermo significat.Quando enim dicit,in puncto tẽporis, & in motu oculi atq; momẽto futuram omniũ resurrectionẽ,cunctam primæ & secũdæ resurrectionis excludit fabulam:ut alij primi,alij nouissimi resurrecturi esse credant̃. Atomus autẽ punctum temporis est, quod secari & diuidi nõ potest. Vnde & Epicurus ex suis atomis mundum struit,& uniuersa cõformat.Ictusq; oculi siue motus,qui Græce dicit̃ ῥοπὴ,tanta uelocitate transcurrit,ut penè sensum uidẽtis effugiat. Verum quia in plerisq; codicibus pro ῥοπὴ, id est ictu uel motu,ῥιπὴ legit̃:hoc sentire debemus,quod quomodo leuis pluma uel stipula,aut tenue siccumq; foliũ,uẽto flatuq; raptatur, & de terra ad sublime transfertur:sic ad ictum oculi & ad nutũ dei,omniũ mortuorũ corpora mouebuntur parata ad aduentũ iudicis.Quodq; iungit & dicit:In nouissima tuba:canet enim tuba,& mortui resurgẽt incorrupti,& nos immutabimur.Oportet em̃ corruptibile hoc induere incorruptionẽ,& mortale hoc induere immortalitatẽ:duplicẽ habet intelligentiam,ut clangor tubæ, aut uocis indicet magnitudinẽ:iuxta illud quod scriptũ est: Sicut tuba exalta uocẽ tuam:aut apertam omnium resurrectionẽ:iuxta illud quod in Euãgelio legimus:Tu autẽ quãdo facis eleemosynam,noli tuba canere ante te:hoc est,abscondite fac misericordiam & in secreto,ne uidearis de alterius miseria gloriari . Quærimus aũt cur ad nouissimã tubã mortuos scripserit resurrecturos. Quãdo enim nouissima dicitur,utiq; aliæ præcesserũt.In Apocalypsi Ioannis, septem describunt̃ angeli cũ tubis: & unoquoq; clangẽte,primo uidelicet,secũdo & tertio,quarto & quinto & sexto: quid per singulos actum sit,indicatur.Nouissimo autẽ,id est septimo,claro tubæ strepitu per

sonante

A sonante,mortui suscitanĩ,corpora quæ prius habuerãt corruptibilia incorrupta recipientes.Vnde post nouissimam tubam,exponit Apostolus quid sequat̃:Canet enim tuba, & mortui resurgẽt incorrupti, nos autẽ immutabimur . Quando dicit nos , alium se, & eos qui secum sunt,præter mortuos esse significat.Ad quod intelligendũ,sunt qui dicãt mortuos qui resurgant incorrupti,esse corpora mortuorum : eos autem qui dicant̃ esse mutandi,animas debere accipi,quando in maiorẽ gloriam fuerint cõmutatæ, & peruenerint in uirũ perfectum,in mensurã ætatis plenitudinis Christi.Alij uero asserũt,mortuos debere intelligi peccatores,qui resurgẽt incorrupti,ut possent ęterna sustinere supplicia:eos autẽ qui cõmutantur esse sanctos,qui de uirtute in uirtutẽ, & de gloria transferuntur in gloriam.Vnde & ad incorruptionẽ mortuorum intulit:Oportet enim corruptiuum hoc induere incorruptionẽ . Ad id autẽ quod dixerat, nos immutabimur : illud adiunxit,& mortale hoc induet immortalitatem. Aliud est enim immortalitas,aliud incorruptio:sicut aliud mortale,& aliud corruptiuũ.Quicquid autẽ mortale est,& corruptiuum est:sed non quod corruptiuũ,statim & mortale.Corruptiua quippe sunt corpora,quæ carẽt anima,& tamẽ non sunt mortalia:quia nunquã habuere uitam,quę propriè animantium est.Vnde & signanter Apostolus corruptioni incorruptionẽ,& mortalitati immortalitatẽ,resurrectionis futurã tẽpore copulauit. Acacius Cæsareæ,quæ prius Turris Stratonis uocabat̃,post Eusebiũ Pamphili episcopus, in quarto συμικτῶν ζητημάτων libro proponẽs sibi hanc eandẽ quæstionẽ,latius disputauit:& utrumq; suscipiẽs,quod inter se uident̃ esse contrariũ,post principiũ quod omisimus,sic locutus est: Dicamus primũ de eo quod magis in plurimis codicibus inuenit̃. Ecce mysterium dico uobis : Omnes quidẽ dormiemus, non omnes aũt immutabimur . Mysteriũ dixit,ut attẽtos faceret auditores,de resurrectione plenius disserturus.Dormitio aũt mortẽ istã, quæ cõmunis est omniũ,significat:unde rectissimè posuit,ϕ oẽs dormiamus,id est,moriamur:sicut suprà dixit, Quomodo in Adam omnes moriunt̃ , sic & in Christo omnes
B uiuificabunt̃.Cum ergo omnes morituri sint,audite sacramẽta quæ dico:Omnes quidẽ moriemur,sed non omnes immutabimur.Canet enim tuba,haud dubiũ quin angelus septimus,& mortui resurgẽt incorrupti.Si aũt incorrupti erũt mortui,quomodo nõ immutabunt̃,cum incorruptio ipsa mutatio sit? Sed hic cõmutatio, qua Paulus mutandus & sancti sunt,glorificatio intelligit̃. Incorruptio aũt idcirco cõmunis est omnium,quia in eo miserabiliores erũt peccatores,ut ad tormẽta perpetui sint,& nõ mortali & corruptibili corpore dissoluant̃.Legimus in eadẽ epistola,Apostolo differẽte, sacratã diuersitatẽ resurrectionis,nõ in natura corporũ,sed in uarietate gloriæ: dũ alij resurgũt ad pœnas perpetuas, alij ad gloriã sempiternã. alia em̃ caro uolatiliũ,alia piscium,alia iumẽtorũ, & corpora cœlestia,& corpora terrestria.Sic,inquit, erit & resurrectio mortuorũ. Cui sentẽtiæ magis acquiescit ecclesia,ut omnes cõmuni morte moriamur,& non oẽs mutemur in gloriã:iuxta illud quod Daniel scribit: Multi dormiẽtes in terræ puluere, resurgent,alij in gloriam æternã,alij in confusionẽ & opprobrium sempiternũ . Qui enim resurgent in opprobrium & confusionẽ sempiternam,non resurgẽt in ęternã gloriam,in quam Paulus & qui cum eo sunt mutabunt̃.Quæ cum ita se habeant,& sic intellecta sint à nobis,eorum tantum cõmutationem suscipere,qui resurgẽt in gloriam:peccatorũ aũt & infidelium,qui mortui appellant̃,& resurgẽt incorrupti,nequaquã cõmutationẽ, sed pœnas perpetuas esse dicẽdas:transeamus ad secundam lectionẽ , quæ ita fer̃t in plerisq; codicibus.Non quidem omnes dormiemus,omnes autẽ immutabimur.Ex qua re nonnulli asserunt multos uiuos in corporibus reperiendos:& si non dormiant omnes,non omnes esse morituros:si autẽ non moriant̃ omnes,non omnes resurrecturos.Resurgere enim propriè dicit̃, qui prius moriẽdo cecidit. Vnde & Paulũ uolunt scribere in prima ad Thessalonicenses epistola:Nos qui uiuimus, qui residui erimus in aduentu domini,non præueniemus eos qui dormiunt:quoniam ipse dominus in iussu & uoce archangeli & in tuba dei descendet de cœlo : & mortui in Christo resurgent primum : deinde

nos

nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Chri- C
ſto in aera, & ſic ſemper cum domino erimus. Et ex his dictis probare conant̃ apoſtolũ
Paulum, & qui cum eo ſcribebant epiſtolam, putaſſe ſe nõ eſſe morituros, ſed reperien-
dos in die cõſummationis in corpore. Quod ſi uerũ eſt, errauit Paulus, & humana æſti-
matione deceptus eſt: ut arbitraretur ſe inueniendum in corpore, quod falſum eſſe, re-
rum exitus approbauit. Hoc intellexerant & ipſi Theſſalonicẽſes, ſacramenta ſermonis
myſtici neſciẽtes, & coniecturis uarijs fluctuabant, dicebantq; : Si Paulus inueniendus
in corpore eſt, proximus eſt dies iudicij. Vnde corrigit eos, ſecundã epiſtolam ſcribẽs:
Rogamus uos fratres per aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtri cõgregationẽ
in ipſum, ut nõ cito moueamini mente, nec terreamini, neq; per ſpiritum, neq; per uer-
bum, neq; per epiſtolam, tanq̃ per nos miſſam, quaſi inſtet dies domini: ne quis uos ſe-
ducat ullo modo: quoniam niſi diſceſsio uenerit primum, & reuelatus fuerit homo pec
cati, filius perditionis, qui aduerſat̃ & extollitur ſuper omne quod dicit̃ deus, aut quod
colitur, ita ut in templo dei ſedeat, oſtendẽs ſe tanquam ſit deus. Non meminiſtis quod
cum apud uos eſſem adhuc, hæc dicebam uobis? Quibus dictis hoc agit, ut eos reuo-
cet ab errore: ne putent diem appropinquare iudicij: & id quod ſcripſerat: Nos qui uiui
mus, qui reſidui ſumus, in aduentu domini nõ præueniemus eos qui dormierunt: aliter
intelligant, q̃ intelligi uoluit ipſe qui ſcripſit. Neq; em̃ fieri poteſt, ut qui ad Timotheũ
ſcripſerat: Ego em̃ iam delibor, & tẽpus reſolutionis meæ inſtat, putaret ſe in carne per-
petuum, & nunquam eſſe moriturũ, & de uita æterna ſtatim ad regna cœleſtia tranſitu-
rum: præſertim cũ ad Romanos ſcribẽs eadẽ dixerit: Quis me liberabit de corpore mor
tis huius? Et ad Corinthios: Habitantes in corpore, peregrinamur à domino. Magis aũt
uolumus exire de corpore, & eſſe cum domino. Qui hæc dicebat, nouerat utiq; ſe eſſe
moriturũ. Melius eſt igitur ſpiritualiter ſentire quod ſcriptum eſt, & dormitionẽ in prę
ſenti loco, nõ mortẽ accipere, per quam anima à corpore ſeparat̃: ſed peccatum poſt fi-
dem & offenſam dei, dormitionẽq; poſt baptiſmũ: de qua & ad Corinthios loquebatur: D
Et ideo inter uos multi infirmi ſunt, & dormiũt plurimi. Et in alio loco: Ergo & qui dor
mierũt in Chriſto, perierũt: qui cum mortui ſint, nõ ſunt perpetua morte perituri, quia
non in mortali crimine continẽtur, ſed leui modicoq; peccato. Quod & alius ſanctus ui
tare cupiẽs, loquebat̃: Nec forte obdormiam in morte. Eſt em̃ ſomnus peccati, qui ducit
ad mortẽ: & eſt alia delicti dormitio, quæ morte nõ ſtringitur. Qui ergo uixerit ea uita
quæ dicit: Ego ſum uita (etenim uita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo) & nun
quam ab ea fuerit ſeparatus, nec ad mortẽ uſq; peccauerit: iſte de uiuẽtibus & ſemper ui
uentibus eſſe dicit̃, de quibus & ſaluator in euãgelio Ioãnis, myſtico ſermone teſtat̃: Qui
credit in me, nõ morie t̃. Et omnis qui uiuit & credit in me, nõ morie t̃ in æternũ. Vnde
& Apoſtolus, domini ſui calcãs ueſtigia, ea docuit diſcipulos, q̃ didicit à magiſtro. Om-
nes itaq; nõ dormiemus. Qui em̃ omni cuſtodia ſeruat cor ſuũ, & ad Chriſti præcepta
uigilat, mandatiq; eius memor eſt, dicẽtis: Vigilate, quia neſcitis qua hora fur ueniat: Et
in alio loco: Ne dederis ſomnũ oculis tuis, & palpebris tuis dormitationẽ, ut ſaluus fias
quaſi caprea de uinculis, & quaſi auis de laqueis: iſte nõ dormiet. Cum igit̃ quidã nõ dor
miant, qui ſemper in Chriſto uiuũt & uigilant, ſequit̃ ut nequaq̃ omnes dormiant, & e-
contrario omnes immutent̃: non immutatione gloriæ, quę proprie debetur ſanctis, ſed
ea immutatione qua corruptiuũ hoc incorruptiuũ efficit̃, ut uel pœnas uel prẽmia reci-
piat ſempiterna. Quod & ſi dormierit aliquis in Chriſto, & negligẽtiæ ſomno obdormi
erit, debet audire quod ſcriptum eſt: Nũquid qui dormit nõ reſurget? Qui uero nõ dor
mit, ſed uigilat, & ſemper uiuit in Chriſto, de uita ad uitam tranſiet: ſiue rapietur in nu-
bibus, ut ſemper cum domiño ſit. De iſtiuſmodi dormiẽtibus Lazarus erat, de quo do-
minus ait: Lazarus amicus noſter dormit. Et de hoc dormiẽte dicebat ad Martham: Qui
credit in me, etiã ſi mortuus fuerit, uiuet: & omnis q uiuit & credit in me, nõ morie t̃ in
æternũ. Qui enim tota mẽte in Chriſto cõfidit, etiam ſi ut homo lapſus, mortuus fuerit
in

A in peccato, fide ſua uiuit in perpetuũ. Alioqui mors iſta cõmunis, & credentibus & nõ
credentibus debeẽ æqualiter, & omnes pariter reſurrecturi ſunt: alij in cõfuſionem æ-
ternam: alij ex eo quod credunt in ſempiternam uitam. Et ſic ſtare poteſt: ut qui credit
in Chriſto, non moriat̃: & etiã ſi mortuus fuerit, uiuat in perpetuũ. Quod iuxta corpora
lem mortẽ, excepto Enoch & Elia, nulli cõtigiſſe perſpicuũ eſt. Qui autem fidei magni-
tudine ſemper uiuunt in Chriſto, nõ dormient, neq; morient̃: ſed imitatores erunt ui-
tæ apoſtolicæ, qui abſq; ulla culpa uixerunt in lege iuſtitiæ: & ad fidem domini trãſeun-
tes, credentesq̃ in eum qui uita uocat̃ & reſurrectio, nunquã dormiere, nunquã mor-
tui ſunt. Anima em̃ quæ peccauerit, ipſa morietur. Sicut igit̃ anima quæ peccat, uiuen-
te corpore mortua eſt: & eadẽ die qua peccauerit, dormit in morte, dicente Eccleſia-
ſte: Qui peccauerit, mortuus eſt ex tũc: ſic anima quæ Chriſti præcepta ſeruauerit, etiã
ſi corpus mortuũ fuerit, uiuet in æternũ. Hoc aũt ſciendũ, quod magis conueniat ueri-
tati, ita legere: Omnes quidẽ dormiemus, non omnes autẽ immutabimur: maxime quia
ſequitur: Mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Si em̃ omnes ſunt immu-
tandi, iuxta alteram lectionẽ: quomodo poſtea dicitur, quaſi præcipuũ atq; priuatum,
& proprie apoſtolorũ, & nos immutabimur? Quando autem dicit nos, ſanctos quoſq;
ſignificat. Quæritis quomodo intelligendum ſit illud, quod in prima ad Theſſaloni
cenſes epiſtola ſcribitur: Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quia nos qui uiui-
mus, qui reſidui ſumus, in aduentu domini nõ præueniemus eos qui dormierũt: quo-
niam ipſe dominus in iuſſu, & in uoce archangeli, & in tuba dei deſcendet de cœlo: &
mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgẽt primi: deinde nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus,
ſimul cũ illis rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aera: & ſic ſemper cũ domino eri-
mus. Super quo quamuis ſuperior Acacij diſputatio plenius uentilarit: tamẽ dicendum
eſt quid uideatur alijs, Theodoro uidelicet, Apollinario & Diodoro, qui unã ſequunt̃
ſententiã: quorũ Diodorus hæc ſcripſit. Reſiduos atq; uiuẽtes, Paulus apoſtolus uocat:
B nõ quo uelit intelligi & ſe & alios reſurrectionis tẽpore in corpore reperiẽdos: ſed nos
dixit, pro eo quod eſt, iuſtos: de quorũ & ego ſum numero. Ipſi enim rapient̃ obuiam
Chriſto, & nõ peccatores. Viuentes autẽ nõ iuxta tropologiam ſanctos accipimus, qui
peccato nõ mortui ſunt: ſed oẽs quos in corpore adueniẽs Chriſtus inuenerit. Quodq;
ſequitur: Non præueniemus eos qui dormierunt: nequaq̃ ad peccatores referre debe-
mus. Neq; enim peccatores cum iuſtis rapientur obuiã Chriſto, ſed eos quos mors diſ-
ſoluerit. Verũ quid iſta perquiro, et apoſtolicis dictis calumniã facio, cũ ipſe manifeſtiſ-
ſime ſcribat: q reſidui ſumus in aduentu domini? Qui ſint autẽ reſidui, uerbis diſcimus
ſaluatoris: Sicut in diebus Noe ducebãt uxores, & nubebãt: & repente uenit diluuiũ, &
tulit omnes: ſic erit aduentus filij hominis. Quibus ſermonibus approbat̃, in fine mũdi
multos uiuos, & adhuc in corporibus reperiendos. Sequit̃: In iuſſu & in uoce archange
li, & mortui reſurgẽt primi. Et hoc rurſum ſaluator loquit̃ in Euãgelio: Media aũt nocte
ſpõſus uenit: qui utiq; uiuẽtes in corpore deprehẽdet, quando duo erũt in lectulo uno:
unus aſſumet̃, & alius relinquet̃: & duæ molentes, una aſſumetur, & alia relinquet̃. Qui-
bus dictis oſtẽditur, medio noctis ſecuris omnibus cõſummationẽ mũdi eſſe uenturã.
Origenes in tertio uolumine ἐξηγματικῶν epiſtolæ Pauli ad Theſſalonicenſes primæ,
poſt multa quæ uario prudẽtiq; ſermone diſſeruit, hæc intulit: de quibus nulli dubium
eſt & Acaciũ pleraq; libaſſe. Quid eſt ergo quod ſcribunt Theſſalonicenſibus in uerbo
dei Paulus & Syluanus & Timotheus: Nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu
dñi non præueniemus eos qui dormierũt? Qui ſunt iſti uiuentes q loquũtur talia? Vtiq;
Paulus nõ ab hominibus nec per homines Apoſtolus: & chariſsimus eius filius in fide
Timotheus, & Syluanus qui illis erat & affectione & uirtutibus copulatus. Et hoc non
ſolũ illi, ſed quicũq; Pauli & ſciẽtia & cõuerſatione ſimilis eſt, dicere poteſt: Nos q uiui
mus, quorũ corpus mortuũ eſt propter peccatũ: ſpiritus autem uiuit propter iuſtitiã: &
quorũ mortificata ſunt membra ſuper terram: ita ut nequaquã cõcupiſcat caro contra

ſpiritum. Si enim adhuc deſiderat caro uiuit: & quia uiuit, deſiderat: & nõ ſunt mortificata membra illius ſuper terram. Quod ſi mortificata ſunt, nequaq̃ cõtra ſpiritum concupiſcũt: quæ mortificatione ſui, huiuſcemodi deſideriũ perdiderũt. Sicut igitur qui uita carucre præſenti, & ad meliora translati ſunt: magis uiuũt, depoſito mortis corpore, & uitiorũ omnium incẽtiuis: ſic qui mortificationem Ieſu in corpore ſuo circumferũt, nequaq̃ uiuunt iuxta carnem, ſed iuxta ſpiritum: uiuunt in eo qui uita eſt, & uiuit in eis Chriſtus: de quo ſcriptum eſt: Viuens eſt ſermo dei & efficax: qui eſt dei uirtus, deiq; ſapientia. Viuunt enim in quibus uiuit uirtus dei, omni humana fragilitate depoſita: & in quibus uiuit ſapientia, quæ abſcondita eſt in deo: & in quibus uiuit & operatur iuſtitia. Chriſtus em̃ factus eſt nobis, nõ ſolum iuſtitia ex deo, ſed & ſapientia & omne quod uirtus eſt. Et ſiquidem in præſenti loco ſe à dormientibus & in Chriſto mortuis, qui hanc ſcribunt epiſtolam, ſeparare̅t, uidebatur ſuperflua annotatio: & ex uno loco aſſumptum teſtimoniũ nõ ualeret. Nunc uero eodem ſenſu, quia & eodem ſpiritu, in prima ad Corinthios loquit̃: Omnes nõ dormiemus, omnes aũt immutabimur: in momẽto, in motu oculi, in nouiſsima tuba. Canet em̃ tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Hoc quod in præſenti loco ſcriptum eſt: In tuba dei deſcendet de cœlo: compara illi quod ad Corinthios dicitur: In nouiſsima tuba, canet enim tuba, & cætera. Illi aũt, quod ad Theſſalonicẽſes legit̃: & mortui in Chriſto reſurgent primi: hoc quod ad Corinthios ſcriptũ eſt, & mortui reſurgent incorrupti. Porrò quod ſequit̃: deinde nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus: illi reſpõdet: Et nos immutabimur: quorũ utrunq; ſic intelligi poteſt: Nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domini, & nos qui immutabimur: & nõ ſumus ex his qui appellant̃ mortui, ſed uiuimus: idcirco præſentiam domini nõ in morte, ſed in uita præſtolamur: quia de Iſraelitico genere ſumus, & electæ ſunt de nobis reliquiæ, de quibus dominus olim loquebat̃: Dereliqui mihi ſeptẽ milia uirorum, qui nõ curuauerũt genu Baal. In Ioannis quoq; Euangelio, uiuorũ & nõ uiuorũ, duplex ordo deſcribit̃. Omnis qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit & credit in me, nõ morie̅t in æternũ. Si uiuos ita intelligimus, ut iam à nobis dictum eſt: dormientes & in Chriſto mortuos, illos eſſe credamus, qui cũ uelint in Chriſto uiuere, tamẽ peccato mortui ſunt. Sin aũt reliquiæ & electio ſecundũ gratiam, appellantur uiuentes, qui nõ ita credũt, nec de Iſraelitica nobilitate generati ſunt, dormientes & mortui appellant̃ in Chriſto. Sunt qui hũc locũ ita edifſerant: Viui appellanť qui nunquam peccato mortui ſunt: qui aũt peccauerũt, & in eo quod peccauerũt mortui ſunt: & poſtea cõuerſi ad pœnitẽtiam, purgãt antiqua delicta, mortui appellãtur, quia peccauerunt: in Chriſto aũt mortui, quia plena ad deũ mente cõuerſi ſunt. Porrò qui uiuũt & habẽt teſtimoniũ fidei, & necdũ receperunt promiſsionẽ dei, qui & de alijs melius quid dam cogitãt, ut nõ abſq; his qui iuſti ſunt coronent̃, in eo habẽt beatitudinẽ quod fruuntur bono cõſcientiæ & uiuunt, & relicti ſunt in aduentu domini ſaluatoris. Sed quia clemens eſt deus, & uult ſaluare etiã eos qui dormierũt, & in Chriſto mortui ſunt, nõ præuenient illos, neq; ſoli rapient̃ in nubibus: ſed iuxta exemplum euangelicæ parabolæ, unum denariũ unamq; mercedem, & undecimæ horæ operarij & primæ qui in uineam miſsi ſunt, ſalutis preciũ accipient. Nec hoc alicui uideatur iniuſtum, ut diſpar labor unum præmiũ cõſequatur. Magna quippe diuerſitas eſt eorũ qui poſt uulnera ſunt ſanati, & eorũ qui nunquam uiderunt mortis errorem. De his puto dictum: Quis eſt homo qui uiuat & nõ uideat mortem? redimet de morte animã ſuam. Neq; enim (ut quidã putant) quis, pro eo quod eſt, nullus accipit̃: ſed quaſi dixerit, quiſputas, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Quis ſapiens, & intelliget hæc? Et in alio loco: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Et iterũ: Quis cognouit ſenſum domini? Reſidui ergo erunt de credentibus pauci, qui aduentũ domini uideant, ſecũdum id quod deus uerbũ factũ eſt, nequaquam in uilitate carnis, ſed in gloria triumphantis. Et cõſiderandum quomodo primũ dormiẽtes appellauerit: deinde in Chriſto mortuos: quos uiuẽtes prę uenire nõ poterũt.

Qui

Qui enim nõ cuſtodierit hoc quod ſcriptum eſt: Ne dederis ſomnũ oculis tuis, neq; palpebris tuis dormitationem, ut ſaluus fias ſicut caprea de uinculis, & ſicut auis de laqueis, dormiet & culpabili ſopore torpeſcet. Cumq; dormierit, tranſibit in mortem. Sicut enim mouetur qui uigilat, ſic qui dormit iacet immotus & mortis torpet ſimilitudine. Quod autem dormitionẽ ſequat̃ mors, & prima ad Corinthios epiſtola docere nos poterit: in qua ita ſcriptũ eſt: Nunc aũt Chriſtus ſurrexit ex mortuis, primitiæ dormientiũ: quia per hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mortuorũ. Et poſt paululũ. Non omnes dormiemus, ſed omnes immutabimur in momento, in ictu oculi, in nouiſsima tuba. Canet em̃ tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Cum ergo hæc de dormitione dicant̃ & morte, & illud legamus in Apoſtolo: Surge qui dormis & exurge de mortuis & illuminabit te Chriſtus: iuremus domino, & uotum faciamus deo Iacob, unuſquiſq; dicens in corde ſuo: Si aſcendã ſuper ſtratũ meum, ſi dedero ſomnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ, donec inueniã locũ domino, haud dubium quin in anima ſua tabernaculũ deo Iacob: ut deus in illo æterna ſede requieſcat. Sequit̃. Quia ipſe dominus in iuſſu, & reliqua. Deſcendet em̃ miſſus à patre, nõ diuerſitate uirtutis, ſed diſpenſatione iudicis: & deſcendet ad eos, qui deorſum ſunt, uerbũ dei & ſapientia, & ueritas atq; iuſtitia. Et quanq̃ mortui ſint ad quos dignat̃ deſcendere, nõ tamen ſunt ab eo alieni. Mortui em̃ uocantur in Chriſto. Qui autem uiuũt, hoc habẽt priuilegium, quod eligunt̃ è pluribus. Attamen utrunq; agmẽ, & mortuorũ in Chriſto & uiuentium, rapientur pariter in nubibus obuiam Chriſto: ut nõ eum expectent donec ad terrena deſcendat: ſed præſentia illius & contubernio in ſublimibus perfruant̃. Quantaq; clementia Chriſti, ut pro ſalute noſtra nõ ſolum caro factus ſit, ſed ad mortuos uſque deſcenderit: & in ipſa morte habeat ſigna uiuentiũ. Aqua em̃ & ſanguis de latere eius egreſſa ſunt. Deſcendit igit̃ ſermo diuinus uoce archangeli præcedente, & præparante ſibi uiam, in his qui eius poſſunt ferre præſentiam. Quod ut queamus intelligere, primi aduẽtus myſteria cognoſcamus: Scriptũ eſt de Ioanne, qui præcurſor eius fuit, quod in eremo dixerit: Ego uox clamantis in deſerto: & reliqua. Quid clamauit uox in deſerto? Parate uiam domini, rectas facite ſemitas eius. Ob quod præmiũ quam ue mercedẽ? Omnis uallis implebit̃: & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aſpera in uias planas, & uidebit omnis caro ſalutare dei. Hoc aũt ideo, quia uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Nũc autẽ nequaquã uox prophetæ in deſerto erit: ſed uox archangeli parantis uias, nõ in carnis humilitate uenienti, ſed ei qui eſt apud patrẽ uerbũ deus. Et tunc quidẽ egrediebant̃ in deſertũ, ut audirẽt aſſumpti hominis præcurſorẽ: & uiderẽt arundinẽ uento agitatã: de qua factæ ſunt tibiæ, & uocalis calamus, qui in ore puerorũ dulci ſonat modulamine, canentiũ in plateis atq; dicentiũ: Cantauimus uobis & nõ ſaltaſtis. Nũc autẽ in uoce archangeli præcedẽtis dominũ deſcendentem de cœlis, & in clariſsima tuba, unuſquiſq; credentiũ, uel ad præliũ uel ad ſacerdotalia miniſteria prouocat̃. Legimus in Numerorũ libro, ſacratas deo tubas quæ ante hoſtias ꝓſonent. Sin aũt magna eſt uox angeli, & tubæ, & archangeli, quãto maior erit tubæ dei, q̃ parat uias primũ dormientiũ & mortuorũ in Chriſto: deinde eorũ qui uiuũt, & reſidui ſunt, & ſermonis dei præſtolant̃ aduẽtum? Forſitan ſimplicis tubæ clangor, dormiẽtibus & mortuis in Chriſto neceſſarius eſt: uox aũt archangeli & tubæ dei, his qui uiuunt & in præſentia dei reſeruant̃. Videamus quid poſsit intelligi, & id quod ſequit̃: Simul cũ illis rapiemur. Quo uerbo oſtẽdi puto, ſubitũ ad meliora trãſcenſum: & idcirco raptũ ſe uoluiſſe dicere, ut uelocitas trãſeuntis ſenſum cogitãtis excederet. Qđ & in alio loco eiuſdẽ uerbi ꝓprietate ſignauit: Scio hominẽ in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in corpore neſcio, ſiue extra corpus neſcio, deus ſcit, raptũ iſtiuſmodi uſq; ad tertiũ cœlũ. Et ſcio huiuſmodi hominẽ, ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio, deus ſcit, qa raptus eſt in paradiſum, & audiuit uerba ineffabilia q̃ nõ licet homini loq. Alij enim ꝓficientes & (ut ita dicam) gradiẽtes ad maiora creſcebant, donec fierẽt iuxta id quod ſcriptũ eſt:

Magni ualde nimis: & quoſdã in cœlum aſſumptos legimus. Paulus autẽ uas electionis c
in tertiũ cœlũ raptus aſcẽdit: & idcirco audiuit uerba ineffabilia. Quomodo autẽ hi qui
rapiuntur in nubibus, rapiant obuiã Chriſto, diligẽtius cõtemplandum eſt. Scimus nu-
bes prophetas, quibus præcepit deus ne pluerẽt ſuper Iſrael imbrem, quãdo impleue-
runt menſuram patrũ ſuorum, & facta eſt lex & prophetæ uſq; ad Ioãnem Baptiſtam. Et
quia deus poſuit in eccleſia primũ apoſtolos, ſecũdo prophetas: nõ ſolũ prophetæ, ſed
& apoſtoli nubes intelligẽdi ſunt. Si quis igit̃ rapitur ad Chriſtum, aſcẽdit ſuper nubes le
gis & Euãgelij, ſuper prophetas & apoſtolos: & aſſumptis alis columbæ, eorũq; doctri-
na ad excelſa ſublatus, occurrit, nõ deorſum, ſed in aere & ſpirituali intelligẽtia ſcriptu-
rarum. Occurrẽs autem in ſpiritualibus & terrena dimittẽs: ſiue ille ſit dormiens, ſiue in
Chriſto mortuus, ſiue uiuẽs & in illius præſentiam reſeruatus, ſemper cũ illo erit, & per
fruetur uerbo dei, & ſapientia, ueritate atq; iuſtitia. Hæc celeri ſermone dictaui, quid e-
ruditi uiri de utroq; ſentirẽt loco: & quibus argumẽtis ſuas uellẽt probare ſentẽtias, ue
ſtræ prudẽtiæ exponẽs. Neq; enim tanta eſt meę puſillitatis autoritas qui nihil ſum, & in
uidorum tãtum morſibus pateo: quãta eorum qui nos in domino præceſſerũt. Nec iux-
ta Pythagoræ diſcipulos, præiudicata doctoris opinio, ſed doctrinæ ratio ponderanda
eſt. Si quis autẽ cõtrariæ factionis immurmurat, quare eorum explanationes legã, quo-
rum dogmatibus nõ acquieſco: ſciat me illud Apoſtoli libẽter audire: Omnia probate,
quod bonũ eſt tenete. Et ſaluatoris uerba dicẽtis: Eſtote ꝓbati numularij: ut ſi quis num
mus adulter eſt, & figurã Cæſaris nõ habet nec ſignatus eſt moneta publica, reprobet̃.
Qui aũt Chriſti faciẽ claro præfert lumine, in cordis noſtri marſupiũ recõdatur. Etenim
ſi dialecticã ſcire uoluero, aut philoſophorũ dogmata, & ut ad noſtra redeam, ſciẽtiam
ſcripturarũ: nequaq̃ ſimplicis eccleſiæ uiros interrogare debeo: quorũ alia gratia eſt, &
unuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat: præſertim cũ in domo magna patriſfamilię uaſorũ di-
uerſitas multa dicat̃: ſed eos, qui artem didicere ab artifice & in lege domini meditantur
die ac nocte. Ego & in adoleſcẽtia & in extrema ætate profiteor & Origenẽ & Euſebiũ D
Cæſariẽſem uiros eſſe doctiſſimos, ſed erraſſe in dogmatũ ueritate. Quod ecõtrario de
Theodoro, Acacio, Apollinario poſſumus dicere: & tamẽ omnes in explanationib. ſcri
pturarũ, ſudoris ſui nobis memoriã reliquerunt. In terra aurũ quæritur, & de fluuiorũ
alueis ſplendẽs ꝓfertur glarea, Pactolusq; ditior eſt cœno q̃ fluento. Cur me lacerãt ami
ci mei, & aduerſum ſilentẽ, craſſæ ſues grunniũt? Quarũ omne ſtudiũ eſt, imò ſciẽtiæ ſu
percilium, aliena carpere: & ſic ueterũ defendere perfidiã, ut perdãt fidẽ ſuam. Meũ pro
poſitum eſt antiquos legere, probare ſingula, retinere quæ bona ſunt, & à fide eccleſiæ
catholicæ nõ recedere. Volens ad alias quæſtiunculas reſpõdere, & uel mea uel aliena
dictare, extẽplo à fratre Siſinnio admonitus ſum, ut & ad uos & ad cæteros ſanctos fra-
tres, q̃ nos amare dignant̃, literas ſcriberẽ. Cohibebo igit̃ gradũ, & ſi uita comes fuerit,
futuro me operi reſeruabo: ut & uobis per partes paream, & fractũ ac ſenile corpuſcu-
lum onus poſsit ferre moderatũ. Illud autẽ breuiter in fine cõmoneo, hoc quod in Lati
nis codicibus legit̃: Omnes quidẽ reſurgemus, nõ omnes aũt immutabimur: in Græcis
uoluminibus nõ haberi: ſed uel, omnes dormiemus, nõ aũt omnes immutabimur: uel,
nõ omnes dormiemus, omnes aũt immutabimur: quorũ quis ſenſus ſit, ſupra diximus.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Nili nõ plenas aquas.] Nam exũdatio Nili, ubertatẽ frumentariã inducit. Subtegmen & ſtamina.] Mira ſimilitudine ſignificat uim rerũ cõgeſtarum ad opus futurũ: ſiquidem hæc eſt materia & inſtrumẽta perficiendæ telæ. Canina facundia.] id eſt, eloquẽtia rhe torũ, quæ accuſandis alijs exercetur, & cuius magna pars maledicẽtia eſt. Id ita eſſe fatebi tur, qui legerit Demoſthenis orationẽ in Aeſchinẽ, Ciceronis multas in multos. Quod philoſo-phũ.] Nõ ſatis liquet quã notet fabulã. Certe in poetarũ fabulis nulla philoſophorũ mẽtio, niſi forte alluſit ad id quod eſt apud Ariſtophanẽ in Nubibus de Socrate & Strepſiade. Porro q̃d ſequit̃, uix dum dimidiũ dixerã, eſt apud Terentiũ. Vtrunq; em̃ in Græcis codicibus inuenitur.] Græci co-dices, quos ego uiderim, habent: πάντες μὲν κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. i. omnes quidem non

A dem non dormiemus, omnes autem immutabimur. Verũ hac de re paulo copioſius diximus in An
2 notationibus noſtris, quas ædidimus in Nouum teſtamentum recognitũ. ἐν ῥιπῇ ſiue ῥοπῇ ὀφθαλ
μοῦ.] ῥιπὴ ſignificat ictum, ut teli miſsi ſeu fulminis, à ῥίπτω iacio, ῥοπὴ momentum lancis, huc aut il-
luc inclinãtis, à ῥέπω uergo ſiue propendeo. Hieronymus oſtendit in quibuſdam codicibus inueni-
ri ῥιπὴν, in quibuſdã ῥοπήν. Verũ quomodo Hieronymus poſtea facit mentionẽ atomorũ, cum de his
nullam fecerit mentionẽ? Vnde uideor mihi locũ hunc poſſe reſtituere ad hunc modũ, ut legamus:
Quodq; ſequitur iuxta Græcos: ἐν ἀτόμῳ ὃ ῥιπῇ, ſiue ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ, utrunq; enim legitur. Quarto
συλλεκτῶν ζητημάτων.] .i. collectitiarum quæſtionũ. In tertio uolumine ἐξηγηματικῶν.] id eſt,
enarratoriorũ. Sic enim uocat cõmentarios, in quibus explicat ſcripturam ſacrã, ab ἐξηγοῦμαι enar-
ro. Præiudicata doctoris.] Sic enim reſpondere ſolent diſcipuli Pythagoræ, poſcentibus rationem,
ἀυτὸς ἔφα, id eſt, ipſe dixit, quaſi ſatis eſſet Pythagoram ita docuiſſe. Quorum dogmatibus.] δόγ-
ματα proprie dicuntur decreta ſeu placita. Vnde alibi Hieronymus teſtatur, Originem ſequi ſe ut
interpretẽ ſcripturarũ, nõ ut dogmatiſten. Glarea.] id eſt, harena. Vergilius: Diuini glarea ruris.
Quidam hic deprauate poſuerant, pro glarea gloria. Pactolus.] Inter fluuios auriferos numera
tur. Eſt autem in Lydia Pactolus, in Hiſpania Tagus. Imò ſcientiæ ſupercilium.] Correctio eſt.
quaſi parum rectè uocauerit ſtudium, cum potius ſcientiæ ſupercilium appellare debuerit. Superci
lium autem uocat faſtum & arrogantiam.

HIERONYMVS PAVLINO.



Voce me prouocas ad ſcribendum, terres eloquentia: & in epiſtolari ſtilo ꝓpè Tulliũ repræſentas. Quod quereris me paruas & incomptas literulas mit-
tere, non uenit de incuria, ſed de timore tui, ne uerboſius ad te loquens, plu
ra reprehendenda tranſmittam: & nauigandi tempore, tantæ à me ſimul epi-
I ſtolæ flagitantur: ut ſi cuncta ad ſingulos uelim ſcribere, occurrere nequeam. Vnde ac
cidit ut omiſſa compoſitione uerborũ & ſcribentium ſolicitudine, dictem quicquid in
buccam uenerit: & amicum te tantum meorum dictorum, nõ iudicem cõſiderem. Du-
as quæſtiunculas tuæ literæ præferebant: Vnam, quare ſit à deo induratum cor Phara-
onis, & Apoſtolus dixerit: Non uolentis neq; currentis, ſed miſerentis eſt dei, & cæte-
ra, quæ liberum uidentur tollere arbitrium. Alteram quomodo ſancti ſint qui de fideli-
B bus, id eſt, baptizatis naſcunt̃, cũ ſine dono gratiæ poſtea acceptæ & cuſtoditæ, ſalui eſſe
non poſsint. Primæ in libris περὶ ἀρχῶν quos nuper Pammachio noſtro iubẽte interpre
tatus ſum, Origenes fortiſsime reſpondet: quo detentus opere, implere nõ potui quod
promiſeram tibi, & Danielem noſtrum rurſum comperendinaui. Et quidem quamuis
mei amantiſsimi & egregij uiri Pammachij, tamen unius, uoluntatẽ in tempus aliud di-
ſtuliſſem: niſi omnis peñe fraternitas de urbe eadem poſtulaſſet, aſſerens multos pericli
tari, & peruerſis dogmatibus acquieſcere. Vnde neceſsitate compulſus ſum transferre
libros, in quibus mali plus q̃ boni eſt: & hanc ſeruare menſuram, ut nec adderem quid,
nec demerem: Græcamq; fidem, Latina integritate ſeruarẽ. Quorũ exemplaria à ſupra-
dicto fratre poteris mutuari: licet tibi Græca ſufficiãt: & non debeas turbidos noſtri in-
genioli riuulos quærere, qui de ipſis fontibus bibis. Præterea quia docto uiro loquor,
& tam diuinis ſcripturis, q̃ ſeculi literis erudito: illud dignationem tuam admonitã uo-
lo, ne me putes in modũ ruſtici Balatronis cũcta Origenis reprobare quę ſcripſit: quod
in me criminatur Calphurnius Lanarius & diſcipuli eius: & quaſi Dionyſium philoſo-
2 phum arguant, ſubito mutaſſe ſententiam: ſed tantũ praua dogma repudiare. Scio em̃
æquali maledicto eos ſubiacere, qui bona mala dicunt, & illos qui mala bona iudicant:
qui faciunt amarũ dulce, & dulce amarum. Aut quæ eſt tanta pertinacia, ſic laudare ali-
cuius doctrinã, ut ſequare blaſphemiam? De ſecundo problemate tuo, Tertullianus
in libris de monogamia differuit, aſſerens ſanctos dici fideliũ filios, quod quaſi candida
ti ſint fidei, & nullis idololatriæ ſordibus polluantur. Simulq; cõſidera, quod & uaſa ſa-
cra in tabernaculo legimus, & cętera quæ ad ritum ceremoniarũ pertinẽt: cum utiq; ſan
cta eſſe nõ poſsint, niſi ea quæ ſentiũt & uenerant̃ deum. Idioma igitur ſcripturarũ eſt,
ut interdũ ſanctos pro mundis & purificatis atq; expiatis nominent: ſicut & Bethſabee
ſanctificata ſcribitur ab immundicia ſua: & ipſum templũ ſanctuarium nominat̃. Obſe-
cro te, ne tacito mentis iudicio, me aut uanitatis arguas, aut falſitatis. Teſtis eſt em̃ mihi

conscientiæ meæ deus, quod ab ipso procinctu & interpretationis exordio, supradicta c
necessitas me retraxit: & scis ipse non bene fieri, quod occupato animo fiat. Pileolũ textura breue, charitate latissimum, senili capiti confouendo, libenter accepi, & munere & muneris autore lætatus.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Dictem.] Qui dictat, pronunciat alijs scribenda: qui ipse scribit, exactius expendit, & qui 1
dictat. Quicquid in buccam.] Prouerbialis sermo, id est, impræmeditate. Cõperen dimaui.] id est, distuli & prorogaui, quemadmodũ dicimus & recrastinare. Rustici balatronis.] Mihi uidetur hic locus nõ admodũ esse syncerus. Conjcio pro rustico xustricum esse legendũ, ut intelligas scurrã gladiatoriũ & procacẽ. Balatro scurra quispiã fuit mordax, de quo Oratius: Balatro suspendens omnia naso. Quod in me criminatur.] Locus hic planè deprauatus est, quanq; sensus fermè est idem. Antiqui codices sic habẽt: Quod in me criminantẽ ὑπόθεσιν eius. Hyperaspistæ aũt dicuntur, qui clypeo obtento protegunt aliquẽ. Videtur aũt aliquis uelut explicare uolens subiecisse hæc uerba, quibus alibi scribens ad Augustinũ, notat Ruffinũ Origenistam. Quasi Dionysiũ.] Refertur Dionysius quidam Alexandrinus, Origenis discipulus, 2
qui forte postea desciuit à præceptoris dogmatibus: nisi mauis ad Syracusanũ Dionysium referre, qui è tyranno ludimagister factus est. Quod quasi candidati sint filij.] Pro filij, legendũ est fidei: & sic habetur in exemplaribus emẽdatis. Cãdidati hic substantiuũ est nomẽ, significatq; eos, qui honorem aliquẽ ambiunt: ut olim cãdidati præturæ dicebantur, qui præturã peterẽt. Et Sulpicius in uita Martini: Agebat, inquit, bonis operibus quendã baptismatis candidatũ. Et Fabius filiũ uocat auitæ eloquentiæ candidatum. Ergo qui nascuntur ex Christianis, sancti uocantur & ante baptismum, quod uelut ambiant & expectent baptismum. Idioma.] id est, proprietas. Nam unaquæq; lingua sua quædam habet peculiaria.

HIERONYMVS DESIDERIO.

Lecto sermone dignationis tuæ, quem mihi nõ opinanti tua beneuolẽtia tribuit, gauisus quidẽ sum testimonio honesti & eloquẽtis uiri: sed in memet reuersus, satis dolui, indignũ tantis laudibus atq; præconio, opprimi me potius q̃ leuari. Scis em̃ dogma nostrũ, humilitatis tenere uexillũ: & per ima gradientes, ad summa nos scandere. Quotus igit̃ ego, uel quãtus sum, ut eruditæ uocis merear testimoniũ, ut mihi ab eo palma eloquẽtiæ deferatur, qui scribẽdo dissertissime, de D
terruit ne scriberẽ? Veruntamẽ audendum est, ut charitas, quæ nõ quærit quæ sua sunt, sed quæ proximi, reddat salutationis officia, quoniã locũ implere nõ ualet præceptoris. Gratulor tibi & sanctæ atq; uenerabili sorori tuæ Serenillæ, quæ pheronymos calcatis 1
fluctibus seculi, ad Christi trãquilla peruenit: quanq̃ hoc nominis uaticinio in te præde stinatum sit. Legimus em̃ sanctũ quoq; Danielẽ appellatum desideriorũ uirum & amicum dei, quia mysteria eius scire desiderauit. Itaq; quod uenerabilis Paula me est deprecata ut facerẽ, spõte facio: hortorq́; uos & precor p dñi charitatẽ, ut nobis uestros tribuatis aspectus: & per occasionẽ sanctorum locorũ, tãto nos ditetis munere. Certe si cõsortia nostra displicuerint, adorasse ubi steterũt pedes domini, pars fidei est, & quasi recentia natiuitatis & crucis ac passionis uidisse uestigia. Opusculorũ meorũ quia plurima euolauerũt de nidulo suo, & temerario ẽditionis honore uulgata sunt, nihil misi, ne eadẽ forsitan mitterẽ quæ habebas. Quod si exẽplaria libuerit mutuari, uel à sancta Marcella quæ manet in Auentino: uel à Lot temporis nostri, Domnione uiro sanctissimo, accipere poteris. Ego aũt opperiẽs præsentiam tuã, aut totũ tibi dabo cũ affueris: aut si hoc aliquæ impedierint difficultates, quæcunq; præceperis, libẽs mittam. Scripsi librũ de illustribus uiris, ab apostolis usq; ad nostrã ætatẽ, imitatus Tranquillũ, Græcumq́; Apollonium: & post catalogũ plurimorũ me quoq; in calce uoluminis quasi abortiuũ & minimum omniũ Christianorum posui: ubi mihi necesse fuit usq; ad decimumquartũ annũ Theodosij principis quid scripserim breuiter annotare: quẽ librum cum à supradictis sumpseris, quicquid de indice minus habueris, paulatim scribi faciam si uolueris.

PRAECEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Serenillæ quæ.] Hic sequebaẽ dictio Græca, quã quidã sustulerãt, alij uarie posuerãt, sed ita, ut 1
nihil potuerim conijcere quod mihi satisfaceret. Sed tamen reperta est germana lectio Pheronymos, id est φερώνυμος, hoc est, suo respondens nomini, aut nomẽ habens exre, quemadmodum doces

A docet Suidas & Hesychius. Conuenit enim ut Serenilla, iuxta nomen suum, calcatis seculi fluctibus ad tranquilla serenitatemq; perueniat. Quanquam hoc munus uaticinio.] Et hic locus uarie scribitur, legendum est autem, nominis uaticinio, quod Serenillæ nomine significaret illam effugiturã seculi tempestatem. Tranquillum.] Extat illius libellus De claris grammaticis. Apollonius intercidit, sed Philostratus supereſt De claris sophistis.

HIERONYMVS AD PAVLAM VRBICAM DE INterpretatione alphabeti Hebraici.

NVdiustertius cum centesimum decimumoctauũ psalmum tibi insinuare conarer, & dicerem omnẽ moralem locum in eo esse comprehensum: & quomodo philosophi solent disputationes suas in Physicã, Ethicam, Logicamq́; partiri: ita & eloquia diuina, aut de natura disputare, ut in Genesi & in Eccle siaste, aut de moribus, ut in Prouerbijs, & in omnibus sparsim libris: aut de logica, pro qua nostri theoricen sibi uendicant, ut in Cantico canticorũ, & in euangelijs: licet Apostolus sæpe proponat, assumat, confirmet atque concludat, quæ proprie artis dialecticæ sunt: studiosissime perquisisti, quid sibi uelint Hebrææ literæ, quæ psalmo quem legebamus, uidebãtur insertæ. Respondi secundũ ordinem literarũ eum esse compositũ, quod uidelicet ex prima litera, quæ apud eos uocatur Aleph, octo uersus inciperẽt. Rursus ex sequenti Beth, totidẽ uersus exordiũ sumerent: ac postea ex Gimel idem numerus compleretur, atq; ita usq; ad Thau, quę apud eos extrema litera est, psalmum esse conscriptũ, & ex singulis quibusq; elementis secundũ interpretationes eorum debere intelligi quæ sequerentur. Identidem flagitasti, ut tibi interpretationes literarũ edicerem singularum. Dixi fateor, uerum quia propter barbariẽ linguæ memoria labitur omne quod diximus, desideras cõmentariolum fieri: ut si in aliquo forte titubaueris, obliuionẽ lectio consoletur. Ac prius quàm de singulis differam, scire debes, quatuor psalmos secundum ordinem Hebræorũ incipere elementorũ, centesimumdecimũ & cẽtesimumundecimũ, & hunc de quo nunc scribimus, & centesimumquadragesimumquartũ. Verum debes sci-
B re in prioribus psalmis, singulis literis, singulos uersiculos, qui trimetro iambico constant, esse subnexos. Inferiores uero tetrametro iambico constare, sicuti & Deuteronomij canticũ scriptũ est. In centesimo decimooctauo psalmo, singulas literas octoni uersus sequunt̃. In centesimo quadragesimoquarto, singulis literis, singuli uersus deputantur. Sunt qui & alios hoc ordine putant incipere, sed falsa eorũ opinio est. Habes & in lamentationib. Hieremiæ quatuor alphabeta, è quibus duo prima quasi Sapphico metro scripta sunt: quia tres uersiculos qui sibi cõnexi sunt, & ab una tantũ litera incipiunt, Heroici cõma concludit. Tertium uero alphabetũ trimetro scriptũ est, & à ternis literis sed eisdem terni uersus incipiunt. Quartũ alphabetũ simile est primo & secundo. Prouerbia quoq; Salomonis extremũ claudit alphabetum, quod tetrametro iambico supputatur: ab eo loco in quo ait: Mulierem fortem quis inueniet? Quomodo aũt in his nostris literis non potest quis ad legenda uerba texendaq́; procedere, nisi prius ab elementis cœperit: ita & in scripturis diuinis nõ ualemus ea quæ maiora sunt nosse, nisi ab ethica habuerimus exordium: secundũ illud quod propheta dicit: A mandatis tuis intellexi: quod uidelicet post opera cœperit habere scientiã secretorũ. Verum iam complendũ est quod petisti, ut sensum uniuscuiusq; elementi interpretatio annexa significet. Aleph, doctrina interpretatur. Beth, domus. Gimel, plenitudo. Daleth, tabularum. He, ista. Vau, &. Zain, hæc. Heth, uita. Teth, bonum. Iod principium. Caph, manus. Lamed, disciplinæ siue cordis. Mem, ex ipsis. Nun, sempiternũ. Samech, adiutorium. Ain, fons siue oculus. Phe, os, ab ore, non ab osse dictum intellige ne literarũ ambiguitate fallaris. Zade, iusticia. Coph uocatio. Res, capitis. Sin, dentium. Thau, signa. Post interpretationem elementorũ intelligentiæ ordo dicendus est. Aleph, Beth, Gimel, Daleth, prima connexio est, doctrina domus, plenitudo tabularum: quod uidelicet doctrina ecclesiæ quæ domus dei est, in librorum reperiatur plenitudine diuinorum. Secunda connexio est, He, Vau, Zain, Heth, ista & hæc uita. Quæ enim alia potest esse uita sine scientia scripturarũ? per quam

etiam ipse Christus agnoscitur qui est uita credentiũ. Tertia connexio habet, Teth, Iod, c
bonum principiũ: quia quamuis nunc sciamus uniuersa quæ scripta sunt, tamen ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: & nunc per speculum in ænigmate uidemus. Cum aũt meruerimus esse cum Christo, & similes angelis fuerimus, tunc librorũ doctrina cessabit: & tunc uidebimus facie ad faciem bonum principium sicuti est. Quarta connexio est, Caph, Lamed, manus disciplinæ siue cordis. Manus intelliguntur in opere, cor & disciplina intelliguntur in sensu: quia nihil facere possumus, nisi prius quæ facienda sunt scierimus. Quinta connexio est, Mem, Nun, Samech, ex ipsis sempiternũ adiutorium: hoc explanatione nõ indiget, sed omni luce manifestius est, ex scripturis æterna sub sidia ministrari. Sexta connexio habet, Ain, Phe, Zade, fons siue oculus oris iusticiæ, secundũ illud quod in quarto numero exposuimus. Septima cõnexio est, quæ & extrema, quo & in ipso quoq; septenario numero sit mysticus intellectus, Coph, Res, Sin, Thau, uocatio capitis, dentiũ signa. Per dentes articulata uox promit̃, & in his signis ad caput omniũ qui est Christus peruenit̃, per quem uenitur ad regnũ sempiternũ. Oro te, quid hoc sacratius sacramẽto? Quid hac uoluptate iucundius? Qui cibi, quę mella sunt dulciora, q̃ dei scire prudentiã, & in abdita eius intrare, & sensum creatoris inspicere, & sermones domini dei tui, qui ab huius mundi sapientibus deridentur, plenos docere sapientia spiritali? Habeant sibi cæteri, si uelint suas opes, gemma bibant, serico niteant, plausu populi delectent̃: & per uarias uoluptates, suas diuitias uincere nequeant. Nostræ diuitiæ sint, in lege domini meditari die ac nocte, pulsare ianuã nõ patentẽ, panes trinitatis accipere, & seculi fluctus domino præeunte calcare. Saluta Blesillam & Eustochium tyrunculas nostras. Saluta Felicianã, uere carnis & spiritus uirginitate felicẽ. Saluta reliquũ castitatis chorũ, & domesticã tuam ecclesiã, cui omnia etiã quę tuta sunt timeo, ne dormiente patrefamilias, inimicus homo zizania superseminet. Quamuis enim dicere audeãt: ego ciuitas firma, ciuitas quæ nõ oppugnat̃, nullus hostili obsidẽte exercitu securus est. Nemo (ut beatus Cyprianus ait) satis tutus, periculo proximus. Exẽplar epistolæ si accipere uoluerit φιλοπονοτάτη nostra Marcella tribuito. & memento mei, obsecrans ut dominus noster Iesus Christus conterat satanam sub pedibus nostris uelociter. Amen. D

DIVI HIERONYMI IN QVAESTIONES SIVE TRADITIONES
Hebraicas Librorum Geneseos procœmium.



Vi in principijs librorum debebam sequuturi operis argumenta proponere, cogor prius respondere maledictis, Terentij quippiam sustinens, qui comœdiarũ prologos in defensionẽ sui scenis dabat. Vrgebat enim eum Luscius Lauinius, nostro Luscio similis, & quasi publici ærarij furem, Poetam criminabatur. Hoc idem passus est ab æmulis & Mantuanus uates: ut cum quosdam uersus Homeri transtulisset ad uerbũ, compilator ueterum diceretur. Quibus ille respondit, magnarũ esse uirium, Herculi clauam extorquere de manu. Sed & Tullius, qui in arce eloquentiæ Romanæ stetit, rex oratorum, & Latinæ linguæ illustrator, repetundarum accusatur à Græcis. Non mirum ergo si contra me paruum homunculum immundi sues grumniant, & pedibus margaritas conculcent, cum aduersus doctissimos uiros, & qui gloria inuidiam superare debuerãt, liuor exarserit. Verum hoc illis merito accidit, quorum in theatris, curia, concione, prorostris eloquentia pertonabat. Semper enim in propatulo fortitudo æmulos habet, feriuntq; summos fulgura montes. Me uero procul ab urbibus, foro, litibus, turbis remotum, sic quoq; (ut Quintilianus ait) latentem inuenit inuidia. Vnde lectorem obsecro (si quis tamen hæc quoque captus amore leget) ut in libris Hebraicarum quęstionum, quos in omnem scripturam sanctam disposui scribere, non quærat eloquentiam, non oratorum lepórem: sed magis inimicis pro nobis ipse respondeat, nouo operi ueniam concedendam. Vt enim nos humiles atque pauperculi, nec habemus diuitias, nec oblatas dignamur accipere: ita & illi nouerint, non posse se notitiam scripturarum, id est, diuitias

A diuitias Christi, cum mundi pariter habere diuitijs. Studij ergo nostri erit, uel eorũ qui de libris Hebraicis uaria suspicantur, errores refellere: uel ea quę in Latinis & Græcis codicibus scatere uidentur, autoritati suæ reddere: etymologias quoq; rerum, nominum atq; regionum, quæ in nostro sermone non resonant, uernaculæ linguæ explanare ratione. Et quo facilius emendatio cognoscatur, ipsa primũ ut apud nos sunt testimonia proponemus, & ex collatione eorum quę sequuntur, quid in illis, aut minus, aut plus, aut aliter sit, indicabimus. Neq; uero Septuaginta interpretum, ut inuidi latrant, errores arguimus: nec nostrum laborem, illorum reprehensionem putamus, cum illi Ptolemæo regi Alexandriæ, mystica quæque in scripturis sanctis prodere noluerint: & maxime ea quæ Christi aduentũ pollicebantur: ne uiderentur Iudæi & alterũ deum colere, quos ille Platonis sectator, magni idcirco faciebat: quia unum deum colere dicerentur. Sed & Euangelistæ & dominus quoq; noster atq; saluator, necnon & Paulus apostolus, multa quasi de ueteri testamento proferunt, quæ in nostris codicibus nõ habentur. Super quibus in suis locis plenius disseremus. Ex quo perspicuũ est, illa magis uera esse exemplaria, quæ cum noui testamenti autoritate concordant. Accedit ad hoc quoq; quod Iosephus, qui septuaginta interpretum proponit historiam: quinq; tantum ab eis libros Moysi translatos refert: quos nos quoq; cõfitemur plusquam cæteros cum Hebraicis consonare. Sed & hi qui postea interpretes extiterunt, Aquilam loquor & Symmachum & Theodotionem, longe aliter habent quàm nos legimus. Ad extremum (quod etiam obtrectatores nostros placare potest) peregrinæ merces tantum uolentibus nauigent: balsamũ, piper, & poma palmarum rustici non emant. De Adamantio autem sileo: cuius nomen (si par ua licet componere magnis) meo nomine inuidiosius est, qui cum in homilijs suis, quas ad uulgum loquitur, cõmunem editionem sequatur: in tomis, id est, in disputatione maiori, Hebraica ueritate stipatus, & suorum circumdatus agminibus, interdum linguæ peregrinæ quærit auxilia. Hoc unum dico, quod uellem cum inuidia nominis eius habere
B etiam scientiam scripturarum, floccipendens imagines umbrasq; laruarum: quarum natura esse dicitur, terrere paruulos, & in angulis garrire tenebrosis.

DIVI HIERONYMI QVAESTIONES SIVE TRADITIONES
Hebraicæ in Genesim.



IN principio fecit deus cœlum & terrã. Pleriq; existimãt, sicut in altercatione quoq; Iasonis & Papisci scriptum est, & Tertullianus in libro contra Praxeã disputat: necnon Hilarius in expositione cuiusdã psalmi affirmat, in Hebræo haberi: In filio fecit deus cœlum & terrã: quod falsum esse, ipsius rei ueritas cõprobat. Nam & Septuaginta interpretes, & Symmachus & Theodotio, in principio transtulerũt. Et in Hebræo scriptũ est, bresith בְּרֵאשִׁית quod Aquila interpretat̃, in capitulo: & nõ baben בְּבֵן quod interpretatur in filio. Magis itaq; secundũ sensum, quàm secundũ uerbi translationem de Christo accipi potest: qui tam in ipsa fronte Geneseos, quæ caput librorũ omniũ est, quàm etiã in principio Ioannis Euangelistæ, cœli & terræ cõditor approbat̃. Vnde & in Psalterio de seipso ait: In capite libri scriptũ est de me, id est, in principio Geneseos. Et in Euangelio: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Sed & hoc sciendum, quod apud Hebræos liber hic Bresith uocat̃: hanc habentes consuetudinẽ, ut uoluminibus ex principijs eorũ nomina imponant. Et spiritus dei ferebatur super aquas. Pro eo quod in nostris codicibus scriptũ est ferebat̃, in Hebræo habet merahefeth מְרַחֶפֶת quod nos appellare possumus, incubabat, siue cõsouebat, in similitudinẽ uolucris, oua calore animantis. Ex quo intelligimus nõ de spiritu mundi dici, ut nõnulli arbitrant̃, sed de spiritu sancto, qui & ipse uiuificator omniũ à principio dicitur. Si autẽ uiuificator, consequenter & cõditor. Quod si conditor, & deus. Emitte enim, ait, spiritũ tuũ & creabunt̃. Et congregationes aquarũ uocauit maria. Notandum quod omnis cõgregatio aquarum

rum, siue salsæ sint siue dulces, iuxta idioma linguæ Hebraicæ maria nuncupentur. Frustra igitur Porphyrius Euangelistas ad faciendũ ignorantibus miraculum, eo quod dominus super mare ambulauerit, pro lacu Genezareth, mare appellasse calumniatur: cum omnis lacus & aquarũ congregatio, maria nuncupentur. Et consummauit deus in die sexto opera sua quæ fecit. Pro die sexta, in Hebræo diem septimã habet. Artabimus igitur Iudæos, qui de ocio sabbati gloriantur, quod iam tunc in principio sabbatũ dissolutum sit, dum deus operatur in sabbato, complens opera sua in eo, & benedicẽs ipsi diei, quia in illo uniuersa compleuerit. Et plantauit dominus deus paradisum in eden, contra orientem. Pro paradiso, hortũ habet: id est gan גַּן Porro eden עֵדֶן delitiæ interpretantur. Pro quo Symmachus transtulit, paradisum florentem. Necnon quod sequitur, contra orientem, in Hebræo mikedem מִקֶּדֶם scribitur, quod Aquila posuit ἀπ' ἀρχῆς, & nos ab exordio possumus dicere. Symmachus uero, ἐκ πρώτης, & Theodotio ἐν πρώτοις, quod & ipsum non orientẽ, sed principium significat. Ex quo manifestissime comprobatur, quod priusquam cœlum & terram deus faceret, paradisum ante condiderat: sicut & legitur in Hebræo, Plantauerat autem deus paradisum in eden, à principio. Nomen uni Phison. Hunc esse Indiæ fluuiũ Gangen putant. Vbi est carbunculus & lapis prasinus. Pro carbunculo & lapide prasino, bdellion & onyx alij transtulerunt. Et sumpsit dominus deus hominem, & posuit eum in paradisum uoluptatis. Pro uoluptate in Hebræo habet eden עֵדֶן Ipsi igitur Septuaginta eden interpretati sunt uoluptatem. Symmachus uero qui paradisum paulò ante florentẽ trãstulerat, hic posuit ἐν τῷ παραδείσῳ τῇ ἄλσεως, quod & ipsum amœnitatem & delitias sonat. In quacunq; autem die comederis ex eo, morte morieris. Melius interpretatus est Symmachus dicens, mortalis eris. Et misit dominus deus ecstasim super Adam. Pro ecstasi, id est, mentis excessu: in Hebræo habetur tharde ma תַּרְדֵּמָה quod Aquila κατάφορὰν, Symmachus κάρον, id est grauem & profundũ sopo rem interpretati sunt. Deniq; sequitur: Et dormiuit. Idipsum uerbum & in Ionæ sterten tis somno positum est. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc uocabitur mulier: quoniam ex uiro sumpta est. Non uidetur in Græco & in Latino sonare, cur mulier appelletur, quia ex uiro sumpta sit: sed etymologia in Hebræo sermone seruatur. Vir quippe uocat is אִישׁ & mulier issa אִשָּׁה Recte igitur ab is אִשָּׁה appellata mulier issa. Vnde & Symmachus pulchre etymologiam etiam in Græco uoluit custodire dicens: αὕτη κληθήσεται ἀνδρὶς, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆ ἐλήφθη αὕτη, quod nos Latine possumus dicere: hæc uocabitur uirago, quia ex uiro sumpta est. Porrò Theodotio aliam etymologiã suspicatus est, dicens: Hæc uocabitur assumptio: quia ex uiro sumpta est. Potest quippe issa אִשָּׁה secundum uarietatem accentus & assumptio intelligi. Serpens autem erat sapientior cunctis bestijs super terram. Pro sapiente in Hebræo habetur arum עָרוּם quod Aquila & Theodotio πανοῦργον interpretati sunt: hoc est nequam & uersipellem. Magis itaq; ex hoc uerbo calliditas & uersutia, quàm sapientia demonstratur. Et audierunt uocem domini dei ambulantis in paradiso ad uesperam. In plerisque codicibus latinorum: pro eo quod hic posuimus ad uesperam, post meridiem habet: quia τὸ δειλινὸν Græcum sermonem ad uerbum transferre non possumus: pro quo in Hebræo scriptum est: laruah haiam לְרוּחַ הַיּוֹם quod Aquila interpretatus est ἐν τῷ πνεύματι ἡμέρας: id est, in uento diei. Symmachus uero δι' πνεύματος ἡμέρας, id est per spiritum diei. Porrò Theodotio manifestius ἐν τῷ πνεύματι πρὸς κατάψυξιν τῆ ἡμέρας, ut meridiano calore transacto, refrigerium auræ spirantis ostenderet. Super pectus tuum & uentrem tuum ambulabis. Ventrem Septuaginta interpretes addiderunt: cæterum in Hebræo pectus tantum habet: ut calliditatem & uersutias cogitationum eius aperiret: quod omnes gressus eius nequitiæ essent & fraudes. Sed & id quod sequitur: Terrã manducabis. Pro terra, aphar עָפָר scriptum est: quod nos fauillam possumus dicere & puluerem. Ipse seruabit caput tuum: & tu seruabis eius calcaneũ. Melius habet in Hebræo: Ipse conteret caput tuum: & tu conteres eius calcaneum: quia & nostri gressus præpediuntur à colubro: & dominus

A nus conteret satanã sub pedibus nostris uelociter. Multiplicans multiplicabo tristitias tuas & gemitus tuos. Pro tristitia & gemitu, in Hebræo dolores & conceptus habet. Et ad uirum conuersio tua. Pro conuersione, Aquila societatẽ, Symmachus appetitum uel impetum, transtulerunt. Maledicta terra in operibus tuis. Opera hic non ruris colendi, ut pleriq; putant, sed peccata significãt: ut in Hebræo habetur. Et Aquila non discordat, dicens: Maledicta humus propter te. Et Theodotio: Maledicta adama in transgressione tua. Et uocauit Adam nomen uxoris suæ, uitam, quia ipsa est mater omnium uiuentium. Quare Eua uita sit appellata, demonstrat, eo quod sit mater omniũ uiuentium. חַוָּה Eua quippe transfertur in uitam. Et eiecit Adam, & habitare fecit contra paradisum uoluptatis. Et statuit cherubim & flammeã romphæam: quæ uertitur ad custodiendam uiam ligni uitæ. Alius multo sensus in Hebræo est q̃ hic intelligitur. Ait enim: Et eiecit Adam, haud dubiũ quin dominus: & habitare fecit ante paradisum uoluptatis cherubim, & flammeũ gladium, qui uerteretur & custodiret uiam ligni uitę. Non quod ipsum Adam quem eiecerat deus, habitare fecerit cõtra paradisum uoluptatis: sed quod illo eiecto ante fores paradisi cherubim, & flammeũ gladium posuerit ad custodiendũ paradisi uestibulum, ne quis posset intrare. Et concepit & peperit Cain, & dixit, acquisiui siue possedi hominẽ per deum. Cain acquisitio siue possessio interpretatur, id est κτῆσις, unde & etymologiam ipsius exprimens ait, canithi, קָנִיתִי id est, possedi hominem per deum. Et respexit deus super Abel & super munera eius: super Cain autem & super sacrificia eius non respexit, & contristatus est Cain ualde. Vnde scire poterat Cain quod fratris eius munera suscepisset deus, & sua repudiasset: nisi illa interpretatio uera esset, quam Theodotio posuit: Et inflammauit dominus super Abel & super sacrificiũ eius: super Cain uero & super sacrificium eius non inflammauit? Ignem autem ad sacrificium deuorandum solitum uenire de cœlo: & in dedicatione templi sub Solomone legimus, & quando Elias in monte Carmelo construxit altare. Et dixit dominus ad Cain: quare

B concidit uultus tuus? Nónne si recte offeras, nõ recte autem diuidas, peccasti? Quiesce, ad te conuersio eius: & tu dominaberis eius. Necessitate cõpellimur in singulis diutius immorari. Siquidẽ & nunc multo alius in Hebræo quàm in Septuaginta translatoribus sensus est: Ait eñ dominus ad Cain: Quare irasceris? & quare cõcidit uultus tuus? Nónne si bene egeris, dimittetur tibi: & si non bene egeris, ante fores peccatũ tuum sedebit? & ad te societas eius: sed tu magis dominare eius. Quod autem dicit, hoc est: Quare irasceris, & inuidię in fratrẽ liuore cruciatus, uultum dimittis in terram? Nónne si bene feceris, dimittet tibi omne delictũ tuum: siue ut Theodotio ait, acceptabile erit: id est, munus tuum suscipiam, ut susceпi fratris tui? Quod si male egeris: ilico peccatũ ante uestibulum tuum sedebit, & tali ianitore comitaberis. Verum quia liberi arbitrij es: moneo ut non tibi peccatũ, sed tu peccato domineris. Quod autẽ in Septuaginta interpretibus fecit errorem, illud est: quia peccatũ: id est hatath חַטָּאת, in Hebræo generis masculini est, in Græco fœminini. Et qui interpretati sunt, masculino illud, ut erat in Hebræo, genere

3 transtulerunt. Et dixit Cain ad Abel fratrẽ suum. Subauditur ea quæ locutus est dominus. Superfluum ergo est quod in Samaritanorũ & nostro uolumine reperitur: transeamus in campũ. Omnis qui occiderit Cain, septem uindictas exoluet. Pro septem uindictis, Aquila septẽpliciter interpretatus est. Symmachus, septimũ. Theodotio, per hebdomadem. Super quo capitulo extat epistola nostra ad episcopum Damasum. Et habitauit in terra Naid. Quod Septuaginta Naid transtulerunt: in Hebræo Nod נוֹד dicitur: & interpretatur σαλεύομενον, id est, fluctuans & instabilis ac sedis incertæ. Non est igitur terra Naid, ut uulgus nostrorũ putat: sed expletur sententia dei, quod huc atq; illuc uagus & profugus oberrauit. Et uocauit nomen eius Seth. Suscitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel quem occidit Cain. Seth proprie θέσις, id est positio dicitur. Quia igitur posuerat eum deus pro Abel, propterea Seth, id est positio appellatur. Denique Aquila: Et uocauit, inquit, nomen eius Seth, dicens: quia posuit dominus mihi semen alterum.

Et uo

Et uocauit nomen eius Enos:hic sperauit inuocare nomen domini dei. Quomodo c
Adam homo interpretatur:ita & Enos iuxta Hebrææ linguę uarietatē,homo uel uir dicitur.Et pulchre:quia hoc uocabulū habuit,de eo scriptum est:Tunc initium fuit inuocandi nomen domini:licet pleriq; Hebræorū aliud arbitrentur,quod tunc primū in nomine domini & in similitudine eius fabricata sint idola. Virum & mulierē fecit eos,& benedixit eos,& uocauit nomen eorum Adam, id est homo.Hominis nomen,tam uiro quàm fœminæ conuenit. Vixit aūt Adam ducentos & triginta annos,& genuit ad imaginem & similitudinē suam,& uocauit nomen eius Seth. Sciendum quod usq; ad diluuium,ubi in nostris codicibus, ducentorū & quod excurrit annorū genuisse quis dicit: in Hebræo habeat centum annos, & reliquos qui sequuntur. Fuerunt aūt dies Adam postquā genuit Seth septingenti anni.Quia in ducentis errauerat,consequenter hic posuit septingentos,cum in Hebræo hic habeatur,octingentos & supra centum. Et uixit Mathusala annis centum sexagintaseptem,&genuit Lamech.Et uixit Mathusala postquā genuit Lamech,annos octingentos duos, & genuit filios & filias. Et fuerūt omnes dies Mathusala quos uixit,anni nongenti sexagintanouē,& mortuus est. Famosa quæstio & disputatione omnium ecclesiarū uentilata,quod iuxta diligentem supputationē, quatuordecim annos post diluuiū Mathusala uixisse referatur.Etenim cum esset Mathusala annorum centū sexagintaseptem,genuit Lamech. Rursum Lamech cum esset annorū centum octogintaocto,genuit Noe.Et fiunt usq; ad diem natiuitatis Noe,anni uitæ Mathusala,trecenti quinquagintaquinq;.Sexcentesimo aūt anno uitę Noe,diluuium factū est. Ac per hoc habita supputatione per partes, nongētesimo quinquagesimo quinto anno Mathusala,diluuium fuisse conuincitur.Cum aūt supra nongentis sexaginta nouem annis uixisse sit dictus, nulli dubium est quatuordecim eum annos uixisse post diluuiū. Et quomodo uerum est quod octo tantum animæ in arca saluæ factæ sunt? Restat ergo ut quomodo in plerisq;,ita & in hoc sit error in numero.Siquidem & in Hebræis & Samaritanorum libris,ita scriptum reperi. Et uixit Mathusala,centum octogintaseptem annis D
& genuit Lamech. Et uixit Mathusala postquā genuit Lamech, septingentos octoginta duos annos,& genuit filios & filias. Et fuerunt omnes dies Mathusala,anni nongenti sexagintanouē,& mortuus est.Et uixit Lamech centum octogintaduobus annis & genuit Noe.A die ergo natiuitatis Mathusala,usq; ad diem natiuitatis Noe,sunt anni trecenti sexaginta nouem: his adde sexcentos annos Noe: quia in sexcentesimo uitæ eius anno factum est diluuiū : atq; ita fit,ut nongētesimo sexagesimonono anno uitæ suæ Mathusala mortuus sit,eo anno quo cœpit esse diluuium. Et uocauit nomen eius Noe,dicens:Iste requiescere nos faciet ab operib. nostris.Noe נח requies interpretatᵉ.Ab eo igitur quod sub illo omnia retro opera quieuerunt per diluuiū,appellatus est requies. Videntes autem filij dei filias hominū quia bonæ sunt. Verbum Hebraicum eloim אלהים cōmunis 4
est numeri:& deus quippe & dij similiter appellantᵉ:propter quod Aquila plurali numero,filios deorū ausus est dicere : deos intelligens,sanctos siue angelos. Deus enim stetit in synagoga deorum:in medio aūt deos discernit. Vnde & Symmachus istiusmodi sensum sequens,ait:Videntes filij potentum filias hominum,& reliqua. Et dixit dominus deus : Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternū, quia carnes sunt. In Hebræo scriptū est:Non iudicabit spiritus meus homines istos in sempiternū,quoniam caro sunt:hoc est, quia fragilis est in homine conditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus: sed hic illis restituā quod merentur.Ergo non seueritatē, ut in nostris codicibus legitur,sed clementiā dei sonat,dum peccator hic pro suo scelere uisitatᵉ. Vnde & iratus deus loquitur ad quosdam : Non uisitabo filias eorū cum fuerint fornicatæ : & sponsas eorum cum adulterauerint.Et in alio loco: Visitabo in uirga iniquitates eorū, & in flagellis peccata eorū: ueruntamen misericordiā meam non auferam ab eis. Porrò ne uideretur in eo esse crudelis,quod peccantibus locum pœnitentiæ non dedisset,adiecit: Sed erunt dies eorū centum uiginti anni. Hoc est,habebūt centū uiginti annos ad agendam pœniten-

A pœnitentiā.Non igitur humana uita,ut multi errant,in centum uiginti annos contracta est: sed generationi illi centum uiginti anni ad pœnitentiā dati sunt. Siquidē inuenimus quod post diluuiū Abraham uixerit annos centum septuagintaquinq;,& cęteri amplius ducentis & trecentis annis.Quia uero pœnitentiā agere cōtempserunt, noluit deus tempus expectare decretū:sed uiginti annorū spacijs amputatis,induxit diluuium anno centesimo agendæ pœnitentiæ destinato. Gigantes aūt erant super terram in diebus illis: & post hæc quomodo ingrediebantur filij dei ad filias hominū,& generabant eis.Illi erant gigantes à seculo homines nominati. In Hebræo ita habet: Cadentes erant in terra in diebus illis,id est niphilim נפלים. Et post hæc ut ingrediebantur filij deorū ad filias hominū,& generabant eis: hi erant fortes à principio uiri nominati. Pro cadentibus siue gigantibus,uiolentos interpretatus est Symmachus. Et angelis & sanctorum liberis, conuenit nomen cadentium. Noe uir iustus atq; perfectus in generatione sua,deo placuit. Signanter ait,in generatione sua: ut ostenderet non iuxta iusticiam consummatā: sed iuxta generationis suæ eum iustum fuisse iustitiā.Et hoc est quod in Hebręo dicitur: Noe uir iustus,perfectus erat in generationibus suis:cum deo ambulabat Noe:hoc est illius uestigia sequebatur. Fac tibi arcam de lignis quadratis. Pro quadratis lignis,bituminatis legimus in Hebræo. Colligens facies arcam,& in cubito cōsummabis eam desuper. Pro eo quod est,colligens facies arcam,in Hebræo habet,meridianū facies arcæ, quod manifestius interpretatus est Symmachus,dicēs : Λαφωὶς,hoc est,dilucidū facies arcæ,uolens fenestrā intelligi. Et quieuit aqua,& reuelati sunt fontes abysi,& cataractæ cœli. Pro reuelatis fontibus,clausos & obturatos,omnes interpretes transtulerunt. Et pro eo quod sequitur:cessauit aqua super terrā,& reliqua: scriptū est: & reuersæ sunt aquæ de terra,euntes & reuertentes.Nota secundū Ecclesiasten,quod omnes aquæ atq; torrentes,per occultas uenas ad matricē abyssum reuertantur. Post quadraginta dies aperuit Noe ostium arcæ quod fecit,& emisit coruū,& egressus non redijt ad eum,do-
B nec siccaretur aqua de terra. Pro ostio,fenestra scripta est in Hebræo.Et de coruo aliter dicitur:Emisit coruū,& egressus est,exiens & nō reuertens, donec siccarentur aquæ de terra. Et erant filij Noe qui egressi sunt de arca,Sem,Cham,& Iaphet. Frequenter Septuaginta interpretes nō ualentes heth literam, quæ duplicem aspirationē sonat,in Græcum sermonē uertere,chi Græcam literā addiderunt:ut nos docerent istiusmodi uocabula aspirari debere:unde & in præsenti loco,Cham transtulerūt pro eo quod est Ham, à quo & Aegyptus usq; hodie Aegyptiorū lingua,Ham dicitur. Dilatet deus Iaphet,& habitet in tabernaculis Sem. De Sem Hebræi,de Iaphet populus gentiū nascitur.Quia igitur lata est multitudo credentiū,à latitudine,quæ Iaphet dicitur, latitudo nomen accepit.Quod aūt ait:Et habitet in tabernaculis Sem,de nobis prophetatur qui in eruditione & scientia scripturarū eiecto Israele uersamur. Et facti sunt omnes dies Noe nongenti quinquaginta anni. Ecce post diluuiū,trecentis quinquaginta annis uixit Noe. Ex quo perspicuū est, centum uiginti annos generationi illi ut supra diximus,ad pœnitentiam datos,& non uitæ mortaliū constitutos. Filij Iaphet,Gomer & Magog,& Madai & Iauan,& Thubal,& Mosoch & Thiras. Iaphet filio Noe nati sunt septē filij:qui possederunt terrā in Asia ab Amano & Tauro,Syriæ cœles & Ciliciæ montibus,usq; ad fluuium Tanain.In Europa uero usq; ad Gadira, nomina locis & gentibus relinquentes: è quibus postea immutata sunt plurima,cætera permanent ut fuerunt. Sunt autē Gomer, Galatæ:Magog,Scythæ:Madai,Medi: Iauan,Iones qui & Græci:unde & mare Ionium: Thubal Iberi, qui & Hispani, à quibus Celtiberi, licet quidam Italos suspicentur. Mosoch,Cappadoces: unde & urbs hodie apud eos Mazaca dicitur. Porrò septuaginta interpretes,Caphthorim Cappadoces arbitrantur:Thiras,Thracas, quorum non satis immutatum est uocabulum.Scio quendam Gog & Magog,tam de præsenti loco quàm de Ezechiel, ad Gotthorum nuper in terra nostra uagantium, historiam retulisse : quod utrum uerum sit, prælij ipsius fine monstrabitur. Et certe Gotthos omnes retro eru-

diti, magis Getas quàm Gog & Magog appellare consueuerant. Hæ itaq; septem gentes c
quas de Iaphet uenire stirpe memoraui, ad aquilonis partẽ habitant. Filij Gomer, Aschanaz & Riphat & Thogarma. Aschanaz Græci Reginos uocant, Riphath, Paphlagones. Thogarma, Phrygas. Filij Iauã, Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim. Ab his diuisæ sunt insulæ nationum in terris suis. Vir secundum linguã suam & cognationẽ suam & gentem suam. De Ionibus, id est de Græcis nascuntur Elisei, qui uocantur Aeolides: unde & quinta lingua Græcię æolis appellatur, quam illi uocant πέμπτην διάλεκτον. Tharsis Iosephus Cilicas arbrtratur, θ aspirationis literam uitiosè à posteris in τ dicens fuisse corruptam, unde & metropolis eorum ciuitas Tharsus appellatur, Paulo apostolo gloriosa. Cetim sunt Citij, à quibus hodie quoque urbs Cypri Citium nominatur. Dodanim, Rhodij. Ita enim Septuaginta interpretes transtulerunt. Legamus Varronis de antiquitatibus libros, & Sisinnij Capitonis, & Græcũ Phlegonta, cæterosq; eruditissimos uiros, & uidebimus pene omnes insulas, & totius orbis littora, terrasq; mari uicinas, Græcis accolis occupatas: qui, ut supra diximus, ab Amano & Tauro montibus, omnia maritima loca usq; ad oceanũ possedere Britannicum. Filij Chan, Chus, & Mesraim & Phut & Chanaan. Chus usq; hodie ab Hebræis Aethiopia nuncupatur, Mesraim, Aegyptus, Phut, Libye. A quo & Mauritaniæ stuuius usq; in præsens Phut dicitur, omnisq; circa eum regio Phutensis. Multi scriptores tam Græci q̃ Latini huius rei testes sunt. Quare autem in una tantũ climatis parte, antiquum Libye nomen resederit, & reliqua terra uocata sit Aphrica, differere non huius loci nec temporis est. Porrò Chanaan obtinuit terram, quam Iudæi deinceps possederunt eiectis Chananæis. Filij Chus, Saba, Heuila, Sabatha, Rhegma, Sabathaca. Saba à quo Sabæi, de quibus Vergilius, Solisq; est thurea uirga Sabæis. Et alibi. Centumq; Sabæo Thure calent aræ. Heuila, Getuli, in parte remotioris Aphricæ, eremo cohærentes. Sabatha, à quo Sabatheni, qui nunc Astabari nominantur. Rhegma uero & Sabathaca paulatim antiqua uocabula perdidere, & quæ nunc pro ueteribus habeãt, ignoratur. Filij Rhegma, Saba & Dadan. Hic Saba per sin ש literam d
scribitur: supra uero per samech ס, à quo diximus appellatos Sabæos. Interpretatur uero nunc Saba Arabia. Nam in septuagesimoprimo psalmo, ubi nos habemus, reges Arabum & Saba munera offerent, in Hebræo scriptũ est, reges Saba, primũ nomen per sin, secundũ per samech. Dadan gens est Aethiopiæ in occidentali plaga. Et Chus genuit Nemrod. Iste cœpit esse potens in terra. Et post paululum, Et fuit, inquit, caput regni ipsius Babel & Arach & Achad & Chalanne in terra Sennaar. Nemrod filius Chus, arripuit insuetam primus in populo tyrannidem: regnauitq; in Babylone, quæ ab eo, quod ibi confusæ sunt linguæ turrim ædificantiũ, Babel appellata est. בָּבֶל Babel enim interpretatur cõfusio. Regnauit aũt & in Arach, hoc est in Edessa, & in Achad, quæ nunc dicitur Nisibis, & in Chalanne, quæ postea uerso nomine à Seleuco rege est dicta Seleucia, uel certe quæ nunc κτησιφῶν appellat̃. De terra illa exijt Assur & ædificauit Niniuen & Rohoboth ciuitatem. De hac terra Assyriorũ pullulauit imperiũ, qui ex nomine Nini Beli filij, Ninum condiderũt, urbem magnã quam Hebræi appellant Niniuen. Ad cuius uel ruinam, uel pœnitentiã, tota Ionæ pertinet prophetia. Quod autem dixit: Niniuen & Rohoboth ciuitatẽ, non putemus duas esse urbes, sed quia Rohoboth plateæ interpretant̃, ita legendum est, Et ædificauit Niniuen & plateas ciuitatis. Et Mesraim genuit Iudim & Anamin & Labaim & Nephtuim & Phetrosim & Chasloim, è quibus egressi sunt Philistim & Caphthorim. Exceptis Labaim à quo Libyes postea nominati sunt, qui prius Phutei uocabantur: & Chasloim qui deinceps Philistijm appellati sunt quos nos corrupte Palæstinos dicimus, cæteræ sex gentes ignotæ sunt nobis: quia bello Aethiopico sub uersæ, usq; ad obliuionem præteritorũ nominum peruenere. Possederũt autem terram à Gaza usq; ad extremos fines Aegypti. Et Chanaan genuit Sidon primogenitum suum & Chettæum & Hiebusæum & Amorræum & Gergesæum & Euæum & Aracæum & Sinæum & Aradium & Samaræum & Amathæum. De Chanaan primus natus

A tus est Sidon, à quo urbs in Phœnice Sidon uocatur. Deinde Aracæus, qui Arcas condidit oppidum cõtra Tripolim in radicibus Libani situm. A quo haud procul alia ciuitas fuit nomine Sim: quæ postea uario euentu subuersa bellorũ, nomen tantummodo loco pristinũ reseruauit. Aradij sunt qui Aradũ insulam possederunt angusto freto à Phœnices littore separatã. Samaræi quibus Edessa nobilis Syriæ Cœles ciuitas Amath usq; ad nostrum tempus, tam à Syris quàm ab Hebræis, ita ut apud ueteres dicta fuerat, appellatur. Hanc Macedones qui post Alexandrũ in oriente regnauerunt, Epiphaniã nuncupauerunt. Nonnulli Antiochiam ita appellatã putant. Alij licet nõ uere, tamen opinionem suam quasi uerisimili uocabulo consolantes, Emath primam ab Antiochia mansionem Edessam pergentibus appellari putant: & eandẽ esse quæ apud ueteres dicta sit Emach. Et fuit terminus Chananæorũ à Sidone donec uenias in Gerara usq; ad Gazam pergentibus Sodomam & Gomorrã & Adamam & Seboim usq; ad Lasan. Quia cæteræ ciuitates, Sidon uidelicet & Gerara & Sodoma & Gomorra & Adama & Seboim notę sunt omnibus: hoc tantum adnotandũ uidetur, quod Lasa ipsa sit quæ nunc Callirhoe dicitur: ubi aquæ calidæ prorumpentes in mare mortuũ defluunt. Filij Sem, Elam & Assur & Arphaxad & Lud & Aram. Hi ab Euphrate fluuio, partem Asiæ usq; ad Indicũ oceanum tenent. Est autem Elam à quo Elamitæ principes Persidis. De Assur ante iam dictũ est quod Ninum urbem condiderit. Arphaxad à quo Chaldæi, Lud à quo Lydij, Aram à quo Syri, quorum metropolis est Damascus. Filij Aram, Huz, & Vl, & Gether, & Mes. Huz Trachonitidis & Damasci conditor: inter Palæstinam & Cœlen Syriam tenuit principatũ, à quo Septuaginta interpretes in libro Iob ubi in Hebræo scribitur, terra Huz, regionem Ausitidem, quasi Husitidem transtulerunt. Vl, à quo Armeni, Gether, à quo Acarnanij seu Carij, Porrò Mes, pro quo Septuaginta interpretes Mosoch dixerũt, nunc uocantur Mæones. Arphaxad genuit Sela, & Sela genuit Heber. Ex Heber nati sunt duo filij: nomen uni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra, & nomen
B fratris eius Iectan. Heber, à quo Hebræi, uaticinio quodam filio suo Phaleg nomen imposuit: qui interpretatur, diuisio, ab eo quod in diebus eius, linguæ in Babylone diuisæ sunt. Iectan genuit Helmodad, & Saleph, & Asermoth, & Iare, & Aduram, & Vzal, & Decla, Ebal, Abimael, Seba, Ophir, Heuila, & Iobab. Harum gentiũ posteriora nomina inuenire non potui, sed usq; in præsens, quia procul à nobis sunt, uel ita uocantur ut primum, uel quæ immutata sunt, ignorantur. Possederunt aũt à Cophene fluuio, omnem Indiæ regionẽ quæ uocatur Ieria. Et mortuus est Aran ante patrem suum in terra qua natus est in regione Chaldæorum. Pro eo quod legimus, in regione Chaldæorũ, in Hebræo habetur. אור בַּשְׂדִּים ur Chasdim, id est, in igne Chaldæorũ. Tradunt autẽ Hebræi ex hac occasione, istiusmodi fabulam, Quod Abraham in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & dei auxilio liberatus, de idololatriæ igne profugerit: quod in sequentibus scribitur egressum esse Tharan cum sobole sua de regione Chaldæorum: pro eo quod in Hebræo habetur, de incendio Chaldæorum. Et hoc esse quod nunc dicitur: Mortuus est Aran ante conspectũ Thare patris sui in terra natiuitatis suæ, in igne Chaldæorũ: quod uidelicet ignem nolens adorare, igne consumptus sit. Loquitur autẽ postea dominus ad Abraham, Ego sum qui eduxi te de igne Chaldæorũ. Et sumpserunt Abram & Nachor sibi uxores, Nomen uxoris Abraham, Sara: & nomen uxoris Nachor, Melcha filia Aran. Pater autem Melchæ, ipse est pater Iescę. Aran filius Thare, frater Abraham & Nachor, duas filias genuit, Melcham & Sarai cognomẽto Iescan ἀνώνυμον. E quibus Melcham accepit uxorem Nachor, & Sarai Abraham. necdum quippe inter patruos, & fratrum filias, nuptiæ fuerant lege prohibitæ, quæ in primis hominibus etiam inter fratres & sorores initæ sunt. Erat autem Abram septuagintaquinque annorum, quando egressus est ex Chatra. Indissolubilis nascitur quæstio, Si enim Thara pater Abrahæ, cum adhuc esset in regione Chaldæa, septuaginta annorum, genuit Abraham, & postea in Chanaan ducentesimoquinto ætatis suæ anno mortuus est,

quomodo nunc post mortem Thare, Abraham exiens de Charra, septuagintaquinq; an c
norum fuisse memoratur, cum à natiuitate Abrahæ usq; ad mortem patris eius, centũ tri
gintaquinq; fuisse anni doceantur. Vera est igitur illa Hebræorũ traditio, quam supra di
ximus, quod egressus sit Thare cum filijs suis de igne Chaldæorũ: & quod Abraham Ba
bylonio uallatus incendio, quia illud adorare nolebat, dei sit auxilio liberatus: & ex illo
tempore ei dies uitæ & tempus reputet ætatis, ex quo cõfessus est dominũ, spernens ido
la Chaldæorũ. Potest aũt fieri, ut quia scriptura reliquit incertũ, ante paucos annos Tha
re de Chaldæa profectus, uenerit in Charran, q̃ mortẽ obiret. Vel certe statim post perse
cutionẽ in Charran uenerit, & ibi diutius sit moratus. Si quis ergo huic expositioni con
trarius est, quæret aliam solutionẽ, & tunc ea recte quæ à nobis dicta sunt, improbabit.
Et proficiscens Abram, abijt in desertũ, & fames facta est super terrã. Et in præsenti & in
plurimis alijs locis, pro deserto, ad austrum, scriptũ est in Hebræo. Hoc igitur notare de
bemus. Et uiderunt eam principes Pharaonis, & laudauerunt eam ad Pharaonẽ, & in-
troduxerunt eam in domum Pharaonis, & Abram benefecit propter eam, & fuerunt ei
oues, & armenta, & asini, & serui, & ancillæ, muli, & cameli. Licet corpus sanctarũ mu
lierum, non uis maculet, sed uoluntas, & excusari possit Sarai, quod famis tempore, sola
regi in peregrinis locis marito cõniuente, resistere nequiuerit: tamẽ potest & aliter fœda
necessitas excusari: quod iuxta librũ Hester quæcunq; mulierũ placuisset regi apud uete
res, sex mensibus ungebaẽ oleo myrtino: & sex mensibus in pigmentis uarijs erat, & cu-
rationibus fœminarũ, & tunc demũ ingrediebatur ad regẽ. Atq; ita potest fieri, ut Sarai
postquã placuerat regi, dum per annũ, eius ad regem præparatur introitus, & Abrahæ
Pharao multa donauerit, & Pharao postea sit percussus à domino, illa adhuc intacta ab
eius cõcubitu permanente. Et ascendit Abram ex Aegypto ipse & uxor eius, & omnia
quę illius erant, & Lot cum eo in desertũ. Erat autẽ Abram diues ualde, in pecore, & ar-
gento, & auro: & abijt unde uenit in desertũ usq; Bethel. Pulchre de Aegypto liberatus
ascendisse dicit. Sed occurrit huic sensui illud quod sequitur: quomodo potuerit exiens d
de Aegypto fuisse diues ualde? Quod soluit ista Hebraica ueritate, in qua scribit, Abram
grauis uehementer, hoc est, βαρὺς σφόδρα. Aegypti enim pondere grauabatur. Et licet ui
deantur esse diuitiæ pecoris, auri, & argenti: tamen si Aegyptiæ sunt, uiro sancto graues
sunt, Deniq; non (ut in Septuaginta legimus) abijt unde uenerat in desertũ usq; Bethel:
sed sicut in Hebræo scriptũ est, Abijt itinere suo per austrum usq; Bethel. Idcirco enim
de Aegypto profectus est, nõ ut desertũ ingrederet, quod cum Aegypto reliquerat: sed
ut per austrũ, qui aquiloni contrarius est, ueniret ad domũ dei, ubi fuerat tabernaculum
eius in medio Bethel & Hai. Et uiri Sodomorũ mali & peccatores in cõspectu dei uehe
menter. Superflue hic in Septuaginta interpretibus additũ est, in conspectu dei, siquidẽ
Sodomorũ coloni apud homines mali & peccatores erant. Ille aũt dicitur in conspectu
dei peccator, qui potest apud homines iustus uideri, quomodo de Zacharia & Helisa-
bet in præconio ponitur, quod fuerint iusti ambo in cõspectu dei. Et in psalmo dicitur,
Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Leua oculos tuos & uide à loco in
quo tu nunc es ad aquilonẽ, & ad austrum, & ad orientẽ, & ad mare, quia omnẽ terram
quam tu uides, tibi dabo eam & semini tuo. Quatuor climata mundi posuit, orientẽ, &
occidentem, septentrionẽ, & meridianũ. Quod autem in omnibus scripturis legitur, hic
semel dixisse sufficiat, mare semper pro occidente poni, ab eo quod Palæstinæ regio ita
sita sit, ut mare in occidẽtis plaga habeat. Et rex Bale: hæc est Segor. Omnes hic consen
serunt apud uallẽ salsam, hoc est, mare salis. Bale lingua Hebræa καταπόσις, id est, deuora
tio dicitur. Tradunt igitur Hebræi hanc eandẽ in alio scripturarũ loco Salissam nomi-
nari, dicíq; rursum, μόχθον τειτιζόσης, id est, uitulã conternantẽ, quod scilicet tertio mo
tu terræ absorpta est. Et ex eo tempore quo Sodoma & Gomorra, Adama & Seboim, di
uino igne subuersæ sunt, illa paruula nuncupetur. Siquidẽ Segor transfertur in paruã,
quæ lingua Syra Zoara dicitur. Vallis autem Salinarũ, sicut in hoc eodem libro scribi-
tur

A tur, in qua fuerunt ante putei bituminis, post dei iram & sulfuris pluuiam, in mare mor
tuum uersa est, quod à Græcis λίμνη ἀσφαλτῖτις, id est stagnũ bituminis appellatur. Et
conciderũt gigantes in Astaroth Carnaim, & gentes fortes simul cum eis, & Omineos in
Saue ciuitate anteq̃ Sodomã peruenirent. Quatuor reges profecti de Babylone, inter-
fecerunt gigantes, hoc est, רְפָאִים raphaim, robustos quoq; Arabiæ, & Zozim, in Hom,
& Emim in ciuitate Saue, quæ usq; hodie sic uocatur. Zozim aũt & Emim, terribiles &
horrendi interpretantur, pro quo Septuaginta, sensum magis quàm uerbũ ex uerbo trans-
ferentes, gentes fortissimas posuerũt. Porrò בָּהֵם Bahem pro quo dixerũt, ἄμα αὐτοῖς, hoc
est, cum eis putauerunt scribi per ה he, ducti elementi similitudine: cum per ח heth scri-
ptum sit. Bahem enim cum per tres literas scribitur: si mediam ח habet, interpretatur, in
eis, si aũt ח heth, ut in præsenti, locũ significat, id est, in Hom. Et reuertentes uenerunt
ad fontem iudicij, hæc est Cades. Per anticipationẽ dicitur, quod postea sic uocatũ est.
Significat autem locũ apud petram, qui fons iudicij nominatur, quia ibi deus populum
iudicauit. Et percusserunt omnem regionẽ Amalekitarũ & Amorræorũ sedentem in
Hazazonthamar. Hoc oppidũ est, quod nunc uocatur Engaddi, balsami & palmarum
fertile. Porrò Hazazonthamar in lingua nostra resonat, urbs palmarũ. Thamar quippe
palma dicitur. Sciendũ aũt pro eo quod post paululum sequitur. Et direxerunt contra
eos aciem ad bellum in ualle Salinarũ. In Hebræo haberi, in ualle שִׁדִּים Siddim: quod
Aquila interpretatur πρὸς πεδιάσιμα, Theodotio πρὸς ἀλσῶν, amœna nemora significan
tes. Et tulerunt omnẽ equitatum Sodomorũ & Gomorr. Pro equitatu, in Hebræo ha
bet, רְכוּשׁ rachus, id est substantiã. Et qui fugerat, nunciauit Abram transitori. Ipse ue-
ro sedebat ad quercũ Mamre Amorrẽi fratris Eschol, & fratris Aunam, qui erant coniu
rati Abrahæ. Pro eo quod nos posuimus, transitori: in Hebræo scriptũ est, עִבְרִי: hoc
enim transitor exprimitur. Quod aũt ait apud quercum Mamre Amorræi, melius in He
bræo legimus, apud quercũ Mamre Amorræi fratris Eschol, & fratris, nõ Aunan ut Se-
B ptuaginta transtulerunt, sed Aner: ut ostenderet Mamre, & Eschol, & Aner Amorræos
atq; germanos, socios fuisse Abrahę. Et persecutus est eos usq; Dan. Ad Phœnices op
pidum, quod nũc Paneas dicitur. Dan aũt unus è fontibus est Iordanis. Nam & alter uo
catur Ior, quod interpretatur ξεῦμρον quod est riuus. Duobus ergo fontibus qui haud pro-
cul à se distant, in unũ riuulũ fœderatis, Iordanis deinceps appellatur. Et Melchisedek
rex Salem protulit panẽ & uinũ, & ipse sacerdos dei excelsi, & benedixit ei. Quia semel
opusculũ nostrum, uel quæstionũ Hebraicarũ, uel traditionũ cõgregatio est, propterea
quid Hebræi de hoc sentiãt, inferamus. Aiũt hunc esse Sem filiũ Noe, & supputantes an
nos uitæ ipsius, ostendunt eũ ad Isaac usq; uixisse: omnesq; primogenitos Noe donec sa
cerdotio fungeret Aaron, fuisse põtifices. Porrò Salem, rex Hierusalẽ dicitur, quæ prius
Salem appellabat. Melchisedek aũt Apostolus ad Hebręos, sine patre & matre cõmemo
rans, ad Christũ refert: & per Christũ ad gentiũ ecclesiã. Omnis em̃ capitis gloria, referẽ
ad membra, eo quod præputiũ habens, Abrahæ benedixerit circumciso, & in Abraham
Leui. & per Leui Aaron, de quo postea sacerdotiũ: Ex quo colligi uult: sacerdotiũ eccle
siæ habentis præputiũ, benedixisse circunciso sacerdotio synagogæ. Quod aũt ait, Tu es
sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedek: mysteriũ nostrũ in uerbo ordinis si-
gnificat, nequaq̃ per Aaron irrationalibus uictimis immolandis, sed oblato pane & ui-
no: id est, corpore & sanguine domini Iesu. Domine deus quid dabis mihi? Et ego ua-
do sine liberis, & filius Masec uernaculæ meæ, hic Damascus Eliezer. Et dixit Abrã,
Ecce mihi nõ dedisti semẽ, & filius uernaculæ meæ hæres meus erit. Vbi nos habemus,
& filius Masek uernaculæ meæ hæres meus erit, in Hebræo scriptum est, וְבֶן מֶשֶׁק בֵּיתִי
uben mesek bethi: quod Aquila transtulit, ὁ υἱὸς τοῦ κεκτῆσθαι οἰκίαν μου, id est, filius potum
dantis domui meæ: Theodotio uero, ὁ υἱὸς τοῦ ὑδρεύεσθαι οἰκίας μου, id est, & filius eius qui su-
per domum meam est. Quod autem dicit, hoc est: Ego sine liberis moriar, & filius pro-
curatoris mei uel uillici, qui uniuersa dispensat & distribuit cibaria familiæ meæ, uoca-

turq; Damascus Eliezer:hic meus hæres erit. Porrò Eliezer interpretat, deus meus adiu c
tor. Ab hoc aiunt Damascū & conditā & nuncupatā. Ego deus qui eduxi te de regione
Chaldæorū. Hoc est quod pauloante iam diximus in Hebreo haberi, qui eduxi te de אור
בשדים ur chasdim, id est, de incendio Chaldæorū. Et posuit ea cōtra faciē inuicē: aues
uero nō diuisit. Descenderunt aūt uolucres super cadauera, & super diuisiones eorū, &
sedit cum eis Abram. Nō pertinet ad prēsens opusculū huius expositio sacramēti, Hoc
tantum dicimus, quia pro his quæ posuimus in Hebræo habet. Et descenderūt uolucres
super cadauera, & abigebat eas Abram. Illius enim merito sæpe de angustijs liberatus est
Israel. Ad occasum aūt solis ecstasis cecidit super Abram. Pro ecstasi in Hebræo תרדמה
thardema, id est, κατάφορὰ legit, quā supra uertimus in soporē. Generatione aūt quarta
reuertent huc. Haud dubiū quin hi qui de semine fuerint Abrahæ. Quærit quomodo
in Exodo scriptū sit. Quinta aūt generatione egressi sunt filij Israel de terra Aegypti. Su
per quo capitulo paruū uolumē edidimus. Ecce cōclusit me dominus, ut nō pariā, in-
gredere ergo ad ancillā meam, ut habeā filios ex ea. Diligenter nota quod procreatio fi
liorū, in Hebræo, ædificatio scripta est. Legitur em ibi: Ingredere ad ancillā meā, si quo
modo ædificer ex ea. Et uide ne forte hoc sit quod in Exodo dicitur, Benedixit deus ob
stetricibus, & ædificauerūt sibi domos. Et inuenit eam angelus domini super fontem
aquæ in deserto ad fontem in uia Sur. Consequenter Aegyptia in uia Sur, quæ per ere-
mum ducit ad Aegyptū ire festinabat. Et uocauit nomē eius Ismael, quia exaudiuit deus
humilitatē meā. Ismael interpretatur, exauditio dei. Hic erit rusticus homo, Manus eius
super omnes, & manus omniū super eum, & contra faciem omniū fratrum suorū habita
bit. Pro rustico scriptū est in Hebræo פרא phere, quod interpretatur, onager. Significat
autē semen eius habitaturū in eremo, id est Sarracenos uagos incertisq; sedibus, qui uni
uersas gentes, quibus desertū ex latere iungitur incursant, & impugnātur ab omnibus.
Et locutus est ei dominus, dicens: Ecce testamentū meum tecū, & eris pater multitudi- D
nis gentiū. & nō uocabitur ultra nomen tuū Abram, sed erit nomen tuū Abraham, quia
patrem multarū gentium posui te. Notandū quod ubicunq; in Græco, testamentū legi
mus, ibi in Hebræo sermone sit fœdus, siue pactū, id est, בריית berith. Dicunt aūt Hebræi
quod ex nomine suo, deus, quod apud illos tetragrammaton est, ה he literā, Abrahæ &
Sarę addiderit. dicebatur enim primū, אברם Abram, quod interpretatur, pater excelsus,
& postea uocatus est אברהם Abraham, quod transfertur pater multarū: nam quod sequi
tur, gentiū: non habetur in nomine, sed subauditur. Nec mirandū, quare cum apud Grę
cos & nos, a litera uideatur addita: nos ה literā Hebręam additā dixerimus. Idioma enim
linguæ illius est, per ה he quidē scribere, sed per à legere: sicut ecōtrario a literā sæpe per
he pronunciāt. Et dixit deus ad Abraham: Sarai uxorē tuam nō uocabis Sarai, sed Sara
erit nomē eius. Errant qui putāt primū Sara per unum r scriptū fuisse: & postea ei alterū
r additū. Et quia r, apud Grecos centenarius numerus est, multas super nomine eius ine
ptias suspicātur: cum utiq; utcunq; uolūt ei uocabulum commutatū, non Græcā, sed He
bræam debeāt dare rationē, cum ipsum nomen Hebraicū sit. Nemo aūt in altera lingua
quempiā uocans, etymologiā uocabuli sumit ex altera. Sarai igitur primū uocata est per
ש sin, ר res, י iod: sublato igitur י iod, id est i, elemento addita est ה he litera, quæ per a, le
gitur: & uocata est Saraa שרה. Causa aūt ita nominis immutati, hæc est, quod antea dice-
batur princeps mea, unius tantum domus materfamilias. Postea uero dicitur absolute,
princeps, id est ἀρχικῶς. Sequitur enim. Dabo tibi ex ea filiū & benedicā ei, & erit in gen-
tes, & reges populorū erunt ex eo. Signanterq; nō ut in Græco legimus, Dixit dominus
ad Abraham, Sarai uxor tua nō uocabitur nomen eius Sarai, in Hebræo habetur, nō uo
cabis nomen eius Sarai, id est, nō dices ei, princeps mea es, omniū quippe gentiū futura
iam princeps est. Quidam pessime suspicantur ante eam lepram fuisse uocitatā & postea
principē, cum lepra צרעת zaraath dicatur: quæ in nostra quidē lingua uidetur, aliquam
habere similitudinem, in Hebræo autem penitus est diuersa. Scribitur enim per צ sade,
& ר res

A & ר res, & ע ain, & ת thau: quod multū à superioribus tribus literis, id est, ש sin, ר res, & ה
he, quibus Sara scribit, discrepare manifestū est. Et cecidit Abrahā super faciem suam,
& risit, & dixit in corde suo: Si centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet?
Et post paululū. Et uocabis nomē eius Isaac. Diuersa opinio, sed una est etymologia, quare appellatus sit Isaac. Interpretat enim Isaac, risus. Alij dicunt quod Sara risit, ideo eum risum uocatū esse, quod falsum est. Alij uero quod riserit Abraham, quod & nos probamus. Postq; enim ad risum Abrahæ, uocatus est filius eius Isaac, tunc legimus risisse & Saram. Sciendū tamē quod quatuor in ueteri testamento absq; ullo uelamine, nominibus suis anteq; nascerent, uocati sunt: Ismael, Isaac, Salomon, & Iosias. Lege scripturas. Et dixit ei: Festina, tres mensuras farinæ similæ commisce. Quia tres mensuræ absolute hic dictæ uidentē, & est incerta mensura: propterea addidi, quod in Hebræo tria sata similæ habeat, id est tres amphoras: ut idem mysteriū, & hic & in euangelio, ubi mulier tria sata farinæ fermentare dicit, agnoscamus. Dixit aūt, Reuertens ueniam ad te in tempore hoc, & in hora, & habebit filium Sara. Pro hora, uitam legimus in Hebræo, ut sit ordo uel sensus: Reuertar ad te in tempore uitæ: quasi dixerit, si uixero, si fue rit uita comitata: hæc aūt ἀνθρωποπαθῶς quomodo & cætera. Risit aūt Sara in semetipsa, dicens: Necdum mihi factū est usq; nunc, & dominus meus senex est. Aliter multo legitur in Hebræo: Et risit Sara in semetipsa, dicens: Postq; attrita sum, facta est mihi uoluptas? Simul nota quod ubi nos posuimus, uoluptatē, eden scriptū est in Hebræo. Symmachus hunc locū ita transtulit, Postq; uetustate cōsenui, facta est mihi adolescentia.
Et dixit, Nunquid est domine si loquar? Quod Græce scriptū est μήτι κύριε ἐὰν λαλήσω.
Secundo Abrahā sic est locutus ad dominū, quod nō uidetur manifeste sonare quid dicat. In Hebræo igit plenius scribit. Ne quæso irascaris domine, si locutus fuero. Quia enim uidebat interrogans dominū artare responsione, temperat præfatione quod quæ
B rit. Et locutus est ad generos suos, q acceperāt filias eius. Quia postea duæ filiæ Lot uirgines fuisse dicunt, de quibus & ipse dudū ad Sodomæos dixerat. Ecce duę filiæ meę quæ nō cognouerūt uirū, Et nunc scriptura cōmemorat eum habuisse generos: nōnulli arbitrant illas quæ uiros habuerūt in Sodomis remansisse, & eas exisse cū patre, quæ uirgines fuerūt. Quod cū scriptura nō dicat, Hebræa ueritas exponēda est, in qua scribitur, Egressus est Lot, & locutus est ad sponsos, qui accepturi erant filias eius. Necdū igitur uirgines filiæ matrimonio fuerant copulatæ. Et dixit ei, Ecce admiratus sum faciē tuam. In Hebræo habet, Ecce suscepi faciem tuā, id est, acquiesco precibus tuis. Quod Symmachus secundum sensum interpretās, ait, ἐρέσσει ἐλλυσωπήθην τὸ πρόσωπόν σου.
Et ecce ascendebat flāma de terra quasi uapor fornacis. Pro quo legimus in Hebræo. Ecce ascēdebat קיטר kitor, quasi ἀναπνεύματος fornacis, quod nos uaporē, uel fumū, siue fauillā possumus dicere. Et ascendit Lot de Segor, & sedit in monte, & duæ filiæ eius cū eo, Timuit em sedere in Segor. Quæritur quare cū primū fugæ montis, Segor prætulerit, & eā in habitaculū suū uoluerit liberari: nūc de Segor rursum ad montē migret? Respōdebimus uerā esse illā Hebræorū coniecturā de Segor, qđ frequēter terræmotu subruta, Bale primū, & postea Salissā appellata sit, timueritq; Lot, dicēs: Si cū cæteræ adhuc urbes starēt, ipsa sæpe subuersa est, quāto magis nūc in cōmuni ruina nō poterit liberari? Et hāc occasionē infidelitatis, etiā in filias coitus dedisse principiū. Qui em cæteras uiderat subrui ciuitates, & hāc stare, seq; dei auxilio erutū, utiq; de eo qđ sibi cōcessum audierat, ambigere nō debuit. Illud igit quod ꝑ excusatione dicitur filiarum, eo qđ putauerint defecisse humanū genus, & ideo cū patre cōcubuerint, nō excusat patrē. Deniq; Hebræi quod sequit. Et nescisse cū dormisset cū ea, & cū surrexisset ab eo.
Appungūt desuper, quasi incredibile, & quod rerū natura nō capiat, coire quempiā nescientē. Et cōceperunt duæ filiæ Lot de patre suo, & genuit primogenita filiū: & uocauit nomē eius Moab. Iste est pater Moabitarū usq; in hanc diem, Et minor, & ipsa pepe rit filium, & uocauit nomē eius Ammon, id est filius populi mei, Ipse est pater filiorum

Ammon. Moab interpretatur, ex patre, & totum nomen etymologiã habet. Ammon e
uero cuius quasi causa nominis reddit, filius generis mei, siue ut melius est in Hebræo,
filius populi mei, sic deriuatur, ut ex parte sensus nominis, & ex parte ipse sit sermo. עַמִּי
Ammi enim à quo dicti sunt Ammonitæ, uocatur populus meus. Etenim uere soror
mea est de patre, sed non ex matre. Id est, fratris eius est Aran filia, non sororis. Sed
quia in Hebræo habet: uere soror mea est filia patris mei, & non filia matris meæ, & ma
gis sonat, quod soror Abrahæ fuerit: in excusationem eius dicimus, necdũ illo tempore
tales nuptias lege prohibitas. Et uidit Sara filium Agar Aegyptiæ, quem peperit Ab-
rahæ, ludentem, Quod sequit: cum Isaac filio suo, non habetur in Hebræo. Duplici-
ter itaq; hoc ab Hebræis exponitur: siue quod idola ludo fecerit: iuxta illud quod alibi
scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere: siue quod ad-
uersum Isaac, quasi maioris ætatis, ioco sibi & ludo primogenita uendicaret. Quod qui
dem Sara audiens nõ tulit, & hoc ex ipsius approbatur sermone dicentis. Eijce ancil-
lam hanc cũ filio suo. Nõ enim hæres erit filius ancillæ cũ filio meo Isaac. Et sumpsit pa
nem & utrẽ aquæ & dedit Agar, ponẽs super humerũ eius & paruulũ, & dimisit eam.
Quando Isaac natus est, tredecim annorũ erat Ismael. Et post ablactationẽ eius, iste cum
matre expellitur domo. Inter Hebræos autẽ uaria opinio est, asserentibus alijs quinto an
no ablactationis tempus statutũ, alijs duodecimum annũ uendicãtibus. Nos igitur ut
breuiorem eligamus ætatẽ, post decẽ & octo annos Ismael supputauimus eiectum esse
cum matre, & nõ couenire iam adolescenti matris sedisse ceruicibus. Verũ est igitur il-
lud Hebræorũ linguæ idioma, quod omnis filius ad comparationẽ parentum, infans uo
cetur & paruulus. Nec miremur barbarã linguam habere proprietates suas, cũ hodieq;
Romæ omnes filij uocent infantes. Posuit ergo Abraham panes & utrem super hume-
rum Agar, & hoc facto dedit puerũ matri: hoc est in manus eius tradidit, cõmendauit,
& ita emisit è domo Quod autẽ sequitur, Et proiecit puerũ subter abietem, & abiens se- D
dit de cõtra longe, quasi iactu sagittæ. Dixit enim, Non uidebo mortem paruuli mei. Et se
dit de cõtra eum. Et statim iungit, Exclamauit puer, & fleuit, & audiuit deus uocẽ pueri de
loco ubi erat. Et dixit angelus dei ad Agar de cœlo, & reliqua. Nullũ moueat, In He-
bræo em post hoc quod scriptũ est, Non uidebo mortem paruuli mei: ita legitur, quod
ipsa Agar sederit cõtra puerũ, & leuauerit uocem suã, & fleuerit, & exaudierit deus uo-
cem paruuli. Flente enim matre, & mortẽ filij miserabiliter præstolante, deus exaudiuit
puerũ de quo pollicitus fuerat Abrahæ, dicens: Sed & filiũ ancillæ tuæ in gentẽ magnã
faciam. Alioquin & ipsa mater nõ suam mortẽ, sed filij deplorabat. Pepercit igit ei deus,
pro quo fuerat & fletus. Deniq; in consequentibus dicitur, Surge & tolle puerũ, & te-
ne manũ eius. Ex quo manifestũ est eum qui tenetur: nõ oneri matri fuisse, sed comi-
tem. Quod autẽ manu parentis tenetur, sollicitus mõstratur affectus. Et dixit Abime-
lech & Ochozath pronubus eius, & Phichol princeps exercitus eius. Excepto Abime-
lech & Phichol, tertiũ nomẽ quod hic legitur, in Hebræo uolumine non habetur. Et
dixit. Septẽ oues has accipies à me, ut sint in testimoniũ mihi: quia ego fodi puteũ istum.
Ideo cognominauit nomẽ loci illius puteus iuramẽti: quia ibi iurauerunt ambo. Vbi
hic legitur, puteus iuramenti: in Hebræo habetur בְּאֵר שָׁבַע Ber sabee. Duplex autem est
causa cur ita appellatus sit. Siue quia septẽ agnas Abimelech de manu Abrahæ accepe-
rit, septem enim dicuntur Sabee. Siue quod iurauerint, quia & iuramẽtum Sabee simi-
liter appellatur. Quod si ante hanc causam supra nomẽ hoc legimus, sciamus per Prole
psim dictũ esse, sicut & Bethel & Galgala: quæ utiq; usq; ad tẽpus quo ita appellatę sunt,
aliter uocabantur. Notandũ autem ex prioribus & ex præsenti loco, quod Isaac non sit
natus ad quercum Mambre, siue in Aulone mambre, ut in Hebræo habetur: sed in Ge
raris, ubi & Ber sabee usq; hodie oppidum est. Quæ prouincia ante non grande tem-
pus, ex diuisione præsidum Palæstinæ, Salutaris est dicta. Huius rei scriptura testis est,
quæ ait: Et habitauit Abraham in terra Philistinorum. Et dixit ei deus, Tolle filium 9
tuum

A tuum unigenitum quem diligis Isaac, & uade in terrã excelsam, & offer illum ibi in ho-
locaustum super unum de montibus, quem ego dicam tibi. Difficile est idioma lin-
guæ Hebrææ in latinũ sermonem uertere. Vbi nunc dicitur, uade in terrã excelsam, in
Hebræo habet, moria: quod Aquila trãstulit τῶν κατᾳφανῆ, hoc est, lucidã: Symmachus,
τῆ ὀπῶ΄ασίας, hoc est, uisionis. Aiunt ergo Hebræi hunc montẽ esse, in quo postea tem-
plum conditum est in area Ornæ Iebusæi: sicut & in Paralipomenis scriptũ est, Et cœpe
runt ædificare templũ in mense secundo, in secunda die mensis in mõte Moria. Qui id-
circo illuminans interpretat & lucens, quia ibi est dabir, hoc est, oraculũ dei: & lex &
spiritussanctus, qui docet homines ueritatem, & inspirat prophetis. Et abijt ad lo-
cum quem dixit ei deus in die tertia. Notandum quod de Geraris usq; ad montem
Moria, id est sedem templi, iter dierum trium sit, & consequenter illuc die tertio perue
nisse dicatur. Male igitur quidam Abrahã putant illo tempore ad quercũ habitasse mam
bre: cum inde usq; ad montem Moria, uix unius diei iter plenũ sit. Et eleuauit A-
braham oculos suos, & aries post tergum eius tenebatur in uirgulto Sabech cornibus
suis. Ridiculam rem in hoc loco Emisenus Eusebius est locutus, Sabech inquiens dici-
tur hircus, qui rectis cornibus & ad carpẽdas arboris frondes sublimis attollitur. Rur-
sus Aquila συχινεῶ interpretatus est, quẽ nos uepretum possumus dicere uel spinetũ, &
(ut uerbi uim interpretemur) condensa & inter se implexa uirgulta. Vnde & Symma-
chus in eandem ductus opinionem, Et apparuit, ait, aries post hoc retentus in rete cor-
nibus suis. Verũ quibusdam, in hoc duntaxat loco, melius uident interpretati esse Sep-
tuaginta & Theodotio, qui ipsum nomẽ Sabek posuerunt, dicentes, In uirgulto Sabek
cornibus suis. Etenim συχινεῶν siue retẽ, quod Aquila posuit & Symmachus, per ס sin
literam scribi, hic uero ס samech literam positã: ex quo manifestũ esse, nõ interpretatio-
nem stirpiũ cõdensorum & in modum retis inter se uirgulta cõtexta uerbum Sabech,
B sed nomen sonare uirgulti, quod ita Hebraice dicitur. Ego uero diligenter inquirens
συχινεῶ per ס samech literam scribi crebro reperi. Et uocauit Abraham nomen loci
illius, dominus uidet: ut dicãt hodie, in mõte dominus uidet. Pro eo quod hic ha-
bet, uidet: in Hebræo scriptũ est, uidebit. Hoc autem apud Hebræos exiuit in prouerbi-
um: ut si quando in angustia cõstituti sunt, & domini optant auxilio subleuari, dicant,
in mõte dominus uidebit: hoc est, sicut Abrahæ misertus est, miserebitur & nostri.
Vnde & in signum dati arietis solent etiam nunc cornu clangere. Et nunciauerunt
Abrahã, dicentes: Ecce peperit Melcha & ipsa filios Nachor fratri tuo, Huz primogeni-
tum eius, & Buz fratrẽ eius, & Camuel patrem Syrorũ & Cased. Primogenitus Na-
chor fratris Abrahã de Melcha uxore eius filia Aran, natus est Huz: de cuius stirpe Iob
descẽdit, sicut scriptũ est in exordio uoluminis eius: Vir fuit in Terra Huz nomine Iob.
Male igit quidã existimãt Iob de genere esse Esau: siquidẽ illud quod in fine libri ipsius
habetur, eo quod de Syro sermone translatus est, & quartus sit ab Esau, & reliqua, quæ
ibi continent, in Hebræis uoluminibus nõ habent. Secundus natus est de Melcha Buz,
quem Septuaginta Bauz trãsferre uoluerũt. Et ex huius genere est Balaam ille diuinus,
ut Hebræi tradunt: qui in libro Iob dicitur Eliu, primum uir sanctus & prophetes dei,
postea per inobedientiam & desyderiũ munerum, dum Israel maledicere cupit, diuini
uocabulo nuncupat, diciturq; in eodẽ libro, Et iratus Eliu filius Barachiel Buzites, de
huius uidelicet Buzi radice descendẽs. Camuel uero pater Damasci. Ipsa enim uocatur
Aran, quæ hic pro Syria scripta est: & ipso nomine legitur in Esaia. Chased quoq; quar
tus est, à quo Chasdim, id est, Chaldæi postea uocati sunt. Et mortua est Sara in ci-
uitate Arboc, quæ est in ualle, hæc est Hebron in terra Chanaan. Hoc quod hic po-
situm est, quæ est in ualle, in authenticis codicibus nõ habetur. Nomen quoq; ciuitatis
Arboc paulatim à scribẽtibus legentibusq; corruptũ est. Neq; enim putandum Septua-
ginta interpretes nomẽ ciuitatis Hebrææ, barbare atq; corrupte, & aliter quàm in suo
dicitur transtulisse. Arboc enim nihil omnino significat. Sed dicitur, אַרְבַּע Arbeæ,
hoc est

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est quatuor, quia ibi Abram, & Isaac, & Iacob conditus est, & ipse princeps humani g
generis Adã, ut in Iesu libro apertius demõstrabitur. Audi nos domine, rex à deo tu
es nobis, in electo sepulchro nostro sepeli mortuũ tuum. Pro rege principẽ habet in
Hebræo siue ducem, נָשִׂיא Nasi quippe non rex, sed dux dicitur. Et audiuit Abrahã
Ephron, & appendit Abraham Ephran argẽtum, quod locutus est in auribus filiorum
Het. In Hebræo sicut hic posuimus, primum nomẽ eius scribitur Ephron, secundum
Ephran. Postquã enim precio uictus est, ut sepulchrum uenderet argẽto, licet cogente
Abrahã, Vau litera quæ apud illos pro o legit, ablata de eius nomine est, & pro Ephron
appellatus est Ephran, significante scriptura, non eum fuisse cõsummatæ perfectæq;
uirtutis, qui potuerit memorias uendere mortuorũ. Sciant igitur, qui sepulchra uendi-
tant, & non coguntur ut accipiant precium, sed à nolentibus quoq; extorquent, immu
tari nomẽ suum, & perire quid de merito eorum: cum etiã ille reprehendatur occulte,
qui inuitus acceperit. Et posuit seruus manum suã sub fœmore Abrahæ domini sui,
& iurauit ei super uerbo hoc. Tradunt Hebræi, quod in sanctificatione eius, hoc est
in circunciſione iurauerit. Nos autẽ dicimus, iurasse eum in semine Abrahæ, hoc est in
Christo, qui ex illo nasciturus erat, iuxta euangelistam Matthæum loquentem, Liber ge
nerationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahã. Et tulit uir inaurem auream, didrach-
mum pondus eius, בֶּקַע Bace, quod in hoc loco pro didrachmo scribit, semiuncia est:
שֶׁקֶל Secel uero qui Latino sermone siclus corrupte appellatur, unciæ pondus habet.
Ecce ego sto super fontẽ aquæ, & filij hominum ciuitatis egredientur ad hauriẽdam a-
quã: & erit uirgo, cui ego dixero, da mihi bibere paululũ aquæ de hydria tua: & cætera.
In Hebræo scriptũ est: Ecce ego stans iuxta fontẽ aquæ, & erit adolescẽtula quæ egre-
dietur ad hauriendũ, & dixero ei, da mihi bibere paululũ aquæ de hydria tua: & cætera.
Pro adolescentula quoq; quæ Græco sermone νεᾶνις dicitur, ibi legimus alma עַלְמָה
quod quidẽ & in Esaia habetur. Nam in eo loco ubi in nostris codicibus scriptũ est: Ec- D
ce uirgo cõcipiet & pariet, Aquila transtulit: ecce adolescẽtula cõcipiet & pariet. In He-
bræo legitur: Ecce alma cõcipiet, & pariet. Notandũ ergo, quod uerbum alma, nunquã
nisi in uirgine scribit, & habet etymologiã ἀπόκρυφος. i. abscondita. Scriptũ siquidẽ est
in Iob & Sapientia. Vnde inuenietur? Et quis locus intellectus? & abscõdetur ab oculis
omnis uiuentis, Vbi nunc diximus, abscondet: in Hebræo propter declinationem uer-
bi aliter figuratũ, בְּעַלְמָה naalma dicitur. Huic quid simile, licet masculino genere decli-
netur, & in Regnorũ libris scriptũ est, ex persona Elisæi loquentis ad Giezi: Et dominus
abscondit à me. Ergo alma, quod interpretat abscondita, id est uirgo nimia diligẽtia cu-
stodita, maioris mihi uidetur laudis esse, quàm uirgo. Virgo quippe iuxta Apostolũ po
test esse corpore, & nõ spiritu. Abscondita uero quæ uirgo est, ἐπίτασιν uirginitatis ha-
bet, ut & uirgo sit & abscondita. & quæ abscondita est, iuxta idioma linguæ Hebreę con
sequenter & uirgo est, Quæ autẽ uirgo, nõ statim sequit ut abscõdita sit. Hoc idem uer-
bum, & in Exodo, de Maria sorore Moysi uirgine legimus. Ostendant igit Iudæi in scri
pturis alicubi positum alma, ubi adolescentulam tantũ, & nõ uirginem sonet: & conce-
dimus eis, illud quod in Esaia apud nos dicitur, Ecce uirgo cõcipiet & pariet, nõ absco
ditam uirginẽ, sed adolescẽtulam significare iam nuptam. Et dimiserunt Rebecã soro
rem suã & substantiam eius & seruũ Abraham, & uiros qui cum eo erant. In Hebræo
habet, & dimiserũt Rebecam sororẽ suam & nutricẽ eius, & seruũ Abrahæ & uiros illi-
us. Decens quippe erat, ut ad nuptias absq; parentibus uirgo proficiscẽs, nutricis solatio
foueretur. Et ipse habitabat in terra Austri, & egressus est Isaac exerceri in campo ad
uesperam. Terra austri, Gerarã signat, unde à patre ad immolandũ quondam fuerat
abductus. Quod aũt ait, & egressus est, ut exerceretur in campo, quod Græce dicitur,
ἀδολεσχῆσαι, in Hebræo legitur, & egressus est Isaac, ut loqueretur in agro declinante
jam uespera. Significat autẽ secundum illud quod dominus solus orabat in mõte, etiam
Isaac, qui in typo domini fuit, ad orationẽ, quasi uirũ iustũ domo egressum, & uel nona
hora

A hora, uel ante solis occasum, spirituales deo uictimas obtulisse. Et tulit theristrũ, & o-
peruit se. Theristrũ pallium dicit, genus etiam nũc Arabici uestimenti, quo mulieres
prouinciæ illius uelantur. Et adiecit Abrahã, & accepit uxorẽ, & nomẽ eius Cetura,
& peperit ei Zamran & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue. Et Iecsan genuit
Saba & Dadan. Et filij Dadan fuerũt Asurim & Latusim & Laomim. Et filij Madian,
Iephar & Apher & Enoch & Abida & Aledea. Omnes hi filij Ceturæ. Et dedit Abrahã
uniuersa quæ habuit Isaac. Filijs autẽ cõcubinarum, quas habuit, dedit munera, & dimi-
sit eos ab Isaac filio suo, cum adhuc uiueret in Oriente, ad terrã orientalẽ. Cetura He-
bræo sermone copulata interpretat aut coniuncta. Quã ob causam suspicantur Hebræi
mutato nomine eandem esse Agar, quę Sara mortua, de cõcubina transierit in uxorem.
Et uidetur decrepiti iam Abrahæ excusari ætas, ne senex post mortẽ uxoris suæ ue-
tulæ: nouis arguatur nuptijs lasciuisse. Nos quod incertũ est relinquẽtes, hoc dicimus:
quod de Cetura nati filij Abrahã, iuxta historicos Hebræorum, occupauerint πρω-λο-
10 δύτιν & Arabiã, quæ nunc uocatur ἐυδαίμων, usq; ad maris rubri terminos. Dicit au-
tem unus ex posteris Abrahæ, qui appellabatur Apher, duxisse aduersus Libyam exer-
citum, & ibi uictis hostibus consedisse, eiusq; posteros ex nomine ataui Aphricã nun-
cupasse. Huius rei testis est Alexander, qui cognominat polyhistor, & Cleodemus co-
gnomento Malchus, Græco sermone barbarã historiam retexentes. Quod autem ait, &
Filij Dadan fuerũt Asurim & Latusim & Laomim, Asurim in negociatores trãsferri pu
tant, Latusim, æris ferriq; metalla cudentes, Laomim uero φύλαρχοι, id est principes
multarum tribuum atq; populorũ. Alij ab hoc Asurim uocatos Syros esse contendũt,
& à plerisq; filijs Abrahæ ex Cetura occupatas Indiæ regiones. Et mortuus est Ab-
raham in senectute bona, senex & plenus, & collectus est ad populum suum. Male
in Septuaginta interpretibus additum est, & deficiẽs Abrahã mortuus est: quia nõ con
uenit Abrahæ deficere & imminui. Illud quoq; quod nos posuimus, in senectute bona
B senex & plenus, in Græcis codicibus ponitur, plenus dierum. Quod cũ sensum uideat
exponere, eo quod luce & diei operibus plenus occubuerit, tamẽ magis ad Anagogẽ fa
cit, si simpliciter ponatur plenus. Et hæc nomina filiorum Ismael in nominibus su-
is & generationibus suis. Primogenitus Ismaelis Nabaioth & Cedar, & reliqui, usq; ad
eum locum ubi ait: Et habitauerũt ab Heuila usq; Sur, quæ est contra faciẽ Aegypti ue-
nientibus in Assyrios, in cõspectu omnium fratrũ suorum cecidit. Duodecim filij
nascuntur Ismaeli, è quibus primogenitus fuit Nabaioth: à quo omnis regio ab Euphra
te usq; ad mare rubrum Nabathena usq; hodie dicitur, quæ pars Arabiæ est. Nam & fa-
miliæ eorum, oppidaq; & pagi ac munita castella, & tribus eorũ hac appellatione cele-
brantur, ab uno quoq; ex his, Cedar in deserto, & Duma alia regio, & Theman ad au-
strum, & Cedma ad Orientalem plagã dicitur. Quod autẽ in extremo huius capituli, iux
ta Septuaginta legimus, cõtra faciem omniũ fratrum suorum habitauit: uerius est illud
quod nos posuimus, corã omnibus fratribus suis occubuit, id est in manibus omnium
filiorũ suorũ mortuus est, superstitibus liberis, & nullo prius morte prærepto. Fratres
autem pro filijs appellari, Iacob quoq; ad Laban demonstrat, dicens: Quod est peccatũ
meum: quia persecutus es post me, & quia scrutatus es omnia uasa mea? Quid inuenisti
de uniuersis uasis domus tuæ? Ponatur corã fratribus meis & fratribus tuis, & dijudi-
cent inter nos. Nec enim possumus credere: ut scriptura commemoret, quod Iacob ex-
ceptis liberis, secum fratres aliquos habuerit Et concepit Rebecca uxor eius, & mo-
uebãtur filij eius in ea. Pro motione, Septuaginta interpretes posuerunt ἐσκίρτων,
id est ludebãt siue calcitrabãt, quod Aquila trãstulit, confringebãtur filij in utero eius.
Symmachus uero διέπλεον. i. in similitudinẽ nauis in superficie ferebãtur. Et egres-
sus est primus rubeus totus, sicut pellis pilosus. Vbi nos pilosum posuimus in He-
bræo habet שֵׂעָר sear. Vnde & Esau sicut & alibi legimus, seir, id est pilosus est dictus.
Et dixit Esau Iacob, da mihi gustũ de coctione rubea ista, quia deficio, propterea uocatũ
est no-

est nomẽ eius Edom. Rubrum siue fuluum lingua Hebræa Edom dicitur. Ab eo igitur quod rubro cibo uẽdiderit primitiua sua: fului, id est Edom sortitus est nomẽ. Seminauit autem Isaac in terra illa, & inuenit in anno illo centuplũ hordei. Licet in alie na terra seminauerit Isaac, tamen nõ puto quod tanta ei fertilitas hordei fuerit. Vnde melius puto illud esse, quod habet in Hebræo, & Aquila quoq; transtulit: & inuenit in anno illo centuplum æstimatum, id est, ἑηαγὴν ἑκασμῶνος: Licet enim eisdẽ literis & æstimatio scribatur & hordeum: tamẽ æstimationes, שְׂעָרִים Searim legunt, hordea uero שְׂעֹרִים Seorim. Tacens autem scriptura genus frugũ quod centuplicauerit, uidetur mihi cunctarum in illo uirtutum ostendisse multiplicationem. Deniq; sequitur. Et benedixit ei dominus, & magnus factus est uir, & ambulabat uadens, & magnificatus, donec magnus fieret uehementer. Felicitas autem multiplicati hordei, ignoro si quem possit facere gloriosum. Et abijt inde Isaac, & uenit in uallem Gerarum, & habitauit ibi. Pro ualle torrentem habet in Hebræo. Neq; enim Isaac postquã magnificatus est, in ualle habitare poterat. Habitauit autem in torrente: de quo scriptum est. De torrente in uia bibit. De quo etiã Elias tempore famis bibit. Sed quia Elias non erat perfectus ut Christus: ideo ei torrens ille aruit. Dominus uero noster, etiã in torrente traditus est, dicans regenerationem nostrã, & baptismi sacramentum. Et foderunt pueri Isaac in ualle Gerarum, & inuenerunt ibi puteũ aquæ uiuæ. Et hic pro ualle, torrens scriptus est. Nunq; enim in ualle inuenit puteus aquæ uiuæ. Et foderunt puteum alterũ, & altercati sunt etiã super eo: & uocauit nomen eius inimicitiæ. Pro inimicitijs, quod Aquila & Symmachus, τῶν ἀντικειμένων & ἐναντίωσιν trãstulerunt, id est aduersum atq; contrarium in Hebræo habet שִׂטְנָה satana. Ex quo intelligimus satanan contrarium interpretari. Et foderũt puteum alium: & non litigauerunt cum eis, & uocauit nomẽ eius latitudo. Pro latitudine, in Hebræo habet רְחֹבוֹת rohoboth, ad probandum illud, quod supra diximus: Ipse ædificauit Niniuen ciuitatem & rohoboth, id est plateas eius.

Et Abimelech iuit ad eum de Geraris & Ahuzath ꝑnubus eius, & Phichol princeps militiæ eius. Pro Ahuzath pronubo, in Hebræo habet, collegium amicorũ eius: ut nõ tam hominem significet, q̃ amicorum turbam, quæ cum rege uenerat, in quibus fuit & Phichol princeps exercitus eius. Et uenerũt pueri Isaac, & nuntiauerũt ei de puteo quem foderũt, & dixerũt ei: nõ inuenimus aquam: & uocauit nomen eius saturitas. Nescio quomodo in Septuaginta interpretibus habeat: Et uenerũt pueri Isaac, & nunciauerunt ei de puteo, quem foderũt: & dixerunt ei, nõ inuenimus aquã: Et uocauit nomen eius iuramentum. Quæ ẽm etymologia est, propterea uocari iuramẽtum, quod aquam nõ inuenissent? Ecõtrario in Hebræo, cui interpretationi Aquila cõsentit & Symmachus, hoc significat: quod inuenerint aquã: & propterea appellatus sit puteus ipse saturitas: & uocata ciuitas Beer saba: hoc est puteus saturitatis: licet enim supra ex uerbo iuramenti siue ex septenario ouium numero, quod sabe dicitur, asseruimus Beer saba appellatam: tamẽ nunc ex eo quod aqua inuẽta est, Isaac ad nomen ciuitatis quæ ita uocabatur alludens, declinauit paululum literã, & pro stridulo Hebræorũ sin, à quo sabe incipitur, Græcũ sigma, id est Hebræum samech posuit. Alioquin & iuxta allegoriæ legẽ, post tantos puteos in fine uirtutũ, nequaquã cõgruit, ut Isaac aquã minime repererit. Ecce Esau frater meus uir pilosus, & ego sum uir leuis. Vbi nos pilosum legimus: in Hebræo scriptũ est, שֵׂעִיר seir. Vnde postea montis regio, in qua uersabatur, est dicta. diximus de hoc & supra. Et sumpsit Rebecca uestimẽta Esau filij sui maioris, quæ erãt desiderabilia apud se domi. Et in hoc loco tradunt Hebræi, primogenitos functos officio sacerdotum: & habuisse uestimẽtum sacerdotale: quo induti, deo uictimas offerebant, antequã Aaron in sacerdotium eligeretur. Et dixit Esau, iuste uocatum est nomen eius Iacob. Supplantauit enim me ecce secundo. Iacob supplantator interpretatur. Ab eo igiĩ, quod fratrẽ arte deceperit, allusit ad nomẽ. Qui ideo Iacob ante uocatus est, qd̃ in ortu plantã fratris apprehẽderat. Et fratri tuo seruies: & erit quãdo depo-

A depones, & solues iugum illius de collo tuo. Signat quod Idumæi seruituri sint Iudæis: & tempus esse uenturũ, quando de collo iugum seruitutis abijciant, eorumq; imperio contradicant. Secundũ autem Septuaginta interpretes, qui dixerunt: Erit autem cũ deposueris, & solueris iugum de collo tuo: uidetur pendere sentẽtia, nec esse completa. Et uocauit Iacob nomẽ loci illius Bethel, & Vlam Luz erat nomẽ ciuitatis prius. Ab eo quod supra dixerat: Quàm terribilis est locus iste: nõ est hic nisi domus dei, & hæc porta cœli: nunc loco nomẽ imponit: Et uocauit illum Bethel, id est, domum dei: qui locus uocabatur ante Luza, quod interpretatur nux, siue amygdalon. Vnde ridicule quidam uerbũ Hebraicũ ulam, nomẽ esse urbis putant: cum ulam interpretet̃ prius. Ordo itaq; iste est lectionis: Et uocauit nomẽ loci illius Bethel, & prius Luza uocabulum erat ciuitatis. Antiquæ omnes scripturæ uerbo ulam siue elem plenæ sunt: quod nihil aliud signat, nisi ante, aut prius, uel uestibulũ, siue superliminare uel postes. Cõple ergo hebdomadam istius: & dabo etiã hanc tibi. Postq̃ Liam Iacob fraude deceptus pro Rachel uxorem acceperat: dicitur ei à socero Laban, ut septem dies post nuptias sororis prioris expleat: & sic accipiat Rachel, pro qua iterum septẽ annis alijs seruiturus sit. Non igitur ut quidam male existimant post septẽ annos alios Rachel accepit uxorẽ: sed post septem dies nuptiarum uxoris primæ. Nam sequitur: Et ingressus est ad Rachel: & dilexit Rachel magis q̃ Liam, & seruiuit ei septẽ annis alijs. Et concepit, & peperit filium, & uocauit nomen eius Ruben. Omnium patriarcharum propter compendiũ lectionis etymologias nominum uolo pariter dicere. Et uocauit, inquit, Ruben nomẽ eius, dicens: Quia uidit dominus humilitatẽ meam. רְאוּבֵן Ruben interpretat̃ uisionis filius. Et concepit, inquit, alterũ filium, & dixit: quoniam exaudiuit me dominus: eo quod odio me haberet uir meus, & dedit mihi etiam hunc: & uocauit nomẽ eius Simeon. Ab eo quod sit exaudita, Simeon nomẽ imposuit. שִׁמְעוֹן Simeon quippe interpretat̃ auditio. De tertio uero sequit̃. Et concepit adhuc, & peperit filiũ: & dixit, nũc mecum erit uir meus,

B quia peperi ei tres filios: ideo uocauit nomen eius Leui. Vbi nos legimus: Apud me erit uir meus, Aquila interpretatus est: applicabitur mihi uir meus, quod hebraice dicitur, יִלָּוֶה ilaue: & à doctoribus Hebræorũ aliter transfert̃, ut dicãt, prosequet̃ me uir meus, id est, non ambigo de amore in me uiri mei, erit mihi in hac uita comes, & eius dilectio me ad mortẽ usq; deducet & ꝑsequet̃, tres ẽm filios genui ei. Cõcepit adhuc, & peperit, & genuit filiũ, & dixit: Nunc super hoc cõfitebor domino, & ob id uocauit nomẽ eius Iuda. יְהוּדָה Iuda cõfessio dicitur. A cõfessione itaq; confessoris nomẽ est dictũ. Veruntamẽ hic cõfessio pro gratiarũ actione, aut pro laude accipitur: ut frequẽter in psalmis & in euangelio: Cõfitebor tibi domine pater cœli & terræ, id est, gratias ago tibi, siue glorifico te. Et cõcepit Bala, & peperit Iacob filiũ: & dixit Rachel: iudicauit me dominus, & exaudiuit uocẽ meã, & dedit mihi filiũ: propterea uocauit nomen eius Dan.

Causam nominis expresit: ut ab eo quod iudicasset se dns, filio ancillæ iudicij nomẽ imponeret: Dan quippe interpretat̃ iudiciũ. Et cõcepit adhuc, & peperit Bala ancilla Rachel filiũ secundũ Iacob: & dixit Rachel, habitare fecit me deus habitatione cũ sorore mea, & inualui: & uocauit nomẽ eius Nephthalim. Causa nominis Nephthalim, aliter hic multo exponit̃, q̃ in libro hebræorũ nominũ scripta est. Vnde & Aquila ait, σωαστερέφλω, pro quo in Hebręo scriptum est, נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים נִפְתַּלְתִּי תֹּר νέστρε-φέν με ὁ θεὸς ⟨ σωαστερέφλω, naphthule elohim, naphthaleti. Vnde à cõuersione, siue à comparatione, quia utrũq; sonat conuersionẽ siue comparationẽ, nephthalim filio nomẽ imposuit. Quod autẽ sequitur. Et peperit zelpha ancilla Liæ Iacob filiũ: & dixit Lia, in fortuna, & uocauit nomen eius Gad. Vbi nos posuimus in fortuna: & Græce dicit̃, ἐν τύχῃ, quæ potest euentus dici: in Hebræo habet בָּגָד bagad, quod Aquila interpretat̃, uenit accinctio. Nos autẽ dicere possumus in ꝑcinctu. Ba ẽm potest præpositionẽ sonare in, & uenit. Ab euentu ergo siue procinctu, q̃ Gad dicit̃, zelphæ, filius Gad uocatus est. Sequit̃. Et peperit zelpha ancilla Liæ filiũ secundũ Iacob: & dixit Lia, beata ego: quia beatificãt me mu-

lieres,& uocauit nomẽ eius Aser diuitiæ. Male additæ sunt diuitiæ,id est מאדר, cũ c
etymologia nominis Aser,scripturæ autoritate pandat̃ dicẽtis: Beata sum ego, & beatifi
cant me mulieres.Et ab eo quod beata dicatur ab hominibus: filium suum beatũ uoca-
uerit. אשר Aser ergo non diuitiæ,sed beatus dicit̃,duntaxat in præsenti loco. Nam in a-
lijs secundum ambiguitatẽ uerbi possunt & diuitiæ sic uocari. Et audiuit deus Liam,
& concepit & peperit Iacob filium quintũ:& dixit Lia:Dedit deus mercedẽ meam mihi:
quia dedi ancillam meam uiro meo:& uocauit nomẽ eius Issachar. Etymologiam hu-
ius nominis,Septuaginta interpretes ediderunt,est merces.Non utiq;,ut pleriq; addito
pronomine male legunt,exist imandũ est ita scriptum esse,quod is est merces,sed totum
nomẽ interpretat̃,est merces. יש Ies quippe dicitur est:& שכר Sachar merces. Hoc aũt
ideo,quia mandragoris filij Ruben introitũ,qui Racheli debebat̃,ad se uiri emerat. Se-
quitur.Et concepit adhuc Lia,& peperit filiũ sextũ Iacob, & dixit Lia, Dotauit me deus
dote bona:en hoc tempore habitabit mecũ uir meus:quia peperi ei sex filios, & uocauit
nomẽ eius Zabulon. Vbi nos posuimus,habitabit mecũ, & Septuaginta interpretati
sunt,diliget me:in Hebræo habetur יזבלני Izboleni. Et est sensus, quia sex filios genui
Iacob,propterea iam secura sum:habitabit enim mecũ uir meus, unde & filius meus uo
catur habitaculum.Male igitur & uiolenter in libro Nominũ,Zabulon fluxus nomi-
nis interpretatur. Et post hæc peperit filiam,& uocauit nomẽ eius Dina. Hęc transfert̃ in
causam,quam significantius Græci Πάντα uocant.Iurgij enim in Sicimis causa extitit.
Post filios & parentum ponenda sunt nomina. לאה Lia, interpretatur laborans: רחל
Rachel ouis,cuius filius Ioseph ab eo quod sibi alium addi mater optauerat, uocat̃ aug-
mentum. Transibo in uniuerso pecore tuo hodie,separa inde omne pecus uarium &
discolor,& omne pecus unius coloris,in agnis,& uarium & discolor in capris,erit mer
ces mea:& respõdebit mihi iustitia mea in die crastino,cum uenerit merces mea coram
te:omne in quo nõ fuerit uarium & discolor in capris & in agnis, furtũ erit apud me,&
cætera Multũ apud Septuaginta interpretes confusus est sensus,& usq; in præsentem d
diẽ nullum potui inuenire nostrorũ,qui ad liquidũ quid in hoc loco diceret̃ exponeret.
Vis,inquit,Iacob me seruire tibi etiã alios septẽ annos: fac quod postulo. Separa omnes
discolores & uarias,tam oues q̃ capras,& trade in manus filiorũ tuorum. Rursumq; ex
utroq; grege,alba & nigra pecora,id est unius coloris,da mihi. Si quid igitur ex albis &
nigris,quæ unius coloris sunt,uariũ natum fuerit,meũ erit: si quid uero unius coloris,
tuum.Rem non difficilẽ postulo.Tecum facit natura pecorũ,ut alba ex albis,& nigra na
scantur ex nigris:mecũ erit iustitia mea,dum deus humilitatẽ meam respicit & laborem.
Optionẽ Laban datam libenter arripuit: & ita ut Iacob postulabat faciẽs, trium dierum
iter inter Iacob & filios suos separauit:ne quis ex uicinitate pecoris nasceret̃ dolus. Itaq;
Iacob nouam stropham cõmentus est, & contra naturã albi & nigri pecoris,naturali ar
te pugnauit.Tres enim uirgas,populeas & amygdalinas & mali granati: quan q̃ Septua-
ginta styracinas & nucinas & platanin as habeant,ex parte decorticans,uariũ uirgarũ fe-
cit colorẽ:ut ubicunq; in uirga corticẽ reliquisset,antiquus permaneret color:ubi uero
tulisset corticẽ,color candidus panderet̃.Obseruabat igitur Iacob,& tẽpore quo ascen-
debant̃ pecora,& post calorẽ diei,ad potandũ auida pergebant: discolores uirgas pone
bat in canalibus:& admissis arietibus & hircis,in ipsa potãdi auiditate,oues & capras fa-
ciebat ascẽdi:ut ex duplici desiderio dũ auidè bibũt & ascendunt̃ à maribus, tales fœtus
conciperẽt,quales umbras arietũ & hircorũ desuper ascendentiũ in aquarũ speculo con
templabant̃.Ex uirgis enim in canalibus positis,uarius erat etiã imaginũ color.Nec mi-
rum hanc in conceptu fœminarũ esse naturã, ut quales perspexerint, siue mẽte concepe
rint,in extremo uoluptatis ęstu quæ concipiũt,talem sobolem procreẽt,cum hoc ipsum
etiam in equarũ gregibus apud Hispanos dicatur fieri:& Quintilianus in ea cõtrouersia
in qua accusabat̃ matrona,quod Aethiopẽ pepererat, pro defensiõe illius argumentet̃,
hanc conceptus esse naturam,quam suprà diximus.Et scriptũ reperietur in libris Hippo
cratis

A cratis,quod quædã suspitione adulterij fuerat puniẽda cum pulcherrimũ peperisset, u-
triq; parenti generiq; dissimilẽ,nisi memoratus medicus soluisset quæstionẽ: monens
quærere ne forte talis pictura esset in cubiculo:qua inuẽta, mulier à suspicione liberata
est.Post q̃ autẽ nati fuerant hœdi & agni uarij & discolores ex albis & unius coloris gre-
gibus,separabat illos Iacob:& procul esse faciebat à pristino grege:Si qui autẽ nasceban
tur unius coloris,id est albi siue nigri,tradebat in manus filiorũ Laban:& ponebat uir-
gas,quas decorticauerat in canalibus,quibus effundebant̃ aquæ,& ueniebant ad potan
dum cõtra pecora,ut conciperẽt eo tempore cũ uenirent ad potandum:& cõcipiebant
pecora cõtra uirgas Iacob,uirgas quas posuerat coram pecoribus in canalibus ad con-
cipiendum in eis:& in serotinis ouibus nõ ponebat:& fiebant serotina Laban,tempora
nea Iacob.Hoc in Septuaginta interpretibus nõ habet̃, sed pro serotinis & tẽporaneis,
11 aliud nescio quid,quod ad sensum nõ pertinet,transtulerunt. Quod autẽ dicit scriptu-
ra,hoc est:Iacob prudens & callidus,iustitiã & æquitatẽ etiã in noua arte seruabat. Si e-
nim omnes agnos & hœdos uarios pecora procreassent:erat aliqua suspicio doli, & a-
perte huic rei Laban inuidus cõtraisset.Ergo ita omnia tẽperauit,ut & ipse fructũ sui la-
boris acciperet,& Laban nõ penitus spoliaret̃.Si quando oues & capræ primo tempo-
re ascẽdebantur:quia melior uernus est fœtus,ante ipsas ponebat uirgas, ut uaria sobo-
les nasceret̃.Quæcunq; aũt oues & capræ sero quærebant marẽ: ante earum oculos nõ
ponebat,ut unius coloris pecora nascerẽtur.Et quicquid primum nascebat̃,suum erat,
quia discolor & uariũ erat:quicquid postea,Laban.Vnius em̃ tam in nigro q̃ in albo co
loris pecus nascebatur.In eo aũt loco ubi scriptũ est,ut conciperẽt in uirgis,in Hebræo
habet, יחמנה iehammenna.Vim uerbi Hebraici, nisi circumitu exprimere nõ possum.
Iehammenna em̃ proprie dicitur extremus in cõitu calor, quo corpus omne concuti-
tur,& patranti uoluptati uicinus est finis. Et pater uester mentitus est mihi,& muta-
uit mercedẽ meã decem uicibus,& nõ dedit ei deus ut noceret mihi. Si dixerit, hoc ua
B rium pecus erit merces tua:nascet̃ omne pecus uariũ.Et si dixerit,unius coloris erit mer
ces tua:nascetur omne pecus unius coloris. Pro eo quod nos posuimus,mutauit mer
cedem meã decem uicibus:Septuaginta interpretes posuerũt,decẽ agnis:nescio qua opi
nione ducti,cum uerbũ Hebraicũ, מנים monim,numerũ magis q̃ agnos sonet. Deniq;
& ex consequẽtibus hic magis sensus probatur,quod per singulos fœtus semper Laban
conditionem mutauerit.Si uidebat uarium nasci pecus:post fœtũ dicebat: uolo ut in fu
turum mihi uaria nascãtur.Rursum cũ uidisset unius coloris nasci pecora (Iacob quip-
pe hoc audito,uirgas in canalibus nõ ponebat) dicebat ut futuros fœtus, unius coloris
sibi pecora procrearent.Et quid plura? usq; ad uices decem semper à Laban pecoris sui,
siue Iacob mutata conditio est. Et quodcunq; sibi proposuerat ut nascerẽt, in colorem
contrarium uertebat̃.Ne cui autem in sex annis decem pariendi uices incredibiles uide
antur:lege Vergilium in quo dicit̃: Bis grauidæ pecudes.Natura autem Italicarũ ouium
& Mesopotamiæ una esse traditur. Et furata est Rachel idola patris sui. Vbi nunc i-
dola legimus:in Hebræo תרפים Theraphim scriptũ est,quæ Aquila μορφώματα, id est,fi
guras,uel imagines interpretat̃.Hoc autem ideo,ut sciamus quid in Iudicum libro the-
raphim sonet. Et trãsiuit fluuium,& uenit in montem Galaad. Nõ quod eo tempo
re Galaad mons diceretur:sed per anticipationẽ,ut frequenter diximus,illo uocatur no
mine quo postea nuncupatus est. Et mutasti mercedem meã decem agnis. Idem er-
ror qui supra:Numerus enim pro agnis legendus est. Et dixit Iacob fratribus suis,col
ligamus lapides.Et congregatis lapidibus fecerunt aceruum, & comederũt super eum.
Et uocauit illũ Laban aceruũ testimonij, & Iacob uocauit illũ aceruũ testis. Aceruus
Hebræa lingua גל gal dicitur: עד ed uero testimoniũ. Rursus lingua Syra aceruus יגר
appellatur. שהדותא Saadutha testimoniũ.Iacob igitur aceruus testimonij, hoc est Ga-
laad lingua appellauit Hebræa: Laban uero idipsum, id est aceruũ testimonij,Igar Saa-
dutha,à gentis suæ sermone uocauit.Erat enim Syrus,& antiquã linguã parentum,pro

uinciæ in qua habitabat sermone mutauerat. Et occurrerunt ei angeli dei, & dixit Ia- c
cob ut uidit eos: Castra dei hæc sunt, & uocauit nomen loci eius castra. Vbi hic castra
posita sunt: in Hebræo habet מַחֲנָיִם mahanaim: ut sciamus, si quãdo interpretatũ in alio
loco ponitur quẽ locum significet. Et pulchre, ad fratrẽ iturus inimicum angelorũ se co
mitantium excipit choris. Et dixit Iacob, deus patris mei Isaac domine, qui dixisti ad
me reuertere in terrã tuã & benedicã tibi: minor sum omni misericordia tua, & omni ue 12
ritate tua, quã fecisti pro seruo tuo. Pro eo quod nos posuimus, minor sum, aliud ne-
scio quid quod sensum turbet, in Græcis & Latinis codicibus continetur. Et dixit ei:
Quod nomẽ tibi? Qui ait, Iacob. Dixit aũt ei: Iam nõ uocabitur Iacob nomen tuũ, sed uo
cabitur nomẽ tuum Israel: quia inualuisti cũ deo, & cũ hominibus ualebis. Iosephus
in primo antiquitatũ libro, Israel ideo appellatũ putat, quod aduersum angelũ steterit:
quod ego diligẽter excutiens, in Hebræo penitus inuenire nõ potui. Et quid me necesse
est opiniones quærere singulorũ, cum etymologiã nominis exponat ipse qui posuit. Nõ
uocabitur, inquit, nomẽ tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuũ? Quare interpretat Aqui
la ὅτι ἤρξας μετὰ θεοῦ: Symmachus ὅτι ἤρξω ἰσχύι πρὸς θεόν: Septuaginta & Theodotion,
ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ. שָׂרִיתָ Sarith enim quod ab Israel uocabulo deriuatur, principem
sonat. Sensus hic itaq; est. Nõ uocabitur nomẽ tuum supplantator, hoc est Iacob, sed uo
cabitur nomẽ tuum princeps cum deo, hoc est Israel. Quomodo eñ princeps ego sum:
sic & tu qui mecum luctari potuisti, princeps uocaberis. Si autẽ mecũ qui deus sum, si-
ue angelus (quoniã pleriq; uarie interpretãtur) pugnare potuisti: quãto magis cũ ho-
minibus, hoc est cũ Esau, quem formidare nõ debes. Illud aũt quod in libro nominũ in
terpretatur Israel, uir uidens deũ, siue mens uidens deum, omniũ penè sermone detri-
tum, non tam uere q̃ uiolenter mihi interpretatum uidetur. Hic enim Israel per has lite-
ras scribitur, iod, sin, res, aleph, lamed, quod interpretaẽ princeps dei, siue directus dei,
hoc est, ἐνθύτατος θεοῦ. Vir uero uidens deũ his literis scribit, ut uir ex tribus literis scriba
tur, aleph, iod, sin, ut dicatur אִישׁ ais: uidens uero ex tribus, res, aleph, he, & dicaẽ רֹאֶה ra
he. Porro אֵל el, ex duabus aleph & lamed: & interpretaẽ deus siue fortis. Quamuis igit D
grandis autoritatis sint & eloquẽtiæ, & ipsorũ umbra nos opprimat, qui Israel uirum si
ue mentẽ uidentẽ deũ trãstulerunt: nos magis scripturæ & angeli uel dei, qui ipsum Isra
el uocauit, autoritate ducimur, q̃ cuiuslibet eloquentiæ secularis. Illud quoq; postea se-
quitur. Et benedixit eum ibi, & uocauit Iacob nomen loci illius facies dei: uidi enim
deum facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea: In Hebræo diciẽ, פְּנִיאֵל Phanuel, ut
sciamus ipsum esse locũ qui in cæteris scripturæ sanctæ uoluminibus, ita ut in Hebræo
scriptum est, Phanuel legiẽ in Græco. Et diuisit pueros super Liam & super Rachel,
& super duas ancillas, & posuit ancillas & filios earũ primos: Liam uero & pueros eius
secundos, & Rachel & Ioseph nouissimos, & ipse trãsiuit ante eos. Nõ ut pleriq; exisli
mant, tres turmas fecit, sed duas. Deniq; ubi nos habemus, diuisit, Aquila posuit, ἡμίσυ-
σεν. i. dimidiauit: ut unũ cuneum faceret ancillarũ cum paruulis suis: & alium Liæ & Ra-
chel, quæ liberæ erant, cum filijs earũ: primasq; ire faceret ancillas, secundas liberas, ipse
autem ante utrunq; gregẽ fratrem adoraturus occurreret. Et ædificauit ibi Iacob do-
mũ, & pecoribus suis ædificauit tabernacula. Vbi nos tabernacula habemus: in Hebræo
legitur סֻכּוֹת. Est autẽ usq; hodie ciuitas trãs Iordanẽ hoc uocabulo in parte Scythopo-
leos, de qua in libro locorũ scripsimus. Et uenit Iacob Salem ciuitatem Sichem in ter
ram Chanaan, cum uenisset de Mesopotamia Syriæ. Error oboritur, quomodo Salẽ
Sichem ciuitas appelleẽ, cum Hierusalẽ in qua regnauit Melchisedech, Salem ante sit di-
cta. Aut igitur unius utraq; urbs nominis est: quod etiam de pluribus Iudææ locis pos-
sumus inuenire: ut idem urbis & loci nomen in alia atq; alia tribu sit. Aut certe istam
Salem, quæ nunc pro Sichem nominatur, dicimus hic interpretati consummatam at-
que perfectam: & illam quæ postea Hierusalem dicta est, pacificam nostro sermone
transferri. Vtrunq; enim accentu paululum declinato hoc uocabulum sonat. Tradunt
Hebræi

A Hebræi quod claudicãtis femur Iacob ibi conualuerit, & sanatũ sit propterea eandem ci
uitatem curati atq; perfecti uocabulũ consecutã. Et uenit Hemor & Sichem filius e-
ius ad portã ciuitatis suæ: & locuti sunt ad uiros ciuitatis dicentes, uiri isti pacifici nobis
sunt. Vbi nunc Septuaginta interpretes pacificos trãstulerunt, Aquila interpretatus
est, ἀσωματισμένους. i. consummatos atq; perfectos, pro quo in Hebræo legitur, שְׁלֵמִים sa-
lamim. ex quo perspicuũ est, uerũ esse illud quod supra de Salẽ diximus. Et introgres-
si sunt ciuitatem diligenter, & interfecerũt omnẽ masculum. Pro eo quod in Græcis
13 legitur ἀσφαλῶς, id est, diligẽter: in Hebræo scriptũ est, בְּטַח beta, id est, audacter & con-
fidenter. Et uenit Iacob in Luzã in terram Chanaan, quæ est Bethel. Ecce manife-
stissime comprobaẽ, Bethel nõ ulam Luz, ut supra dictũ est, sed Luzã, id est, amygda-
lon ante uocitatã. Et mortua est Debbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est iuxta Bethel.
Si mortua est nutrix Rebeccæ nomine Debbora, ut Septuaginta quoq; hic interpretes
transtulerunt, & ipsum uerbum est Hebraicũ מְנֶקֶת meneket: scire nõ possumus, quare
ibi substantiã posuerunt, hic nutricem. Et dixit ei deus, iam nõ uocabitur nomẽ tuum
Iacob, sed Israel erit nomen tuum, & uocauit nomẽ eius Israel. Dudum nequaquã ei
ab angelo nomen imponiẽ, sed quod imponendũ sit à deo prædiciẽ. Quod igitur ibi fu-
turum promittiẽ, hic docetur expletũ. Et factum est dum appropinquaret chabratha
in terra Chanan: ut ueniret Ephrata, peperit Rachel. Verbũ Hebraicũ בְּבְרָת chibrath
in consequentibus, ubi Iacob loquiẽ ad Ioseph, Ego autem cum uenirem de Mesopota-
mia Syriæ, mortua est mater tua Rachel in terra Chanaan, in uia Hippodromi, ut ueni-
rem Ephrata: nescio quid uolentes, Hippodromum Septuaginta interpretes transtule-
runt: & statim ibi, ubi in Hebræo dicitur: Et sepelierunt eam in uia Ephrata, hæc est Be-
thlehem, rursum Septuaginta pro Ephrata posuerunt Hippodromum: cum utiq; si cha
bratha Hippodromus est, Ephrata Hippodromus esse non possit. Aquila autẽ hoc ita
14 transtulit: Et factũ est κατ' ὁδὸν τῆς γῆς, id est, in itinere terræ introiens in Ephrata. Sed
B melius est si trãsferatur, in electo terræ tempore cum introiret Ephrata. Porrò uernum
tempus significat, cum in florẽ cuncta rumpunt, & anni tẽpus electũ est: uel cum tran-
seuntes per uiam carpunt & eligunt è uicinis agris quodcunq; ad manus uenerit, diuer
sis floribus inuitati. Ephrata uero & Bethlehẽ unius urbis uocabulum est, sub interpre
tatione consimili. Siquidẽ in frugiferã & in domum panis uertiẽ: propter eum panem,
qui de cœlo descendisse se dicit. Et factum est cum dimitteret eam anima, siquidẽ mo
riebatur, uocauit nomẽ eius, filius doloris mei: pater uero eius uocauit nomẽ eius Be-
niamin. In Hebræo similitudo nominis resonat: filius enim doloris mei, quod nomẽ
moriẽs mater imposuit, diciẽ בֶּן־אוֹנִי Benoni. Filius uero dextræ, hoc est uirtutis, quod
Iacob mutauit, appellaẽ Beniamin. Vnde errant qui putant Beniamin filiũ dierũ inter-
pretari. Cum enim dextera appelleẽ יָמִין iamin, & finiatur in n literã: dies quidem appel-
lantur & ipsi יָמִים iamim, sed in m literam terminaẽ. Et profectus est Israel: & exten-
dit tabernaculũ suum trans turrim Ader. Hunc locum Hebræi esse uolunt, ubi postea
templũ ædificatũ est: & turrim Ader, turrim gregis significari, hoc est cõgregationis &
cœtus: quod & Micheas propheta testaẽ dicens: Et tu turris gregis nebulosa, filia Sion,
& cætera: illoq; tẽpore Iacob trans locũ, ubi postea tẽplum ædificatũ est, habuisse tento
ria. Sed si sequamur ordinẽ uiæ, pastorum iuxta Bethlehẽ locus est, ubi uel angelorum
grex in ortu domini cecinit: uel Iacob pecora sua pauit, loco nomẽ imponẽs: uel quod
uerius est, quodã uaticinio, futurũ iam tunc mysteriũ monstrabatur. Et uenit Iacob
ad Isaac patrẽ suũ in Mamre ciuitatẽ Arbeæ, hæc est Chebron. Pro אַרְבַּע arbee in Se-
ptuaginta campum habet, cum Chebron in monte sita sit. Eadem autem ciuitas dicitur
& Mamre, ab amico Abrahæ ita antiquitus appellata Et peperit Ada Esau Eliphaz.
Iste est Eliphaz, cuius scriptura in Iob uolumine recordatur. Isti filij Esau, & isti
principes eorum, ipse est Edom: & hi filij Seir. Esau & Edom & Seir, unius nomẽ est
hominis: & quare uarie nuncupetur, suprà dictum est. Quod autem sequiẽ & Chorræi

habitantis terrã: & reliqua. Postquam enumerauit filios Esau, altius repetit, & exponit c
qui ante Esau in Edom terra principes fuerint ex genere Chorræorũ, qui in lingua nostra interpretant liberi. Legamus diligẽter Deuteronomiũ, ubi manifestius scribit, quo modo uenerint filij Esau & interfecerint Chorræos ac terram eorũ hæreditate possederint. Et fuerũt filij Lotan Chori & Aemam, & soror Lotan Tamna: hæc est Tamna, de qua suprà dictũ est. Et Tamna erat cõcubina Eliphaz filij primogeniti Esau, & ex ipsa natus est Amalech. Idcirco autẽ Chorræorum recordatus est: quia primogenitus filiorum Esau ex filiabus eorũ acceperat concubinam. Quod aũt dicitur Theman & kenez & Amalech, & reliqua: sciamus postea regionibus Idumæorũ ex his uocabula imposita. Ipse est Ana qui inuenit iamim in deserto cũ pasceret asinos Zebeon patris sui.

Multa & uaria apud Hebræos de hoc capitulo disputantẽ: apud Græcos quippe & nostros super hoc silentiũ est. Alij putant iamim maria appellata. Iisdẽ enim literis scribuntur maria: quibus & nũc hic sermo descriptus est. Et uolunt illum dum pascit asinos patris sui in deserto, aquarũ congregationes reperisse, quæ iuxta idioma linguæ Hebraicę maria nuncupẽtur: quod scilicet stagnũ repererit, cuius rei inuentio in eremo difficilis est. Nõnulli putant aquas calidas iuxta Punicæ linguæ uiciniam, quæ Hebrææ cõtermina est, hoc uocabulo signari. Sunt qui arbitrẽtur onagros ab hoc admissos esse ad asinas, & ipsum istiusmodi reperisse concubitum: ut uelocissimi ex his asini nascerentẽ, qui uocantur iamim. Pleriq; putant quod equarũ greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascẽdi, ut mulorum inde noua contra naturã animalia nascerentẽ. Aquila hunc locum ita transtulit: Ipse est Anas qui inuenit σὺν τοῦ σιμείμ. Et Symmachus similiter φὺς σιμείμ, quæ interpretatio pluralẽ numerũ significat. Septuaginta & Theodotion æqualiter trãstulerunt dicentes, τὸν ἰαμεῖν, quod indicat numerum singularẽ. Et regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Bozra. Hunc quidam suspicantẽ esse Iob: ut in fine uoluminis ipsius additũ est. Contra Hebræi asserunt de Nachor eum stirpe generatum: ut iam suprà dictũ est. Et Israel dilexit Ioseph super omnes filios suos: quia erat filius senectutis, & fecit ei tunicam uariam. Pro uaria tunica, Aquila interpretatus est tunicã D
ἀσπιζάλειον: id est tunicam talarẽ. Symmachus, tunicam manicatã: siue quod ad talos usque descẽderet, & manibus artificis mira esset uarietate distincta: siue quod haberet manicas, antiqui eĩ magis colobijs utebantẽ. Et uendiderunt Ioseph Ismaelitis uiginti aureis. Pro aureis, in Hebræo, argenteis habet. Neq; uiliore metallo dominus uenunda ri debuit, q̃ Ioseph. Madianæi autẽ uendiderunt Ioseph in Aegypto Phutiphar eunucho Pharaonis archimagiro. In pleriſq; locis archimagiros, id est, cocorũ principes, pro magistris exercitus, scriptura cõmemorat: μαγειρεύειν quippe Græce interpretatur occidere. Venditus est igitur Ioseph principi exercitus & bellatorum, nõ petephre, ut in Latino scriptũ est, sed Phutiphar eunucho. Vbi quæritẽ, quomodo postea uxorẽ habere dicatur. Tradunt Hebræi emptum ab hoc Ioseph ob nimiam pulchritudinẽ in turpe ministerium, & à domino uirilibus eius arefactis, postea electũ esse iuxta morẽ ἱεροφαντῶν in pontificatum Heliopoleos: & huius filiam esse Aseneth, quam postea Ioseph uxorem acceperit. Et adiecit: & peperit filium, & uocauit nomẽ eius Sela: hæc aũt erat in Chazbi, quãdo peperit eum. Verbũ Hebræum hic pro loci uocabulo positum est, quod Aquila pro re trãstulit, dicẽs: Et uocauit nomẽ eius Selom, & factum est, ut mentiretur in partu postq̃ genuit eum. Postq̃ enim genuit Selom, stetit partus eus. בּוְבִי Chazbi ergo non nomẽ loci, sed mendacium dicitur. Vnde & in alio loco scriptum est: Mentietur opus oliuæ, id est fructum oliua non faciet. Et consolatus Iudas ascẽdit ad eos qui tondebant oues eius, ipse & Hiras pastor eius Odollamites. Pro pastore, amicus legitur. Sed uerbum ambiguum est: quia ijsdem literis utrunq; nomen scribitur: uerũ amicus רֵעֵהוּ repastor רֹעֶה ro legitur. Et sedit ad portam ænan quæ est in transitu thamna. Sermo Hebraicus עֵינַיִם enaim transferrẽ in oculos. Nõ est igitur nomen loci: sed est sensus. Sedit in biuio, siue compito, ubi diligentius debet uiator aspicere, quod iter gradien

A gradiendi capiat. Cognouit autem Iudas, & dixit, iustior est ista, quàm egõ, eo quod non dedi eam Sela filio meo. In Hebræo habet, iustificata est ex me: non quod iusta fuerit, sed quod comparatione illius minus male fecerit, nequaquã uaga ad turpitudinem, sed liberos requirendo. Et ecce egressus est frater eius, & dixit, ut quid diuisa est pro-
15 pter te maceria? Et uocauit nomen eius phares. Pro maceria, diuisionẽ Aquila & Symmachus transtulerũt, quod Hebraice dicitur פֶּרֶץ. Ab eo igitur, quod diuiserit membra nulam secundinarũ, diuisionis nomen accepit. Vnde & pharisæi qui se quasi iustos à populo separauerant, diuisi appellabantur. Post hoc exijt frater eius, in cuius manu erat coccinum, & uocauit nomen eius Zara. Hoc nomen interpretatur oriens. Siue igitur, quia primus apparuit, siue quod plurimi iusti ex eo nati sunt, ut in libro Paralipomenon continetur, זֶרַח Zara, id est oriens appellatus est. Post uerba hæc, peccauit princeps uinariorum regis Aegypti. Vbi nos posuimus, principem uinariorũ: in Hebræo scriptum habet מַשְׁקֶה maskeh: illud uerbum, quod in nomine serui Abraham dudum legimus, quem nos possumus more uulgi uocare pincernã. Nec uile putetur officium, cum apud reges barbaros usq; hodie maximæ dignitatis sit, regi poculum porrexisse. Poetæ quoq; de catamito & Ioue scriptitant, quod amasium suũ huic officio manciparit. Et ecce uitis in conspectu meo, & in uite tres fundi, & ipsa germinans tres fundos. Tria flagella, & tres ramos, siue propagines, Hebræo sermone significat, quæ ab illis uocãtur שָׂרִיגִים sarigim. Et uidebar mihi tria canistra chondritorũ portare in capite meo. Pro tribus canistris chondritorũ, tres cophinos farinæ in Hebræo habet. Et ecce de fluuio ascendebant septem boues, speciosæ ad uidendum, & electæ carnibus & pascebantur in achi. Bis in Genesi scriptum est achi: & neq; Græcus sermo est, nec Latinus. Sed & Hebræus ipse corruptus est: dicit enim in אָחוּ Ahu hoc est in palude. Sed quia uau litera apud Hebræos, & iod similes sunt: & tantum magnitudine differunt: pro ahu, achi Septuaginta interpretes transtulerunt, & secundum consuetudinẽ suam ad exprimendam duplicem
B aspirationem, ה Hebrææ literæ, χ Græcam litteram copulauerũt. Et respondit Ioseph Pharaoni, dicens: Sine deo nõ respondebit salutare Pharaoni. In Hebræo aliter habet: Sine me deus respondebit pacem Pharaoni. Denique Symmachus more suo apertius transtulit: Non ego, sed deus respondebit pacem Pharaoni. Ecce septem anni uenient abundantiæ magnæ in omni terra Aegypti. Miror quomodo uerbum Hebraicũ שֹׂבַע faba, quod nos suprà, abundantiã siue satietatem, in puteo quem foderunt extremũ serui Isaac, interpretati sumus: nunc Septuaginta rectissime transferentes, ibi iuramentum interpretati sunt: cum & iuramentũ, & septem, & satietas, & abundxntia, prout locus & ordo flagitauerit, possit intelligi. Sed & in cõsequentibus ubicunq; abundantia legitur in Hebræo, idem uerbum scriptum habetur. Et clamauit ante eum præco, & constituit eum super omnem terram Aegypti. Pro quo Aquila transtulit: Et clamauit in conspectu eius adgeniculationẽ. Symmachus ipsum Hebraicum sermonẽ interpretans ait: Et clamauit ante eum, אַבְרֵךְ Abrech. Vnde mihi uidetur non tam præco siue adgeniculatio, quæ in salutando, uel adorando Ioseph accipi potest intelligẽda: quàm id quod Hebræi tradunt, dicentes patrem tenerũ ex hoc sermone transferri. אַב Ab, quippe dicitur pater, רַךְ rech delicatus siue tenerrimus, significante scriptura, quod iuxta prudentiam quidem pater omniũ fuerit: sed iuxta ætatem tenerrimus adolescens & puer. Et uocauit Pharao nomẽ Ioseph Zaphanath Phaanecha, & dedit ei Aseneth filiam Phutipharis sacerdotis Heliopoleos in uxorem. Licet Hebraice hoc nomen, absconditorum repertorem sonet: tamen quia ab Aegyptio ponitur, ipsius linguæ debet habere rationẽ. Interpretatur ergo sermone Aegyptio Zaphanath Phaanecha צָפְנַת פַּעְנֵחַ, siue ut Septuaginta transferre uoluerunt, λυτρωφανὴς saluator mundi, eo quod orbem terræ ab immi nente famis excidio liberarit. Notandum autem quod domini quondam & emptoris sui filiam uxorem acceperit, qui ad id locorum pontifex Heliopoleos erat. Neq; enim phas absq; eunuchis idoli illius esse antistites, ut uera illa Hebræorũ super eo quod ante iam

diximus suspicio comprobetur. Et Ioseph nati sunt duo filij antequã uenirent anni fa- c
mis, quos peperit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Vocauit autẽ Io-
seph nomen primogeniti sui Manasse: quia dixit, obliuisci me fecit deus omniũ laborum
meorum, & omnis domus patris mei. Nomen aũt secũdi uocauit Ephraim: quia creſce
re me fecit deus in terra humilitatis meæ. Obserua propter quæstionem, quæ post pau
lulum de Ioseph filijs proponenda est, quod ante famis tempus quo Iacob intrauit in Ae
gyptum duos tantũ Ioseph filios habuerit, Manassen & Ephraim, Manassen uocans ab
eo, quod sit oblitus laborum suorum: ita enim Hebraice uocatur obliuio. Ephraim, eo
quod auxerit eum deus: Et ex hoc enim uocabulo in linguam nostram transfertur aug-
mentum. Et deferte uiro munera, aliquid resinæ & mellis, & thymiama & stacten, &
terebinthum, & nuces. Siue ut Aquila & Symmachus transtulerunt, amygdala. Idcirco
hoc capitulum posuimus, ut sciamus ubi in nostris codicibus habetur thymiama, in He
bræo esse נְכֹאת nechota, quod Aquila storacẽ transtulit: ex quo domus nechota, quæ in
Esaia legitur, manifestissime cella thymiamatis, siue storacis intelligitur, quod in illa aro
mata diuersa sint condita. Et biberunt & inebriati sunt cum eo. Idioma linguæ He-
braicæ est, ut ebrietatẽ pro satietate ponat, sicut ibi: In stillicidijs eius inebriabitur germi
nans, haud dubium quin terra pluuijs irrigata. Et pone argentum uniuscuiusq; in ore 16
sacculi, & cõdy meum argenteũ mitte in sacculum iunioris. Pro sacculo, peronem uel
follem, in Hebræo habet. Pro condy, id est poculo, quod etiam in Esaia legimus, Aqui-
la, scyphum: Symmachus phialam transtulerunt. Descende ergo ad me ne steteris, &
habitabis in terra Gosen Arabiæ. Hic Arabiæ additum est: in Hebræis enim uolumini-
bus non habetur. Vnde & error increbuit, quod terra Gosen in Arabia sit. Porro si, ut
in nostris codicibus est, per extremum m, scribitur Gosem: quod mihi nequaquam pla
cet: terram signat complutam. גשׁן Gosen enim in imbrem uertitur. Dixit autem Pha-
rao ad Ioseph, dic fratribus tuis, hoc facite: onerate uehicula uestra: & ite in terram Cha-
naan. Pro uehiculis, quæ Septuaginta & Theodotion, τὰ φορεῖα interpretati sunt: iumen d
ta reliqui transtulerunt. Et dedit illis cibaria in uia. Verbum Zeda, quod hic omnes
ore cõsono, ὠνησιπολὴν, id est, cibaria uel sitarcia interpretati sunt: in psalterio quoq; ha
betur. Vbi enim nostri legunt, uiduam eius benedicens benedicam: licet in pleriſq; codi
cibus pro uidua, hoc est pro χήρων, nonnulli legunt θήρων: in Hebræo habet צֵידָה zeda,
id est, cibaria eius benedicens benedicam. Porrò θήρων uenationem magis potest sonare
quàm fruges, tametsi moris sit Aegyptiorũ θήρων etiam far uocare, quod nunc corrupte
atheram nuncupant. Omnes ergo animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob Aegyptum: &
quæ exierunt de fœmoribus eius absq; mulieribus filiorũ Iacob, animę sexaginta sex: filij
autem Ioseph qui nati sunt ei in Aegypto, animæ nouem. Omnes ergo animæ quæ in-
gressæ sunt cum Iacob Aegyptũ, septuagintaquinq;. Quod excepto Ioseph & filijs eius
sexaginta sex animæ, quæ egressæ sunt de femoribus Iacob introierunt Aegyptum, nulla
dubitatio est. Ita enim & paulatim per singulos supputatus numerus approbat: & in He
bræis uoluminibus inuenitur. Hoc autem quod in Septuaginta legimus: filij aũt Ioseph
qui nati sunt ei in Aegypto, animæ nouem: sciamus in Hebræo pro nouem, esse duas. E-
phraim quippe & Manasse, antequã Iacob intraret Aegyptum, & famis tempus ingrue-
ret, nati sunt de Aseneth filia Putipharis in Aegypto. Sed & illud quod suprà legimus: Fa
cti sunt autẽ filij Manasse, quos genuit ei concubina Syra Machir: & Machir genuit Ga-
laad: filij autẽ Ephraim fratris Manasse, Suthalaam, Ethaam: filij uero Suthalaam Edom,
additum est: si quidem id quod postea legimus, quasi per anticipationem factum esse
describitur. Neque enim illo tempore, quo ingressus est Iacob Aegyptum, eius ætatis e-
rant Ephraim & Manasse, ut filios generare potuerint. Ex quo manifestum est, omnes
animas, quæ ingressæ sunt Aegyptum de fœmoribus Iacob, fuisse septuaginta: dum se-
xaginta sex postea ingressæ sunt, & repererunt in Aegypto tres animas, Ioseph scilicet
cum duobus filijs eius, septuagesimus autem ipse fuerit Iacob. Hanc rem ne uideamur
aduersum

A aduersum scripturæ autoritatẽ loqui, etiam Septuaginta interpretes in Deuteronomio
transtulerunt: quod in septuaginta animabus ingressus est Iacob in Aegyptũ. Si quis igi
tur nostræ sententię refragatur, scripturam inter se contrariã faciet. Ipsi enim Septuagin
ta interpretes, qui hic septuaginta quinque animas per πρόνμφιν, cum Ioseph & posteris
suis Aegyptũ ingressãs esse dixerunt, in Deuteronomio septuaginta tantum intrasse me
morant. Quod si ecõtrario nobis id opponitur, quomodo in actibus apostolorum, in
concione Stephani dicatur ad populum, septuagintaquinq; animas ingressãs esse Aegy
ptum, facilis excusatio est. Nõ enim debuit sanctus Lucas qui ipsius historię scriptor est,
in gentes actuum apostolorum uolumen emittens, cõtrarium aliquid scribere aduersus
eam scripturam, quæ iam fuerat gentibus diuulgata. Et utiq; maioris opinionis illo dun
taxat tempore Septuaginta interpretũ habebatur autoritas, quàm Lucæ qui ignotus &
uilis, & non magnæ fidei in nationibus ducebatur. Hoc autem generaliter obseruandũ,
quod ubicunq; sancti apostoli, aut apostolici uiri loquuntur ad populos, his plerunque
testimonijs abutunt, quæ iam fuerant in gentibus diuulgata: licet pleriq; tradant Lucam
euangelistam, ut proselytum Hebræas literas ignorasse. Iudam uero misit ante se ad Io
seph, ut occurreret ei ad urbem Heroum in terram Ramesse. In Hebræo nec urbem ha
bet Heroum, nec terram Ramesse, sed tantummodo Gosen. Nonnulli Iudæorum asse-
runt, Gosen nunc Thebaidẽ uocari. Et id quod postea sequitur: dedit eis ut possiderent
Aegypti optimam terram in Ramesse, pagum Arsenoiten sic olim uocatum autumant.
Et dixit ei, iura ergo mihi. Et iurauit ei: & adorauit Israel cõtra summitatẽ uirgæ eius. Et
in hoc loco quidam frustra simulant adorasse Iacob summitatẽ sceptri Ioseph, quod ui-
delicet honorans filium, potestatẽ eius adorauerit, cum in Hebræo multo aliter legatur.
17 Et adorauit, inquit, Israel ad caput lectuli: quod scilicet postquã ei iurauerat filius, secu-
rus de petitione quã rogauerat, adorauerit deum contra caput lectuli sui. Sanctus quip-
pe & deo deditus uir, oppressus senectute, sic habebat lectulum positum, ut ipse iacentis
B habitus absq; difficultate ulla ad orationem esset paratus. Et nunciatũ est Ioseph: Ecce
pater tuus ægrotat: & tulit duos filios secum, Manassen & Ephraim. Et ex hoc loco illud
quod suprà diximus demonstratur, quia Ioseph ad id locorũ duos tantum filios habue-
rit, Ephraim & Manasse. Si enim post multos annos moriente Iacob patre suo, duos tan
tummodo filios duxit ad benedictionem: utiq; illo tempore cum filij eius generare non
quiuerant, paruuli atq; lactantes, in egressu patris & fratrum, nepotes ex eis habere non
potuit. Et confortatus Israel, sedit super lectulum. Causam cur Septuaginta interpre
tes idem uerbum aliter & aliter ediderint, nescio: hoc unum audacter dico: quod ipsum
uerbum מִטָּה mitta, quod hic in lectulum transtulerunt: suprà ubi diximus, adorasse Ia-
cob, uirgã potius quàm lectulũ nominauerunt. Et nunc ecce duo filij tui qui nati sunt
tibi in terra Aegypti antequã uenirem ad te in Aegypto mei sunt: Ephraim & Manasse,
quasi Ruben & quasi Simeon erunt mihi. Quos autẽ generaueris post hæc tui erunt. In
nomine fratrũ suorũ uocabuntur. Si quis ambigebat, quod septuaginta animæ introis-
sent Aegyptum filiorũ Israel: & quod Ioseph eo tempore, quo ingressus est Iacob, non
nouem, sed duos tantũ filios habuerit, præsenti capitulo confirmatur. Siquidem ipse Ia-
cob loquitur, duos eum filios habuisse non nouem. Quod autem dicit, Ephraim & Ma-
nasse, sicut Ruben & Simeon erũt mihi, illud significat: Sicut Ruben & Simeon duæ tri
bus erunt, & ex suis uocabulis appellabuntur: sic Ephraim & Manasse duę tribus erunt,
duosq; populos procreabũt: & sic hæreditabunt repromissionis terrã, sicut & filij mei.
Reliquos aũt, ait, filios quos post mortẽ meam genueris, ostendens necdum illõ tempo
re procreatos, tui erunt. In nomine fratrum suorũ uocabũtur in hæreditatẽ suam. Non,
inquit, accipient separatim terram, nec funiculos proprios habebunt, ut reliquæ tribus:
sed in tribubus Ephraim & Manasse, quasi appendices populi cõmiscebuntur. Et ego
dedi tibi Sicimam præcipuam super fratres tuos, quam accepi de manibus Amorræorũ
in gladio meo & sagitta. Sicima, iuxta Græcam & Latinam consuetudinẽ declinata est.

Alioquin

Alioquin Hebraice Sichem dicitur: ut Ioānes quoq; euangelista testatur: licet uitiose ut Sichar legatur, error inoleuit: & est nunc Neapolis urbs Samaritanorū. Quia igitur Sichem lingua Hebræa transfertur in humerum, pulchre allusit ad nomen, dicens: Et ego dabo tibi humerum unum. Pro præcipuo enim, id est, ἐξαίρετον, unum scribitur in Hebræo. Quod aūt dicit se eam in arcu & gladio possedisse: Arcum hic & gladium, iusticiā uocat, per quam meruit peregrinus & aduena, interfecto Sichem & Emor de periculo liberari. Timuit enim, ut supra legimus, ne uicina oppida atq; castella, ob euersionē fœderatæ urbis aduersus se consurgerent: & dominus nō dedit eis ut nocerent illi. Vel certe sic intelligendū: dabo tibi Sicimā quam emi in fortitudine mea: hoc est in pecunia quam multo labore & sudore acquisiui. Quod autē ait: Super fratres tuos, ostendit absq; sorte dedisse eam tribui Ioseph: Siquidē eodem loco sepultus est Ioseph: & mausoleū eius ibi hodieq; cernitur. Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea & principiū filiorum meorum: durus ad ferendū, & durus proçacitate iniuria, sicut aqua nō ebullias. Ascendisti enim super lectulū patris tui, & tunc uiolasti stratū meū cum ascendisti. In Hebræo ita scriptū est. Ruben primogenitus meus fortitudo mea, & capitulū in liberis meis. Maior ad portandū & maior robore: Effusus es sicut aqua, ne adijcias. Ascendisti em̄ cubile patris tui & contaminasti stratū in ascensu. Est aūt sensus hic. Tu es primogenitus meus maior in liberis: & sedebas iuxta ordinē natiuitatis tuæ: & hæreditatē, quæ primogenitis iure debebatur, sacerdotiū scilicet & regnū accipere: hoc quippe in portando onere & prævalido robore demonstrat. Verū quia peccasti, & quasi aqua quæ uasculo nō tenet, uoluptatis effusus es impetu: idcirco præcipio tibi, ut ultra nō pecces: sisq; in fratrū numero, pœnā ex peccato luens, quod primogeniti ordinē perdidisti. Simeon & Leui fratres consummauerūt iniquitatē adinuentionis suæ: in consiliū eorum non ueniat anima mea: & in cōgregatione eorū non æmuletur iecur meū: quia in furore suo interfecerūt homines, & in desiderio suo subneruauerūt taurum. Necessitate cōpellimur iuxta propositū operis longius ea repetere, quæ ab Hebraica ueritate discordāt. Legitur enim ibi: Simeon & Leui fratres, uasa iniquitatis arma eorū. In arcanū eorū ne intret anima mea: & in conuentu eorū ne dissoluatur gloria mea: quia in furore suo interfecerunt uirum: & in libidine sua suffoderūt murum. Significat aūt non sui consilij fuisse, quod Sichem & Emor fœderatos uiros interfecerint: contraq; ius pacis & amicitiarū, sanguinē fuderint innocentē: & quasi quodā furore, sic crudelitate rapti, muros hospitæ urbis euerterint. Vnde sequitur & dicit: Maledictus furor eorū, quia procax: & ira eorū, quia dura: diuidam eos in Iacob, & dispergā eos in Israel. Leui enim hæreditatē propriā non accepit, sed in omnibus sceptris, paucas urbes ad habitandū habuit. De Simeon uero, in libro Iesu scriptū est: quod & ipse proprium funiculū non fuerit consecutus, sed de tribu Iuda quiddam acceperit. In Paralipomenis autē manifestius scribitur: quod cum multiplicatus fuisset, & nō haberet possessionis locum, exierit in desertū. Quidam prophetice interfectos homines, apostolos: & subneruatū taurū à pharisæis, Christum interpretantur. Iuda te laudabunt fratres tui. Quia Iuda, confessio siue laus interpretatur: consequenter scribitur: Iuda tibi confitebunt̄ fratres tui: uel te laudabunt fratres tui. Adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, ex germine fili mi ascendisti: procūbens ut leo & quasi catulus leonis. Quis suscitabit eum? Licet de Christo grande mysterium sit, tamen iuxta literā prophetatur, quod reges ex Iuda per Dauid stirpem generent̄, & quod adorent eū omnes tribus. Nō enim ait, filij matris tuæ, sed filij patris tui. Et quod sequitur, ex germine fili mi: in Hebræo habet, de captiuitate fili mi ascendisti: ut ostenderet eū captiuos populos esse ducturū. Et iuxta intelligentiam sacratiorē, ascendisse in altum, & captiuam duxisse captiuitatē. Siue quod melius puto: captiuitas, passionem: ascensus, resurrectionē signat. Alligans ad uitem pullum suum, & funiculo pullum asinæ. In Hebræo ita habet: Alligans ad uitem pullū suum, & in Sorek fili mi asinā suam, quod uidelicet pullum asinę, cui superscdit Iesus, hoc est, gentiliū populum, uineæ apostolorū, qui ex

A ex Iudęis sunt, copulauerit. Et ad Sorek, id est, electā uitem, alligauerit asinam cui supersedit, ecclesiam ex nationibus congregatā. Quod autem dicit, fili mi, Apostrophen ad ipsum Iudam facit: quod Christus sit hæc uniuersa facturus. Sed & hoc sciendū quod ubi nos legimus: Alligans ad uitem pullū suum, pro pullo in Hebræo possit legi, urbem suam, iuxta eundē sensum alijs uerbis ecclesia demonstrata, de qua alibi scriptum est: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Et, fluminis impetus lætificat ciuitatē dei.

Issachar bonum desiderauit: requiescens inter medios cleros: & uidens requiem, quia bona est: & terram, quia pinguis: supposuit humerū suum ad laborandum: & factus est uir agricola. In Hebræo ita scriptum est: Issachar asinus osseus recumbens in terminis, & uidens requiem, quia bona est: & terram, quia pulchra est: inclinauit humerum suum ad portandum: & factus est in tributum seruiens. Quia supra de Zabulon dixerat, quod maris magni esset littora possessurus, Sidonē quoq; & reliquas Phœnices urbes contingeret: nunc ad mediterraneā prouinciam redit, & Issachar quia iuxta Neptalim pulcherrimam in Galilæa regionē possessurus est, benedictione sua habitatorē facit. Asinum autem osseum uocat, & humerū ad portandum deditū: quia in labore terræ, & uehendis ad mare oneribus, quæ in suis finibus nascebantur, plurimū laboraret, regibus quoq; tributa comportans. Aiunt Hebræi per Metaphorā significari, quod scripturas sanctas die ac nocte meditans, studium suum dederit ad laborandum: & ideo ei omnes tribus seruiunt, quasi magistro dona portantes. Dan iudicabit populū suum, sicut unum de sceptris Israel. Fiat Dan coluber in uia, regulus in semita mordens ungulas equi, & cadet ascensor eius retrorsum: saluatorē tuum expectabo domine. Sampson iudex Israel, de tribu Dan fuit. Hoc ergo dicit: Nunc uidens in spiritu comā nutrire Samson Nazareū tuum, cęsis hostibus triumphare, quod in similitudinē colubri reguliq; obsidentis uias, nullum per terrā Israel transire permittat: sed etiam si quis temerarius uirtute sua, quasi equi uelocitate confisus, eam uoluerit prædonis more populari, effugere non ualebit.

B Totum autē per Metaphorā serpentis & equitis loquitur. Videns ergo tam fortem Nazareum tuum, quod & ipse propter meretricē mortuus est: & moriens, nostros occidit inimicos: putaui ò deus ipsum esse Christū filium tuū: uerum quia mortuus est, & nō resurrexit, & rursus captiuus ductus est Israel, alius mihi saluator mundi, & mei generis præstolandus est: ut ueniat cui repositū est, & ipse erit expectatio gentiū. Gad latrunculus latrocinabit̄ eū: & ipse latrocinabit̄ plantā. Iuxta Hebræū interpretati sumus. Sed ubi nos latrunculū posuimus, ibi scriptū est גדוד gedud: ut ad Gad nomē alluderet: qui significantius εὔζωνος, id est, accinctus siue expeditus exprimi potest. Totum aūt illud est, quod ante Ruben dimidiā tribum Manasse ad filios, quos trans Iordanē in possessione dimiserat, post quatuordecim annos reuertens prælium aduersum eos gentiū uicinarū grande repererit: & uictis hostibus, fortiter dimicarit. Lege librū Iesu Naue & Paralipomenon. Nō ignoro plura in benedictionibus patriarcharū esse mysteria, sed ad præsens opusculum nō pertinet. Nephthalim uirgultum resolutū, dans in generatione pulchritudinem. In Hebræo ita scriptū est: Nephthalim ager irriguus, dans eloquia pulchritudinis: signans quod aquæ calidæ in ipsa nascantur tribu: siue quod super lacū Genesareth, & fluento Iordanis irrigua sit. Hebræi aūt uolunt propter Tiberiadem, quæ legis uidebatur habere notitiam, agrum irriguū, & eloquia pulchritudinis prophetari. Porrò ubi nos agrum irriguū, & Septuaginta σέλεχος ἀνεμμένον, id est, uirgultum resolutum posuerunt: in Hebræo legitur אַיָּלָה שְׁלֻחָה aiala seluha: quod potest & ceruus emissus transferri, propter temporaneas fruges, uelocitatē terræ uberioris ostendens. Sed melius si ad doctrinam saluatoris cuncta referamus, quod ibi uel maxime docuerit: ut in euangelio quoq; scriptum est. Filius auctus Ioseph, filius auctus, super fontē filiæ, gradu composito incedentes super murum. Et exacerbauerunt eum & contenderunt: & irascebantur aduersus eum habētes sagittas. Sedit in forti arcus eius, & dirupta sunt uincula manuum eius. à manibus fortis Iacob: inde pascetur lapis Israel à deo patris tui, & reliqua. Quia Septuaginta

ptuaginta interpretes in plerisq; dissentiunt, pro interpretatione eorum, ut in Hebræo habetur, expressimus. Et est sensus capituli: O Ioseph qui ideo sic uocaris, quia adauxit te mihi deus: siue quia inter fratres tuos maior futurus es: fortissima siquidē fuit tribus Ephraim: ut in Regnorū & Paralipomenon libris legimus. O inquam fili mi Ioseph, qui tam pulcher es, ut te tota de muris & turribus ac fenestris puellarum Aegypti turba prospectet, inuiderunt tibi, & te ad iracundiā prouocauerunt fratres tui: habentes liuoris sagittas, & zeli iaculis uulnerati. Verum tu arcum tuū & arma pugnandi posuisti in deo, qui fortis est propugnator: & uincula tua quibus te fratres ligauerūt, ab ipso soluta sunt & dirupta, ut ex tuo semine, tribus nascatur Ephraim, fortis & stabilis, & instar lapidis durioris inuicta. Imperans quoq; decem tribubus Israel. Beniamin lupus rapax, mane comedet adhuc, & ad uesperam dabit escam. Quanquā de Paulo Apostolo manifestissima prophetia sit: quod in adolescentia sua persecutus ecclesiam, in senectute prędicator euangelij fuerit: tamen in Hebræo sic legitur: Beniamin lupus rapax, siue capiens, in matutino comedet prædam, & ad uesperam diuidet spolia. Quod ita Hebræi edisserunt: Altare in quo immolabantur hostiæ, & uictimarum sanguis ad basem illius fundebatur, in parte Beniamin fuit. Hoc, inquiūt, ergo significat, quod sacerdotes mane immolant hostias & ad uesperam diuidunt ea quæ sibi à populo ex lege collata sunt: lupum sanguinarium, lupum uoracem super altaris interpretatione ponentes: & spoliorum diuisionem super sacerdotibus: qui seruientes altari, uiuunt de altari.

DES. ERASMI ROTERODAMI THEOLOGI IN QVAESTIONES seu traditiones Hebraicas Geneseos scholia.

C Ogor prius.] Id queritur in prologo Andriæ. Non qui argumentum narret, &c. Rex oratorum.] Testatur ipse Cicero, quod rex fori dictus fuerit, idq; inuidiose, quod nemo uinceret, nisi illo uolente. Repetundarum accusatur.] Quod sua pleraq; à Græcorum libris sit mutuatus. Si quis tamen hæc quoq;.] Retulit carmen Maronis ex Georgicis: Si quis tamen hæc quoq;, si quis Captus amore leget. Necnon Hilarius.] In commentario psalmi secundi, quo probet incertitudinem Hebraici sermonis, hunc adducit locum. Bresith apud Hebræos tria significare, in capite, in principio, in filio. Scriptum est ferebatur.] Græcis est ἐπεφέρετο, id est, superferebatur. Secundum uarietatem accentus.] De uarietate accentus parum liquet, uerum eandem differentiā animaduertere licet in Ismuth, Ismael & Israelita. Et Theodotio maledicta Adam.] Nam is usus est uoce Hebraica, Græce loquens in hunc modum ἐπικατάρατος ἡ ἀδὰμ ἐν τῇ παραβάσει σου, μετὰ μόχθου φάγῃ αὐτὸ. Tantum addito articulo distinxit Adam terram, ab Adam homine. Et dixit Cain ad Abel frat.] Et in hac editione qua nunc utitur ecclesia, legimus: Egrediamur foras. Quam particulam Hieronymus ait redundare. Ex quo conijci licet, nec hanc esse pure Hieronymianam, sed alicuius studio deprauatam. Omnis qui occiderit Cain septem uindictas.] ἑπτάτιμωρίας, id est septem pœnas, siue septem ultiones. Aquila septempliciter, ἑπτάπτοσίως. Theodotion, per hebdomadem ἑβδομάδι ἑπτὰ δώσει, id est, septenarij pœnam dabit. Fluctuans & instabilis.] Ἀλυσυόμενος καὶ ἀκατάστατος. Videntes filij Heloim filias potentum.] Symmachus enim uertit, ἰσχυροδύναστων. Aquila, τῶν ἐθνῶν, id est, gentium. Viri nominati.] οἱ ὀνόμαστοι, quasi dicas magni nominis. Pro cadentibus.] Sic enim Aquila, οἱ ὑπιπίπτοντες, incidentes siue irruentes: uiolentos Symmachus, nempe βιαίους. Meridianum facies arcæ.] Sic enim transtulit Aquila, μεσημβρινὸν, ἀλαφυρὸς.] Quod magis sonat pellucidum quàm dilucidum. ὠιμπῆλαι ἀλήκτου.] id est, quin tam linguæ speciem. κτησιφῶν.] Huius & Stephanus meminit. Vnde Ctesiphontij. Quæ nunc Callirrhoe.] Quod pulchre fluat καλλιρρόη dicta Græcis. Cognomento Iescha ἀνώνυμος.] id est, binominem.

Ex capite decimotertio.

Et uiri Sodomorū mali.] Si in conspectu dei, superflue additum est ab interpretibus, ut ait Hieronymus, nec habetur apud Hebræos, manifestum est, hanc editionem qua utimur, non esse pure eam quam Diuus Hieronymus nobis tradidit ex Hebraica ueritate. Nam similia multa comperiuntur in hac translatione, quæ non conueniunt cum fontibus Hebræorum: siue quod ipse Hieronymus admiscuit & aliorum editiones, & à Chaldæis nonnulla desumpsit: siue quod loca quædam ecclesia in Hieronymiana uersione mutauit: siue quod scioli priuata autoritate ausi sunt mutare scripturam, de quorum numero fortassis hoc est quod hic notat, atque etiam uelut redundans damnat in Septuaginta, in conspectu dei, siue, coram domino. Nisi forte Hieronymus post editum opus Quæstionum Hebraicarum mutauit sententiam. Nam ratio quam adfert, non est magni momenti. Si-

ti. Siquidem dicuntur mali coram domino, quod illorum iniquitas ad cœlum usque penetrasset, ut iam deo quoque essent intolerabiles. Vitulam conternantem.] Pro quo plerique deprauauerant consternantem. Nam Græce est τριετίζουσαν, quasi dicas, triennizantem, hoc est accedentem ad trimatum.

Ex capite quintodecimo.

καταφορά.] Quam uertere possis degrauationem seu depressionem.

Ex capite decimooctauo.

ἀνθρωποπαθῶς.] Id est, humano affectu. Imitatur enim angelus affectum hominis, quasi mors sola possit obsistere, quo minus redeat ad diem promissum.

Ex capite decimonono.

Appungunt desuper.] Addunt desuper significantes id diuinitus factum, ut Lot nō sentiret concubitum. Verum nec hoc uerbum habetur in nostra editione.

Ex capite uigesimoprimo.

Ludentem cum filio suo.] Græcorum cōmentarij notant uerbum ludendi, in literis diuinis non nunquā accipi pro pugnare, ut libro Regum primo. Ludant pueri coram nobis. Per Prolepsim.] Id est, per occupationem siue anticipationem, cum ante tempus prævenientes aliquid usurpamus. Veluti si rex dicatur filius regis, patri successurus.

Ex capite uigesimosecundo.

Filium tuum unigenitum.] Aquila uertit, τὸν μονογενῆ, id est, solitarium siue unicum. Symmachus, τὸν μόνον σου, id est, unicū tuum. συχνιὰ.] Vox à densitate dicta Græcis, quibus συχνὸν densum est.

Ex capite uigesimoquarto.

Vt loqueretur in agro.] Et ob id Aquila uertit, ὁμιλῆσαι ἐν χώρᾳ, id est, ad colloquendum in regione.

Ex capite uigesimoquinto.

Troglodytarum.] Regio Troglodytarum inde dicta, quod in antris & cauernis habitent. Et Βαλαάμ, felix, seu fortunata.

Ex capite trigesimo.

Vnde & Aquila ait.] καὶ συναναστραφῶ τῇ ἀδελφῇ μου, quod ita uertas licebit, & conuersata sum simul cum sorore mea. Interpretati sunt, diliget me.] ἀγαπᾷ, hoc est, expetet. Vnde puto scriptum fuisse, deliget me, non diliget. Quam significantius Græci, φιλῶ uocant.] Nam causa Latinis anceps est nomen, respondens tribus Græcis, ἀγάπη, λόγῳ, & φίλῳ. At φίλῳ proprie causa est, quæ apud iudices agitur. Quod ad sensum non pertinet, transtulerunt.] Sic autem legimus in commentarijs Græcorum uertisse Septuaginta. ἐγένετο δὲ τὰ ἄσημα τῷ λαβάν, τὰ δὲ ἐπίσημα τῷ ἰακώβ, id est, & facta sunt non insignia Laban, insignia uero Iacob.

Ex capite trigesimoprimo.

Septuaginta interpretes posuerunt decem agnis.] Sic enim reperimus apud Græcos, τῶν δέκα ἀρνῶν. Cæterum Aquila & Symmachus consentiunt cum Hieronymo, quorū prior ita uertit, καὶ ἤλλαξε τὸν μίσθωσίν μου δέκα ἀριθμούς. Posterior, καὶ ἤλλαξε τὸν μισθόν μου δεκάκις ἀριθμῶ. Admonent Græcorum commentaria, apud Syros & Hebræos, decies, poni pro sæpenumero, quemadmodum apud Latinos, milies & sexcenties. Aquila, μορφώματα.] Explicat hunc locum in epistola quadam huius tomi.

Ex capite trigesimosecundo.

In Græcis & Latinis codicibus continetur.] Quid scriptū fuerit in Latinis, parum liquet. In Græcis autem cōmentarijs sic reperimus, ἱκανώθω μοι ἐκ πάσης δικαιοσύνης καὶ ἐκ πάσης ἀληθείας, ἧς ἐποίησας τῷ παιδί σου. id est, sufficiat mihi de omni iusticia, & de omni ueritate quam fecisti seruo tuo. Quare interpretatur Aquila, ὅτι ἤρξω μετὰ θεοῦ.] Id est, quoniam regnasti cum deo. Symmachus, ὅτι ἤρξω ἰσχύι πρὸς τὸν θεόν.] Id est, quoniam regnasti robore aduersus deum. Septuaginta & Theodotion, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ θεοῦ.] Id est, quoniam inualuisti cum deo. Siue directus dei, hoc est, εὐθύτατος θεοῦ.] Quasi dicas, rectissimus dei.

Ex capite trigesimotertio.

Aquila posuit, ἡμίσυσον, id est, dimidiauit.] Ita legimus in Græcorum commentarijs.

Ex capite trigesimoquarto.

Aquila interpretatus est, ἀπερισμένους.] Ab ἀπαρτίζω, perficio. Nam id uerbi reperitur in scriptis codicibus, Septuaginta transtulerunt, εἰρηνικοί, id est, pacati siue pacifici. Quanquam Latina lingua uix habet, quo Græcam exprimat uocem. Nam pacifici dicuntur εἰρηνοποιοί: sed εἰρηνικοὶ sunt qui non moliuntur bellum. Quod in Græcis legitur, ἀσφαλῶς, id est, diligenter.] Sic enim aliquoties uersum comperimus in euangelijs. Cæterum magis sonat, tuto, ut consentiat cum Græca uoce.

Ex capite trigesimoquinto. C

Et factum est καθ' ὁδὸν Φλγᾶς.] Id est, iuxta uiam terræ. Pro quo Septuaginta, ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ πε- 14
δίου. Septuaginta, campum habent.] τὸ πεδίον, id est, planiciem siue campum. Ipse est Anan qui inuenit, σὺ εἶς συμεάμ.] Id est, cum Simim. Et Symmachus similiter.] οὗτος ἔδειξέ σοι ἀνὰ ὃς εὗρε αὐτοὺς συμεάμ, hic est Anan, qui reperit illos Simim. Nam articulus additus, indicat multitudinem. Aequaliter transtulerunt, τὸν ιαμείν.] Id est, ipsum Iamin. Articulus Græcus indicat numerum unicum. Addunt Græci interpretes, apud Hebræos ac Syros, ιαμείν sonare πηγήν, id est, fontem. Apud Hebræos ἀμμαΐμ sonare aquam, quod tamen Diodorus negat inueniri.

Ex capite trigesimoseptimo.

Scriptura commemorat, μαγειρεύειν.] Μάγειρος cocus, unde μαγειρεύειν, mactare, quod ab his occidantur coquendæ pecudes. Iuxta morem hierophantarum.] ἱεροφάνται dicebantur, qui sacris cibis uescebantur, & sacris ministrabant. Apud nos ædituí dicuntur.

Ex capite trigesimooctauo.

Pro materia diuisionem.] Nempe διακοπὴν & διαίρεσιν. Et maceria legendum est, non materia, 15
cum Græce sit φραγμός. Princeps uinariorum.] Quod Græcis composita uoce dicitur ἀρχιοινοχόος, id est, princeps pocillatorum.

Ex capite quadragesimo.

Tria canistra Chondritorum.] Condritis Græcis est similia, hoc est, farina purgatissima. Meminit eius uerbi Suidas. Nam Septuaginta uerterunt ad hunc modum, καὶ ὤμην τρία κανᾶ χονδριτῶν ἄρασθαι με, id est, & uidebar mihi tria canistra similæ portare. Aquila sic, τρεῖς κοφίνους γύρεως. Symmachus sic, τρία κανᾶ βάϊνα.

Ex capite quadragesimoprimo.

Ahu, hoc est, in palude.] Ita uertit Aquila & Symmachus, ἐν τῷ ἕλει.

Ex capite quadragesimoquarto.

Condy meum.] Apparet condy uerbum Hebraicum, aut certe Aegyptium, esse poculi genus 16
apud illos.

Ex capite quadragesimoquinto.

Et Septuaginta & Theodotion τὰ φορεῖα.] Id est, fercula, siue uehicula, à uerbo φέρειν, id est, por- D
tare. Sic enim illi uerterunt, χαμίζαι τὰ φορεῖα ὑμῶν. Iumenta.] ὑποζύγια est Græce, atq; hoc uerbo, ueteres non animal significabant quod tergo ueheret, sed plaustrum equis aut bubus iunctum ut indicat & Aulus Gellius.

Ex capite quadragesimoseptimo.

Ad caput lectuli.] Quod Aquila uertit ad hunc modum, ἐπὶ τῷ ἄκρῳ Φ κλίνης, id est, in summa parte lecti. Symmachus sic, ἐπὶ κεφαλῆς Φ κλίνης, id est, in capite lecti. At in nostra editione, quo clarior esset sensus, nonnihil addidit Hieronymus, uertens ad hunc modum. Quo iurante, adorauit Israel dominum, conuersus ad lectuli caput. In Hebræorum uoluminibus ita legitur, עַל רֹאשׁ חַמִּטָּה

QVAESTIONES SEV TRADITIONES HEBRAICAE IN libros Regum, parum liquet quo autore, nisi quod probabile est, quædam ex Hieronymi commentarijs, quos in præfatione pollicetur, per studiosum quempiam decerpta.

IVit uir unus de Ramathaim Zophtim de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Elihu, filij Thohu, filij Suph Ephratæus. Ramathaim interpretatur, duo excelsa. Et hæc duo excelsa, duæ intelliguntur tribus: regalis uidelicet, & sacerdotalis. Quod pater Elcanæ de tribu fuerit Leui liber Paralipomenon plenissime docet: in quo series genealogiæ illius usque ad Leui perducitur. Matrem quoque eius de tribu Iuda extitisse monstratur, in eo quod Ephratæus uocatur. Ephratæus ab Ephrata uxore Caleb, quam constat de tribu Iuda fuisse dictus est. Et si quem mouet quod ab Ephraim, non ab Ephrata Ephratæus uocetur: uideat in subsequentibus, qualiter Dauid filius uiri Ephratæi uocetur: cum liquido pateat eundem Isai non de Ephraim, sed de tribu Iuda extitisse: & probet eundem Elcana Ephratæum ab Ephrata, non ab Ephraim dici. Zophim

A phim, speculatores interpretantur. Speculatores hic prophetæ intelliguntur: quorũ filius Elcana fuit. De monte Ephraim. De monte uero Ephraim fuisse dicit, quia ibi erat eius habitatio. Intra cunctas nanq; tribus, habitationẽ leuitarum fuisse non dubium est.

Et ascendebat uir ille de ciuitate sua statutis diebus. Tribus festiuitatibus, paschæ uidelicet, & pentecostes, & solennitate tabernaculorũ ascendebat in domũ domini. Deditq; Phenennæ uxori suæ & cunctis filijs eius & filiabus partes. Hæ partes, uestes intel liguntur, quæ in ijsdem tribus festiuitatibus iuxta morẽ illius gentis, uxoribus & liberis, ac famulis tribuebantur. Annæ autẽ dedit partem unam tristi. In Hebræo ita legitur, Annæ aũt dedit partem unam duplicem, quia Annam diligebat. Ne reputes ancillam tuam quasi unam ex filiabus Belial: quia ex multitudine mœroris & doloris mei locuta sum usq; ad præsens. Belial interpretatur, absq; iugo. Et notandũ quod omnes qui ebrietatem sectantur, filij Belial uocentur. Et adduxit eum secum postquã ablactauerat in uitulis tribus, & tribus modijs farinæ, & amphora uini, & adduxit eum in domũ domini in silo. In Hebræo, nõ tribus modijs farinæ, sed modio farinæ legitur, quem locũ apud Latinos scriptorũ uitio cõstat esse deprauatũ. Si enim cum uitulis tribus, tres modios farinæ obtulit, contra prẽceptũ legis fecit. In lege enim ita præcipitur, Mensis septimi prima dies uenerabilis & sancta erit uobis. Omne opus seruile nõ facietis, dies clangoris est & tubarũ, offeretisq; holocaustũ in odorem suauissimũ domino: uitulum de armento unum, arietẽ unum, agnos anniculos immaculatos septem, & in sacrificijs eorũ similæ oleo conspersæ. Tres decimas per singulos uitulos, duas decimas per arietem, unam decimã per agnum. Hẽc uero decima, decima pars erat Ephi. Vnde datur intelligi quod Elcana nõ obtulerit tres modios farinæ cum tribus uitulis, sed nouem decimas: quibus secundum Hebraicã mensurã, unus efficitur ephi. Exultauit cor meum in domino, & exaltatũ est cornu meum in domino. Cornu, filium uocat, quia quando sine filio erat, absq; cornu uidebat̃ sibi esse. Recedant uetera de ore uestro. In Hebræo ita habet̃: Exe-
B ant uetera. Et est sensus, Exeant humilia de ore uestro, de quo antea grandia & superba exibant. Quibus uerbis Phenennã, & filios eius increpat, quæ ob fœcunditatẽ sibi concessam, cõtra Annam eleuabatur. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Arcus Aegyptiorũ, id est fortitudo & potentia, superata est, & infirmi scilicet Israelitæ cõfortati sunt. Aliter, Arcus, id est, superbia & fortitudo Phenennæ, qua in filijs gloriabat̃, superata est: & Anna quæ ob sterilitatẽ infirma erat, accincta est robore filiorum. Donec sterilis peperit plurimos, & quę multos habebat filios, infirmata est. In Hebræo & in Septuaginta translatione, non plurimi, sed septem legunt̃. Iudæi hunc locum ita intelligunt: quod nato Samuele, mortuus sit filius primogenitus Phenennæ, mortui sint & alij filij. Sed quęrendũ est, quomodo hoc stare possit cum Phenenna, septem: Anna aũt non nisi quinq; filios habuerit: Quam quæstionem Hebræi soluentes, duos filios Samuelis cum filijs Annæ annumerant. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. In Hebræo ita habet̃, Domini enim sunt afflicti terræ. Afflictos terrę, Hebræi pauperes spiritu & humiles corde intelligunt, super quos dominũ orbem posuisse dicunt, quia eorum meritis terram stare autumant. Dominũ formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cœlis tonabit. Super aduersarios suns dominus in cœlis tonabit, sicut est illud in libro Iosue, Cumq; fugerent à facie Israel, & essent in descensu Bethoron, dñs misit super eos lapides magnos de cœlo usq; Azecha: & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, q̃ quos gladio percusserant filij Israel. Eli aũt senex erat ualde, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui uniuerso Israeli, & quomodo dormiebãt cum mulieribus, quæ obseruabãt ad ostium tabernaculi. Dormisse eos dicunt Hebræi cum mulieribus: eo quod post menstrui tempus aut partus non impleto (secundum legis præceptum) sacrificio suadebant eas ad uiros suos redire, eisq; cõmisceri. Et dormire ideo dicuntur: quia eas dormire cum bona fama uiris suis, contra præceptum legis faciebant. Vnde idem Eli, post paululũ ait, Non est enim bona fama quã ego audio, ut transgredi

faciatis populum domini. Transgressionem ergo populus faciebat, quia sacrificio non c
rite peracto, uxoribus suis iungebantur. Sicut enim ui extorquebãt carnes ab immolante: ita etiam extorquebant sacrificiũ ab offerente. Et idcirco sicut in auferẽdis carnibus, faciebant homines detrahere sacrificio domini: ita quoq; nihilominus in coniungendis uxoribus transgredi faciebant populũ domini. Si peccauerit uir in uirum, placari potest ei deus: quia placato sibi uiro in quem peccauit, placabilem sibi facit deum, cui in uiro peccauit. Si autem in deum peccauerit uir, quis orabit pro eo? Non ergo eo modo in uirum, quo in deum peccatur, Quia in uirum peccare, peccatũ qualecunq; est, leuiorq; remissio. In deum uero peccare, id est ab eius cultu recedere, impietatis peccatũ est, difficiliorq; remissio. Et quoniã cum in uirum quis peccat, placato sibi uiro, facit sibi deum placabilem. In deum aũt cum quis peccat, quis orabit pro eo? Ac si dicatur, Per quem, deum sibi in quem peccauit, propiciũ facere poterit? Venit autem uir dei ad Eli, & dixit ad eũ. Hæc dicit dominus, Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cum esset in Aegypto in domo Pharaonis, & elegi eum ex omnibus tribubus Israel, mihi in sacerdotem, & cætera. Hunc uirum dei, Iudæi Phinees dicunt: quẽ & Eliam autumant. Reuelatus uero dominus fuisse dicitur domui patris eius, id est, Aarõ: in eo loco ubi ait, Dixit enim dominus ad Aaron. Vade in occursum Moysi in deserto, & cętera. Et in hoc loco primum dominus ei reuelatus dicitur. In sacerdotẽ uero electus est ex omnibus tribubus Israel: sicut habes in Ele Smoth & in Vaiekra. Quod uero ait, Venit uir dei ad Eli, & cætera quæ sequuntur, ante tempus Elcanæ dicta fuisse arbitrantur: sed hic ob gloriam Samuelis interposita dicuntur. Ecce dies uenient, & præcidã brachium tuum, & brachiũ domus patris tui. Brachium arcam uocat, & dignitatẽ sacerdotij: ut nõ sit senex in domo tua. Senem, sacerdotẽ magnum dicit. Et uidebis æmulum tuum in templo in uniuersis prosperis Israel. Aemulus domus Eli, Sadoch sacerdos extitit: qui electo Abiathar, à Salomone sacerdotium susceptit: sicut in Malachim legitur. Proiecitq; Salomon Abiathar, ne esset sacerdos domini, ut impleretur uerbum domini, quod locutus est su- D
per domum Eli. Veruntamen non auferã penitus uirum ex te ab altari meo, ut deficiant oculi tui, & tabescat anima tua. Ideo dominus se non penitus ablaturũ ex domo Eli uirum ab altari suo dicit, ut semper de domo Eli, esset in domo domini uir qui in dignitate sacerdotij alium substitutũ uideret, & se eadem dignitate priuatum uidens, oculi eius deficerent, & anima tabesceret. Vnde & in subsequentibus dicitur, Veniat ut adoret eũ, id est, sacerdotẽ magnum, & accipiat ab eo nummũ argenteum, & tortam panis, dicatq;. Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut comedã buccellam panis. Et sermo domini erat pretiosus in diebus illis. Pretiosus dicitur, quia perrarus erat. Omne enim quod rarum est, pretiosum est. Non erat uisio manifesta, quia prophetia non plene manifestabatur. Factum est uero in die quadã, Eli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat uidere. Hic enim distinguendum est, & postea inferendum. Et anteq̃ lucerna dei extingueretur, Samuel autẽ dormiebat in templo domini, ubi erat arca dei. Intelligi aũt hoc modo debet, Et antequã lucerna dei extingueretur, in templo domini, ubi erat arca dei, Samuel dormiebat. Quod uero ait, Antequã lucerna dei extingueretur, intelligi oportet, antequã lux diurna fieret, quando eadẽ extinguenda erat lucerna. Sic enim à domino per Moysen iussum erat, ut eadem lucerna luceret usq; mane: sicut est illud in Hebræo, Præcipe ait dominus filijs Israel, ut afferant tibi oleum de arboribus oliuarũ purissimũ piloq; contusum, ut ardeat lucerna semper in tabernaculo domini, & collocabũt eam Aaron & filij eius, ut usq; mane luceat coram domino. Porrò Samuel necdum sciebat dominum. Nescire dominũ dicitur, quia per prophetiæ mysterium necdũ ei reuelatus fuerat sermo domini. Dixit dominus ad Samuel, Ecce ego facio uerbũ in Israel, quod quicunq; audierit, tinnient ambæ aures eius. Hoc in loco cõminatio domini est super Eli, & super domũ eius, eo quod in peccato filiorũ Eli, arca dei caperet, & Israel rueret, & eius filij interirẽt, & domus Eli sacerdotio domus domini priuaretur

A uaretur. & ob id factum, audientiũ aures tinnirent stupore uehementi. Aperuitq; ostia domus domini, & Samuel timebat uisionem indicare Eli. Non est intelligendũ quod Samuel aperuerit ostia domus domini, sed sacerdos. Et nõ cecidit ex omnibus uerbis Samuel in terrã. Non cecidisse ex omnibus uerbis eius in terram dicitur: quia quicquid prophetabat, rebus gestis demonstrabatur. Et euenit sermo Samuelis uniuerso Israeli. Sermo eius fuit ad uniuersum Israel, quod percutiendi essent à Philistæis propter peccata filiorum Eli, quem sermonẽ euentus rei postea probauit. Erat aũt ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustri. Lapidem istum Hebræi aram ab Abraham ædificatã intelligunt. Hi sunt autẽ ani aurei, quos reddiderunt philistijm pro delicto domino, Azotus unum, Gaza unum, Ascalon unum, Geth unum, Acharon unum, Quinque anos & quinq; mures, hæ quinq; ciuitates dederunt. Reliquæ autem ciuitates prouinciarum & uillæ quæ erant absq; muro, mures tantũ dederunt. Idcirco dicitur, ab urbe murata usq; ad uillam quæ erat absq; muro. Quod aũt sequitur, Et usq; ad Abel magnũ, super quem posuerunt arcam domini. Abel magnum ciuitas est in termino Israel. Abel magnum id circo uocatur cum antea Bethsamis uocitata sit, siue propter luctum super uiris Bethsamitibus ibi factum, siue propter distinctionẽ ciuitatis Abel Bethmaca, de qua exclamauit mulier sapiens ad Ioab, dicens, Qui interrogant, interrogent in Abela. Sic itaq; intelligendum est quod ab urbe murata usq; ad uillam quæ erat absq; muro, & usq; ad Abel magnum, dederint mures. Super quem, id est, super luctum, posuerunt arcam domini, quæ erat usq; ad illum diem in agro Iosue Bethsamitis. Fuit ergo in agro illius donec in cariathiarim ducta est. Et percussit de populo septuaginta uiros & quinquaginta millia plebis. In Hebræo ita habetur, Et percussit de populo septuaginta uiros & quinquaginta milia uiros. Hos septuaginta uiros, iudices septuaginta Hebræi intelligunt. Quorũ merito & gloriæ, quinquaginta milia uiri cõparabantur, sicut & de Dauid dicitur: quia tu unus pro decem milibus computaris. Et factum est ex qua die mansit arca domini
B in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, id est uiginti anni. A tempore quo reprobatũ est sacerdotiũ Eli usq; ad Samuelis ducatum, uiginti fuerunt anni miseriarũ referti. Peracto uicesimo anno, translata est eadem arca à Samuele in Masphat, & de Masphat transtulerunt eam Samuel & Saul in Galgala. Inde translata est à Saul in Nobe. De Nobe in Gabaa. De Gabaa translata est à Dauid in domũ Obed Edom. De domo Obed Edom transtulit eam Dauid in Sion. De Sion transtulit eam Salomon in sancta sanctorũ. Et requieuit omnis Israel post dominũ. Requieuisse post dominum dicuntur, quia abiectis idolorum sortibus, domino se ad seruiendum toto corde tradiderunt. Quod & in subsequẽtibus dicitur. Abstulerunt filij Israel Baalim & Astaroth, & seruierũt domino soli, & conuenerunt in Masphat: hauseruntq; aquam & effuderũt in conspectu domini. Hebræi tradunt quod coram domino in eandẽ aquam maledicta congesta sint, & sicut in lege mulier zelotypa hausta aqua probatur, ita & hic idololatræ hac aqua probati sunt. Hi uidelicet qui se idola coluisse penitus denegabant. Tradunt etiam quod quicunq; idololatra hanc aquam gustasset, labia eius ita sibi adhærerent: ut nequaquã ea ab inuicem idololatra separare posset. Hoc indicio idololatra deprehẽdebatur & interficiebatur. Quod & sequentia demonstrãt in eo quod ait. Iudicauitq; Samuel filios Israel in Masphat. Iudicare in hoc loco idololatras, secundum legem morti tradere intelligendũ est. Dicunt etiam quod Moyses hoc modo idololatras qui sibi uitulum fecerant, probauerit: quando arripuit uitulum & combusit, & cõtritum usq; ad puluerẽ sparsit in aquam & dedit ex eo potum filijs Israel. Dixitq; Saul ad puerũ suũ, Ecce ibimus, quid feremus ad uirum? Nõ enim putabat Saul sibi asinas à Samuele aliter indicari, nisi precio diuinationis, ideo ait, Quid feremus ad uirum? Festino nunc, Hodie enim ueniet in ciuitatem quia sacrificium est hodie populo in excelso. Sacrificiũ in hoc loco prandium intelligitur, quod præparauerat Samuel populo in kalendis. Et dimittam te mane, & omnia quæ sunt in corde tuo indicabo tibi, & de asinis quas perdidisti nudiustertius ne solicitus sis, quia in

uentæ sunt. Erat in corde Saul sicut Hebræi tradunt quod rex futurus esset, quia uide- c
rat per uisum se in uertice arboris palmæ collocari. Quæ uisio signū regale fuit. Cumq; abieris inde & ultra transieris & ueneris ad querceū thabor, inueniēt te ibi tres uiri ascendentes ad dominū in Bethel. Hi uiri causa orationis ibant in Bethel, ubi Iacob lapidem erexerat. Post hæc uenies ad collem dei. Collis dei locus erat ubi prophetæ habitabant. Et insiliet in te spiritus domini & prophetabis cum eis. Prophetasse eum ibi Iudæi dicunt de futuro seculo, de Gog & Magog, & de præmijs iustorum & pœna impiorum. Quando ergo uenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcūq; inuenerit manus tua, quia deus tecum est. Ac si diceret: his signis noscere poteris quia deus te regem fore uoluit. Et idcirco ad omnia quæ tibi agenda sunt regaliter age, quia deus tecum est. Et descendes ante me in Galgala: ego quippe descendam ad te ut offeras oblationē & immoles uictimas pacificas. Septem diebus expectabis donec ueniam ad te, & ostendam tibi quæ facias. Videtur quibusdam inculpabiliter Saul obtulisse holocaustū, cum Samuel expectatus ab eo, iuxta placitum septem dierū non uenerit. Quod si quis hunc locum bene distinxerit, inueniet eum non immerito culpatum fuisse & inobedientē redargutum. Locus autem hic apud Hebræos ita distinguitur, Et descendes ante me in Galgala, ego quippe descendam ad te. Et postea infertur, ad offerendas oblationes & immolandas uictimas pacificas, septem diebus expectabis, donec ueniam ad te & ostendam tibi quæ facias. Non enim Samuel suum præstolari aduentū Sauli septem dierum tempore præcepit, sed ad offerendas oblationes & immolandas uictimas pacificas, se ab eo eisdē septem diebus uoluit expectari. Quod ille nequaquam fecit, & ideo merito culpatur & stulticiæ elogio denotatur. Respondit; alter ad alterum, dicens, Et quis pater eorum? Ac si diceret. Et quis maior illo in dignitate & sapientia? Optime em̄ potest inter prophetas uersari, & pater eorum, id est, magister uocari, qui tam doctus & sapiens est. Pater magister uocatur, sicut Eliseus Eliam patrem, id est, magistrum uocat, Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Et in libro Iob, Heliu Eliphaz patrem, id est, magistrum uocat, hoc d
modo, pater mi probetur Iob usque in finem. Filius unius anni erat Saul cum regnare cœpisset. Duobus autē annis regnauit super Israel. Non de Isbosēth filio Saul, sed de eodem Saule dictum est hoc. Sic enim erat innocens quando regnare cœpit, sicut filius est unius anni, & in eadem innocentia duobus regnasse annis dicitur. Locutus est autem Samuel ad populū legem regni, Hebræus, iudicium regni. Et reposuit coram domino. Coram domino, id est, coram arca domini quæ erat in maspha. Et misit dominus Ierubaal & Bedan & Iepta & Samuel, & eruit uos de manu inimicorū uestrorum per circuitum. Ierubaal ipse est Gedeon: & Bedan ipse est Samson. Si timueritis dominū & seruieritis ei, & audieritis uocem eius & non exasperaueritis os domini. Os domini, dicit os prophetarum: qui ex ore domini loquebantur. Quod cum audissent Philistijm, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens: Audiant Hebræi. Et uniuersus Israel audiuit huiusce modi famam: percussit Saul stationem Philistinorum. Sic enim intelligendum est, quod cum audissent Philistijm, subaudit̄, conturbati sunt. Saul cecinit buccina. Hæc buccina signum uictoriæ & exhortationis fuit, ut audirent & nossent Hebræi, conturbatos & superatos esse Philistæos. Propterea sequitur, Et uniuersus Israel audiuit huiusmodi famam, percussit Saul stationem Philistinorū. His rebus compertis, confortatus est Israel propter hoc. Et sequitur, Et erexit se Israel aduersus Philistæos, id est, uiriliter cœpit agere contra Philistæos. Quod cum uidissent filij Israel se in arcto positos, afflictus enim erat populus, absconderunt se in speluncis & in abditis, in petris quoq; & in antris & in cisternis. Hebræi autem transierunt Iordanem in terram Gad & Galaath. Si se abscondit Israel in præfatis locis, quid est quod ait, Hebræi autem transierunt Iordanem? Absconsis enim quibusdam Israelitis qui Saul & populum qui cum eo erat reliquerant: quædam pars eorum qui hic Hebræi uocantur, timore perterriti defecerunt à Saul, & à uiris qui cum eo erant, & descenderunt in castra Philistijm. Quem locum

ad

A ad intelligendum clarius & manifestius, sequentia demonstrant, in eo loco ubi ait, Sed & Hebræi qui fuerant cū Philistijm ab heri & nudiustertius, ascenderātq; cum eis in castris, reuersi sunt, ut essent cum Israel qui erant cum Saul & Ionathan. Omnes quoque Israelitæ qui se absconderāt in monte Ephraim, audiētes quod fugissent Philistijm, sociauerūt se cum suis in prælio. Et uersus ad prædam, tulit oues & boues & uitulos, & mactauerunt in terra, comeditq; populus cum sanguine. Non fecit populus irritum iuramentum quo eos Saul adiurauerat, dicens: Maledictus uir qui comederit panem usq; ad uesperam, donec ulciscar me de inimicis meis, quia uictoria iam potiti erant: sed peccasse domino & cum sanguine comedisse dicuntur, quia cōtra legis præceptum antequam sacrificium uespertinū perageretur comederunt. Sic itaq; usus erat, ut quādo homicidium ab eis, aut in suis aut in exteris fiebat, ut non comederent antequam sacrificiū uespertinū pro eis fieret. Aliter peccasse domino & comedisse cum sanguine dicuntur, quia mactatis uictimis non obtulerunt ad sanctuarium sacerdotibus iuxta legis præceptum adipem & sanguinem, cum uidelicet sanctuariū secum haberent. Quando locus sanctuarij procul erat, iubetur sanguis uictimarum in terram fundi, de his uidelicet uictimis quas ad suos usus præparabant. Quando uero sanctuarium præsens erat, sanguis hostiarū super altare domini iubetur fundi, sicut est illud in libro Deuteronomij, Sanguinem hostiarum tuarum fundes in altari: carnibus autem ipse uescēris, quod præfatus tamen non fecit populus, Peccasse idcirco dicitur domino & cum sanguine comedisse. Aedificauit autem Saul altare domino. Tunc primum cœpit ædificare altare domino. Hebræus non habet primum. Quærendum itaq; cum antea legatur ædificasse altare, quando à Samuele increpatus est: cur hic dicatur, tunc cœpit ædificare altare domino. Aedificasse itaq; antea legitur altare: sed quia inobedienter illud ædificauit, non domino ædificasse intelligitur. Hic autem quia obedienter & recte illud ædificauit, domino ædificasse perhibetur. Dixitq; Saul, Applicate huc uniuersos angu-
B los populi. Angulos populi, principes populi uocat, quibus idē populus adhærebat.

Nunc ergo uade & percute Amalec & demolire uniuersa eius. Non parcas ei, sed interfice à uiro usq; ad mulierem, & paruulū atq; lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum, atq; iumenta. Ideo autem dominus iumenta Amalec demoliri iubet, ut nec in iumentis eius memoria fieret. Dominus enim dixerat se deleturū memoriàm Amalec de sub cœlo. Idcirco præcipitur Sauli, ut eum penitus ab homine usq; ad iumēta deleret. Sed quia eius memoria, id est, Amalec penitus deleta non fuit, Saulis peccatū & inobedientia in causa extitit. De quo Amalec ita in libro Deuteronomij dicit̄, Memento quæ fecerit tibi Amalec in uia quando egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui qui lassi residebant, ceciderit. Lassos hic Hebræi immundos secundū legem extra castra manentes intelligūt: quos cecidisse Amalecitæ dicunt̄: quia sicut ipsi tradunt, eorū circuncisionem amputauerūt, & in subsannationē dei, in cœlum proiecerunt. Dixitq; Saul Cineo, abite, recedite atq; discedite, ne forte inuoluam te cum eo. Tu em̄ fecisti misericordiā cū omnibus filijs Israel cum ascenderent de Aegypto. Ceni ipse est Iethro cognatus Moysi, de cuius genere erant Cinei qui descenderant ad Amalec & habitabant cum eo, qui utiq; cōsanguineus eorū erat, & hæreditatem in eius terra habebat. Misericordiā uero Cinei cum filijs Israel fecisse dicit̄: siue quia Moysen fouit in terra Madian, siue quia cōsilium dedit Moysi qualiter multitudinē populi gubernaret. Nunciatū est aūt Samuel eo qđ ueniisset Saul in carmelū, & erexisset ibi fornicē triumphalē. Quando uictoria potiebantur, faciebant arcum de myrtetis & palmis & oliuis ob signū uictoriæ. Tulit aūt populus oues & boues, primitias eorū quę ęsa sunt. Primitię hic ea q̄ potiora & meliora erāt, intelligēdæ sunt. Porrò triumphator in Israel nō parcet & pœnitudine nō flectet̄, neq; em̄ homo est ut agat pœnitentiam. In Hebræo legit̄ porrò triumphator Israel nō mentiet̄. Triūphator iste deus est. Non mentiet̄, quia ea quę promittit sibi famulantibus, largit̄. Pœnitudine nō flectetur,

quia non pœnitet eum de bonis quæ largitus est. Sed nunc honora me coram se- c
nioribus populi mei & coràm Israel. Honora me sicut regẽ, ut ego præcedam sicut
rex, & tu subsequaris ut adorẽ dominũ deum tuum. Senes autẽ populi sui, suam tribũ,
& coràm Israel, cæteras tribus Israel dicit. Et respondẽs unus de pueris, ait: Ecce ui-
di filium Isai Bethlehemitẽ, & cætera. Puer iste Doech Idumæus fuisse perhibet, ini-
micus Dauid: & omnia quæ de Dauid in laudẽ dixisse uidetur, in odium eius dixisse di-
cit, quia uolebat inimicitiæ causa & inuidię liuore ut ad Saul ueniret, quatenus ibi qua-
libet occasione necaretur. Et directus est spiritus domini in Dauid à die illa & in re
liquum. Ideo directus in eum spiritus domini dicit, eo quod tunc psalmos canere
cœperit. Et egressus est uir spurius de castris Philistinorũ nomine Goliath. Spurius
dicitur, quia à patre gigante, matre uero Gethea natus erat. Dauid autẽ erat filius ui
ri Ephratei de Bethlehẽ Iuda, cui nomẽ erat Isai, qui habebat octo filios. Quæritur
cur hic octo filios habere dicatur, cum in Paralipomenon non amplius q̃ septem legan
tur. Quod ita soluitur. Nathan prophetam filiũ Sammaa filij sui quem in loco filij edu-
cauerat & nutrierat, inter filios annumerat. Nam & corã Samuele septẽ eius filij legun-
tur adducti fuisse, & octauus esse in pascuis. Inter quos Nathan adductũ fuisse, manife-
stum est, qui & Ionathan uocatur. De quo in extrema parte Samuelis dicit. Percus-
sit autem eum Ionathan filius Sammaa fratris Dauid. Et notandũ quod ubicunq; pro-
pheta uocatur, Nathan scribit non Ionathan. Et fratres tuos uisitabis si recte agãt,
& cum quibus ordinati sunt, disce. In Hebræo ita habetur. Et fratres tuos uisitabis si re-
cte agant, & pignora eorũ tolles. Pignora in hoc loco Hebręi libellos repudij intelligũt.
Siquidem usum illius gentis fuisse ferunt, ut quando ibatur ab eis in pugnã, libellos re-
pudij uxoribus suis darent: ut si contigisset uirum in prælio capi & in captiuitatẽ duci,
mulier eius expectatis tribus annis, si uir eius non rediisset, alium duceret uirũ. Qua- D
re uenisti & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuã
& nequitiã cordis tui. Nosse se dicit illius superbiã & nequitiã cordis: quia putabat
eum tumore cordis eleuari, eo quod Samuel unxisset illũ in regẽ. Assumens autem
Dauid caput philistæi, attulit illud in Hierusalem: arma uero eius posuit in tabernaculo
suo. Quod dicit attulisse Dauid caput philistæi in Hierusalẽ, anticipatio est quod po-
stea fecit. Arma uero eius, id est, philistæi: non est intelligendum quod in suo posuerit ta
bernaculo, sed in tabernaculo domini, de quo tabernaculo postea hæc ab Abimelech sa
cerdote suscepit. Dixitq; Abner, Viuat anima tua rex si noui. Secundum illud
locutionis genus hoc dictum est, quo dictũ est illud: Benedixit Naboth deo & regi: ac si
diceret, nõ uiuat anima tua rex si noui. Aliter, uideã mortẽ tuã si noui. Post diem aũt
alterũ inuasit spiritus dei malus Saul, & ꝓphetabat in medio domus suæ. More ar-
repticiorũ prophetabat: & prophetasse suum in hoc loco, nõ est aliud intelligendũ, nisi
aliena retulisse. Et egrediebaꝫ Dauid & ingrediebatur in cõspectu populi. Quan
do egrediebanꝫ in pugnã, ipse primus more regio egrediebatur in conspectu eorũ & re
grediebatur. Dixitq; Saul, Dabo eam illi, ut fiat illi scandalũ, ut sit super eum manus
Philistinorũ. His duobus periculis Saul Dauid putauit interimi posse, scilicet aut in
fidijs filiæ suæ à qua se uidebat multũ amari, aut causa præputiorũ Philistinorũ propter
quæ adipiscenda Philistæos erat bello aggressurus. Dixit ergo Saul ad Dauid: In dua
bus rebus gener meus eris hodie. In duabus rebus generũ eum sibi futurũ dicit, quia
iam ei attulerat præputia Philistinorũ pro Merob quã Saul dedit Adrieli Moholathitæ,
& postea pro Michol ducẽta. Et quamuis nõ aperte dicatur pro Merob Saul præputia
Philistinorũ Dauid dedisse, tamen qui præcedentia & subsequẽtia perlegerit & perscru
tatus fuerit, inueniet eum bis Sauli præputia Philistinorũ dedisse. Potest etiam & aliter
intelligi. In duabus rebus gener meus eris hodie, quia ego quæsiui à te centũ præputia
Philistinorũ, & tu obtulisti ducenta. Ego autem egrediens stabo iuxta patrem me-
um in agro ubi tu fueris, & ego loquar de te ad patrẽ meum: & quodcũq; uidero, nun-
ciabo

A ciabo tibi. Descensurũ namq; Saulem in eundẽ agrum Ionathan Dauid dixerat, &
ut in eodẽ agro Dauid absconderet, collocutum inter eos fuerat. In quem agrum
crebro Saul consiliandi gratia conuenire solebat, ubi etiam constitutũ fuerat ut occide
retur Dauid, quod & Ionathan indicauerat Dauid. Et expoliauit se etiam Saul uesti
mentis suis & prophetauit coràm Samuele. Quæstio magna hic oritur, cum in præce-
dentibus legatur, Et non uidit Samuel Saulẽ usq; in diem mortis suæ: & hic prophetas-
se coràm Samuele dicatur. Quam quęstionẽ Hebræi his duobus modis soluunt. Aut nõ
uidit eum, quia quãdo iunctus est Saul cuneo prophetarũ, abscondit se Samuel ne uide
retur ab eo. Aut non uidit eum indutũ habitu regio quo indutus erat quando dictũ est,
non uidit eum usq; in diem mortis suæ, subauditur indutũ habitu regio. Expoliasse ue-
rò se non omnibus uestimẽtis, sed regalibus tantum intelligendum est. Et sit domi-
nus tecum sicut fuit cum patre meo. Et si uixero, facias mihi misericordiam domini.
Sit dominus tecum sicut fuit cum patre meo, id est, sublime faciat regnũ tuũ, sicut sub-
lime fecit patris mei regnũ. Et si uixero, facias mihi misericordiã domini, ut scilicet sim
secundus in regno tuo, & si mortuus fuero, nõ auferes misericordiã tuam à domo mea
usq; in sempiternũ. Venit autẽ Dauid in Nobe ad Achimelech sacerdotem. Achi
melech ipse est Aia filius Achitob filij Phinees filij Heli. Et fuerunt uasa puerorum
sancta. Achimelech interrogat utrum Dauid & pueri sui quos in illũ & in illum locum
conduxisse se dixerat: mundi essent. Dauid uero ænigmatice pluraliter de seipso respon
dit, dicens: Et fuerunt uasa puerorum sancta, à cõcubitu coniugali. Quod uero ait,
porrò uia hæc polluta est: & in Hebræo legitur, porrò uia hæc laica est, sic est intelligen-
dum: uia hæc laica est, ac si diceret: in lege præceptũ est, ut extraneus nõ comedat ex eis:
& tu interrogas utrum mundi sint pueri, qui etiam si mundi essent, nequaquã eis uesci
deberẽt. Idcirco uia hæc est laica, quia tu laicaliter interrogas. Quod uero sequitur, Sed
& ipsa hodie sanctificabit in uasis meis, ipsa utiq; in uasis, id est, in mente sua sanctifica-
B ri dicitur: quia nisi necessitate corporis & periculo uitæ urgẽte, nequaq̃ uescereturꝫ eis:
non tamen aperte eosdẽ legitur Dauid panes comedisse. Tradunt Hebræi nequaq̃ Da-
uid eos comedisse panes: sed aliter tamẽ dominus in euangelio. Erat autẽ ibi quidã
uir de seruis Saul in die illa intus in tabernaculo, & nomẽ eius Doech Idumæus. In He-
bræo dicit, obligatus in conspectu domini. Obligatus idem Doech Idumæus erat
uoto, quo se obligauerat aliquot diebus, in tabernaculo domini immoraturũ & oratio-
ni uacaturũ. Dixitq; Gad propheta ad Dauid. Noli manere in præsidio. Profi-
ciscere & uade in terram Iuda. Miro modo hic introducitur Gad propheta, cum in præ
cedentibus eius nulla facta fuerit mentio. Sic itaq; hic introducitur sicut Elias prophe-
ta in loco ubi dicit, Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad. Ex ore itaq; domi
ni Gad propheta, Dauid dixit, ut non moraretꝫ inter gentes & in terra polluta, sed in ter
ram Iuda rediret, & ibi iuxta uoluntatẽ domini, persecutionem inimicorũ ferret. Et
trucidauit Doech Idumæus in die illa octogintaquinq; uiros uestitos ephod lineo. In
Hebræo habet, portantes ephod lineum. Aiunt Hebræi non omnes ephod lineum por
tasse, sed tales eos fuisse, qui utiq; digni & idonei essent ad portandum ephod. Si tra
dent me uiri ceile in manus eius, & si descendet Saul sicut audiuit seruus tuus: domine
deus Israel indica seruo tuo. Et ait dominus, descendet. Ac si diceret: si hic steteris, de-
scendet. Et quod ait, Si tradent me uiri ceile, & dominus ait, tradent: iste est sensus, Si
descenderit Saul & hic te inuenerit, tradent. Porrò eo tempore quo fugerat Abiathar
filius Achimelech ad Dauid in ceila, ephod secum habens descenderat: ephod illud e-
rat, quod Moyses iubente domino fecerat, in quo erat doctrina & ueritas, in quo etiam
consuluit sacerdos dominum. Percussit igitꝫ uterq;, Ionathan scilicet & Dauid, fœ-
dus coram domino. Coram domino, id est, coram Gad propheta & Abiathar sacerdo-
te, qui portabat ephod. Iuit igitur Saul & socij eius ad quærendum. Et nunciatũ est
Dauid, statimq; descendit ad petram & uersabatur in deserto Maon. Descendisse
ad

ad petram dicitur, id est, ad tutissimũ locum, in quo ea quæ sibi oneri & grauia erant, re c
posuit. Et ipse uersabat in deserto Maon, quo sibi suffugiũ patebat. Erat autẽ uir qui-
spiam in solitudine Maon. Hebræus hoc in loco nõ habet in solitudine. In Maon enim
ciuitate habitabat, non in solitudine. Vere frustra seruaui omnia quæ huius erant, &
non perijt quicquã de cunctis quæ ad eum pertinebant, & reddidit mihi malũ pro bo-
no. Tunc quippe ei reddidit malũ pro bono, quãdo blasphemauit eum cõuiciando,
& dixit, Quis est Dauid, & quis est filius Isai. Hodie increuerunt serui qui fugerunt do-
minos suos. Et nunc fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærũt domino meo malũ.
Fiant, inquit, sicut Nabal, ut pereãt sicut Nabal in stultitia sua. Cum ergo fecerit domi
nus tibi domino meo omnia quæ loquutus est bona de te, & constituerit te ducẽ Israel,
non erit tibi hoc in singultũ. Non erit, inquit, tibi hoc in singultũ: ut modo effundas san
guinem Nabal, & propter hoc flendum tibi sit & pœnitẽdum. Saul autẽ dedit filiam
suam Michol, uxorẽ Dauid, Phalti filio Lais, qui erat de Gallim. Vt Hebræi tradunt,
non cognouit eam, id est, Phalti: quoniam si cognouisset eam, nunq̃ Dauid sibi eam po
stea sociasset, quia in lege penitus huiusmodi prohibet coitus. Idem namq; Phalti de Gal
lim, id est, de inundatione erat. Inundatio, hoc est, gallim, lex intelligitur. Legis em̃ do-
ctor erat de bahurim, id est, de electis, Quãdo autẽ à Saule Michol ei datur, Phalti, id est,
euadens interpretat̃. Quando uero ab eo eadẽ Michol aufertur, Phaltiel, id est, euadẽs à
deo interpretat̃. Euadẽs à deo dicit̃: quia custodiuit eum, ne tangeret eam, ne fieret trãs-
gressor legis. Secutusq; est eam uir suus plorans usq; bahurim. Ploransse dicit̃ præ gau
dio, eo quod dominus eum custodisset ne eam tangeret. Ait autẽ Dauid ad Achime-
lech Etæum & Abisai filiũ Saruiæ fratrẽ Ioab, dicens: Quis descendet mecum? Achime-
lech ipse est Vrias. Vrias ergo interpretat̃ lux mea deus. Achimelech interpretat̃ frater
meus rex. Et ascendit Dauid & uiri eius, & agebant prædas de Gessuri & de Amale-
chitis. Hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus. Hi pagi non erant sub potestate
Achis. Habitati in terra antiquitus dicuntur: quia quieti & securi habitati fuerãt, & nul- D
lius hostis deprædationes perpessi. Samuel autẽ mortuus est, fleuitq; eum omnis Is-
rael. Et sepelierunt eum in Rama urbe sua. Supra namq; dicitur sepultus fuisse in do-
mo sua in Rama: in domo sua, in familia uidelicet & cognatione sua. Quærit̃ namque,
cum superius iam mortuus legatur, cur hic repetatur mortuus. Mortuus hic, ut Hebræi
uolunt, resuscitationis suæ causa repetitur. Consuluitq; dominũ, & non respondit ei,
neq; per somnia, neq; per sacerdotes. Hebræus neq; per doctrinam neq; per prophe
tas. Respondebat dominus per somnia sicut ijdem Hebræi asserunt, eo quod orando &
ieiunando poscebant oraculum sibi fieri diuinum, & deus illis per somnia reuelabat, ea
quæ futura erant, quod in hoc loco minime Saul fecisse legitur. Per doctrinam, per
ephod scilicet, quod sacerdos in pectore portabat. Neq; per prophetas, quia illis consu-
lentibus, dominus nequaquam respondebat. Hi prophetæ dicuntur fuisse discipuli Sa-
muelis, quibus prophetantibus iunxit se Saul, & prophetauit. Quærite mihi mulierem
habentẽ pythonẽ, & uadam ad eam & scischitabor per illam. Nullo accepto diuinitus
Saul responso, conuertit̃ ad Pythones. Quamuis ergo Saul legatur erasisse magos & ha
riolos de terra: hanc tamẽ mulierẽ Hebræi matrẽ fuisse Abner filij Ner autumant: & pro
pter eundẽ Abner, ne perimeretur cum cæteris Pythonissis, absconsam & reseruatam
fuisse. Nec audiet uos quisquam de sermone hoc. Aequa enim pars erit descendentis
ad prælium, & remanentis ad sarcinas. Cum in Latinis codicibus legat̃, lassos quosdã
substitisse ad sarcinas, & in Hebræo habeatur iussos fuisse ut residerent ad sarcinas: lo-
cus hic monstrat, Hebraicam ueritatẽ in hoc loco sequi debere: quæ non lassos, sed ius-
sos remansisse ad sarcinas dicit fuisse. Ait enim ita, Aequa pars erit descendẽtis ad præ-
lium, & remanẽtis ad sarcinas. Non ait, qui lassi remanserunt ad sarcinas, sed absolu-
te, remanentis ad sarcinas: quia si lassi remansissent, nulla eis deberetur de prædis por-
tio. Quod cum uidisset armiger eius, uidelicet quod mortuus esset Saul, irruit etiam
ipse

A ipse super gladium suũ, & mortuus est cũ eo. Armigerum istum Hebræi Doech Idu-
mæum dicunt fuisse, qui cernens Saul mortuũ, semetipsum ob metũ Dauid interemit.
Mortuus est ergo Saul & tres filij eius, & armiger illius & uniuersi uiri eius. Viri
isti, pueri domestici eius intelligẽdi sunt. Hi tres filij Saulcũ eo interfecti sunt. Ionathan,
Abinadab qui & Iesui, & Melchisua. Isboseth autẽ dõmi erat, qui anno quo Saul rex con
stitutus est, natus fuisse dicitur, qui etiam quadraginta annorum fuisse legitur cum reg-
nare cœpisset. Vnde colligitur Saul quadraginta annos regnasse. Quærendũ cur alibi le
gitur Iesui, & alibi Abinadab? Iesui em̃ interpretatur æqualis. Aequalis ideo dicit̃, quia
æqualis meriti fuisse filij cum patre memorant̃. Abinadab interpretat̃ pater meus spon-
te. Sponte etenim sua pater eius Saul male agendo acquisiuit, ut taliter una cum filijs pe
rimeretur. In die autẽ tertia apparuit homo ueniens de castris Saul, & reliqua. Ho-
minem istum Amalechitẽ Hebræi filiũ Doech fuisse dicunt. Amalechites enim & Idu-
mæus unũ est, quia filius primogenitus Esau, Eliphaz fuit, & huius filius Amalech. Dia
dema autẽ & armillam quæ Dauid detulit, à patre Doech cõmendata sibi fuisse Hebræi
perhibent. Et planxerũt, & fleuerunt & ieiunauerunt usq; ad uesperã super Saul & su
per Ionathan filium eius, & super populũ domini & super domum Israel. Populũ do-
mini, sacerdotes, & domũ Israel, generaliter omnẽ populũ Israel dicit. Et dixit ut do-
ceret filios Iuda arcum. Ecce scriptũ est in libro iustorũ. Et dixit, subaudit̃ Dauid: ut do
ceret, subauditur deus: filios Iuda arcũ, reges uidelicet Iuda doceret fortitudinẽ: scilicet
ut fortes & intenti essent in timore domini & in præceptis dei, ne per inobedientiam re
ges Iuda à fortitudine & timore domini sicut Saul recederent, & eo modo quo ipse pe-
rierat, perirent. Quod autẽ ait, Ecce scriptũ est in libro iustorũ. Liber iustorum, liber Sa
muelis est, ubi continent̃ prophetæ iusti, Samuel uidelicet, Gad & Nathan, in quorũ li-
bro scriptũ esse perhibet̃, qualiter Saul recedens à timore domini, per inobedientiã suã
perijt. Inclyti tui Israel super montes tuos interfecti sunt. In Hebræo habetur, super
B excelsa tua. Et est sensus, O Saul, glorioſi Israel super excelsa tua interfecti sunt: quia in
peccato inobedientiæ tuæ una tecũ perierunt. Inobedientia namq; tua pro idolis, id est,
excelsis reputata est, sicut est illud in libro Samuelis. Melior est enim obediẽtia q̃ uicti-
mæ, & auscultare magis, q̃ offerre adipem arietũ: quoniam quasi peccatũ hariolandi est
repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Filiæ Israel super Saul flete,
qui uestiebat uos coccino in delicijs, qui prębebat ornamẽta aurea cultui uestro Vestie
bat eas coccino, & præbebat ornamẽta aurea cultui earũ de prædis hostiũ quas agebat.
Quomodo ceciderunt fortes in prælio? subauditur in peccato tuo. Ionathan in ex-
celsis tuis occisus est. In Hebræo nõ habet̃ est. Est enim sensus, O Saul, Ionathan in ex-
celsis tuis, id est, in peccato inobediẽtiæ tuæ occisus, subauditur est. Et nũc retribuet
quidẽ uobis dominus misericordiam & ueritatẽ. Misericordiã in præsenti seculo, ueri-
tatẽ in futuro: quia misericordia quæ in præsenti seculo tribuitur ad comparationẽ æter
næ misericordiæ mẽdacium est. Abner aũt filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Is-
boseth filiũ Saul, & circunduxit eum per castra. In Hebræo habetur, transduxit eum in
mahanaim מַחֲנָיִם quæ interpretat̃ castra. Transduxit eum intelligẽdum est ultra Iorda-
nem, & in Mahanaim regẽ eum constituisse. Super Galaad & super Iessuri. Hebræus, As-
suri, id est, super tribum Aser. Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait, Num usq; ad intern-
icionẽ tuus mucro desæuiet? Hebræus non habet tuus. An ignoras quod periculo-
sa sit desperatio? In Hebræo ita habet̃, An ignoras quod amarus erit finis. Et est sen-
sus, Nunquid ignoras quod ad amaritudinẽ tibi proueniet, eo quod populum hunc de
lere niteris? Sextus quoq; Iethraã de Egla uxore Dauid. Quæritur cur aliæ uxores Da
uid supra notatæ sint, & nõ dicantur uxores Dauid: & hic sola Egla uxor dicat̃ Dauid?
Egla enim ipsa est Michol, quæ ideo uxor eius hic sola uocatur, eo quod in adolescen-
tia primum ipsam sortitus fuerit in uxorem, quæ etiam partu occubuisse dicitur. Egla
itaq; interpretatur uitula. Nunquid caput canis ego sum aduersus Iudam? Ac si
diceret

diceret,Propter te & propter domum patris tui dicor caput canis esse contra Iudam,eo c
quod nõ reducam domũ Israel ad Dauid, quem scio unctum esse regẽ, & regnaturum super uniuersum Israel.Caput canis se dicit esse,id est,uilẽ:eo quod à domo Iuda sic haberetur sicut latratus canis:& eo quod princeps esset canũ,id est,stultorum hominum.

Sed unã rem peto à te,dicens:Non uidebis faciem meã antequam adduxeris Michol filiam Saul,& sic uenies & uidebis me. Est enim hic defectus,& necessaria subauditio, qua respondisse fertur Abner ad Dauid,se hãc rem penitus nõ posse facere,ut ei Michol reduceret,eo quod frater eius rex eam haberet in potestate:& responso excusationis ratione pleno ab eo Dauid accepto,misisse pro ea ad eius fratrem Isboseth legit, sicut sequentia declarãt:Misit autẽ Dauid nuncios ad Isboseth filiũ Saul, dicẽs: Redde uxorem meam Michol,quã despondi mihi centũ præputijs Philistijm. Plangensq; rex Abner, ait,Nequaquã,ut mori solent ignaui,mortuus es Abner:hoc est, non peristi in stultitia tua, sicut ignaui perire solent,quia fraude deceptus es. Manus tuæ non sunt ligatæ,& pedes tui non sunt compedibus aggrauati. Non es iure belli captus: & manus tuæ nõ sunt ligatę,& pedes compedibus aggrauati,sicut eorum manus solẽt ligari,& pedes uinciri,qui in prælio capi solent.Dolo igitur non uiribus peremptus es. Duo autem uiri,principes latronũ erant filio Saul,nomẽ uni Baana,& nomẽ alteri Rechab,filij Remmon Berothitæ,de filijs Beniamin. Duo uiri isti principes erãt super expeditiones Isboseth.Mortuo uero Abner,ut Hebræi tradunt,conciliati sunt cum Misiboseth,ut unà interficerent Isboseth,& eundẽ Misiboseth constituerẽt regem: & eiusdẽ consilij delatorem Misiboseth extitisse.Et idcirco hic idem Misiboseth subintroducit hoc modo. Erat autẽ Ionathæ filio Saul filius debilis pedibus:quinquẽnis enim fuit quãdo uenit nuncius de Saul & Ionathan ex Iezrael,& cætera sequẽtia. Videntes uero Baana & Rechab à Misiboseth suũ proditum esse consiliũ,timore perterriti, fuga lapsi sunt in Gethaim: fueruntq; ibi aduenæ usq; ad tempus illud.Tempus illud intelligendũ est, quando inde reuersi domum Isboseth feruente die ingressi sunt,assumentes spicas tritici, & percuti- D
entes eum in inguine.Spicas tritici quasi causa primitiarũ tulerunt, ut honorẽ regi deferre uiderent,& eorũ dolus nequaquã deprehenderet. Filius triginta annorum erat Dauid cum regnare cœpisset,& quadraginta annis regnauit,In Hebron regnauit super Iudam septẽ annis & sex mensibus.In Hierusalẽ aũt regnauit triginta & tribus annis super omnẽ Israel & Iudam. Quærit cur nõ in summa quadraginta annorũ & sex menses annumerent.Quod ab Hebræis duobus soluitur modis. Dicũt enim quia Dauid sex mensibus Absalom filiũ suum fugerit,merito eosdẽ sex menses à summa regni illius esse exclusos.Dicunt etiam aliter,quod sex mẽsibus in Hebron Dauid quadam infirmitate corporis laborauerit,& idcirco eosdẽ sex menses non supputari in regno eius. Ex eo namq; tempore illum regnasse dicunt in Hebron, ex quo deuictis Amalechitis de spolijs eorũ misit dona senioribus Iuda,his qui erant in Hebron,& his qui erant in Bethel, & reliquis qui erant in his locis in quibus cõmoratus fuerat Dauid ipse & uiri eius. Dictumq; est ad Dauid ab eis,Nõ ingredieris huc,nisi abstuleris cęcos & claudos dicẽtes. Non ingredietur Dauid huc. Ac si dicatur ab eis, Non ingredietur huc Dauid donec nos hinc auferat,quos inermes & imbecilles sicut cęcos & claudos esse arbitrãt:& quos bello aggressurus,sicut cæcos & claudos se triumphaturũ putat. Idcirco dicit in Prouerbio,Cæcus & claudus non intrabunt in tẽplum. In Hebræo habet, Cæcus & claudus nõ intrabit domũ:hoc est,cæcus & claudus,subaudit dicũt,Nõ intrabit quilibet domũ cæcorum & claudorũ, quãdiu cæcus & claudus intus fuerint. Proposuerat enim in die illa Dauid præmiũ qui percussisset Iebusæum & tetigisset domatũ fistulas, & abstulisset claudos & cæcos odientes animã Dauid. In Hebræo ita habet. Et dixit Dauid in die illa,Qui percusserit Iebusæum & tetigerit fistulam,& claudos & cæcos odientes animam Dauid:subauditur erit princeps & dux,sicut liber Paralipomenon declarat, hoc modo dicens,Omnis qui percusserit Iebusæum,in primis erit princeps & dux.Ascendit igitur primus

A primus Ioab filius Saruiæ & factus est princeps.Quod autem dicit: Qui tetigerit fistulã, ita intelligendũ est:Qui tantæ audaciæ fuerit & fortitudinis ut ad murũ ciuitatis usque ueniat,& hasta sua fistulam quæ in muro est tangat, ipse princeps erit. Et reliquerunt ibi sculptilia sua quæ tulit Dauid & uiri eius.Tulit ea Dauid & igni iussit exuri, sicut liber Paralipomenon declarat,ita dicens:Dereliqueruntq; ibi deos suos quos Dauid iussit exuri. Cõsuluit autem Dauid dominũ. Qui respondit:Nõ ascendas,sed gyra post tergum illorũ & uenies ad eos ex aduerso pyrorum. In Hebræo non pyrorũ, sed flentium legitur.Ex aduerso itaq; flentium eum uenire iubet, hoc est ex aduerso idolorum suorũ,ubi scilicet idola eorũ erant in quibus confidebãt.Quæ idola idcirco flentiũ uocantur:quia fletu digna sunt,& eos qui ea colunt,ad fletũ miseriarũ perducũt. Flẽtium itaq; eorũ idola ob blasphemiã hic sermo diuinus uocat: sicut alibi uocat idolũ Moab cõtaminatio Moab. Et cũ audieris sonitũ gradientis in cacumine flentiũ:hoc est,cum audieris potestatibus angelicis eorũ idola (in quibus omnis fortitudo eorũ est) conteri & cõculcari,tunc inibis præliũ:quia tunc egredietur dominus ante faciẽ tuam ut percutiat castra Philistijm.In eorũ nanq; idolis dominus iudicia fecit,sicut & in dijs Aegyptiorum. Contristatus est autẽ Dauid,eo quod percussisset dominus Ozam. Hebræus:eo quod diuisisset.Diuisisse illũ dominus dicit:quia locus ubi erat Ozam uacuus apparuit. Et noluit Dauid ad se diuertere arcã domini in ciuitatẽ Dauid,sed diuertit eam in domũ Obed Edom Gethei,qui Getheus ideo uocatur,eo quod in Geth pater eius habitauerit.Et benedixit dominus Obed Edom & omnẽ domũ eius. Benedixisse domũ eius dominũ,Hebræi dicũt,eo quod omnes uxores eius & cõcubinæ & nurus & ancillæ,masculos pepererint filios,necnõ & fœminæ quadrupedes geminos ei ædiderint fœtus.De quo ita in libro Paralipomenon scribit:Mansit ergo arca dei in domo Obed Edom tribus mensibus,& benedixit dominus domui eius & omnib.quæ habebat.Et alibi in eodẽ libro Paralipomenon dicit:Filij aũt Obed Edom,Semeias primogenitus,Iozabat secũdus,Iohaa tertius,Sachar quartus,Nathanael quintus, Amiel sextus, Issachar B
septimus,Pallathi octauus,quia benedixit illi deus. Igit Michol filiæ Saul nõ est natus filius usq; ad diem mortis suæ.Michol ipsa est Egla:hæc genuit Dauid Iethraam, cuius partu occubuit. Dixitq; Nathan ad regẽ:Omne qđ est in corde tuo, uade & fac: quia dominus tecũ est. Hoc em Nathan ex se,nõ ex sermone domini dixit ad Dauid. Illud uero quod sequit,ex sermone domini dixit:Hæc dicit dns: Nunquid tu ædificabis mihi domũ ad habitandũ? Ac si diceret:Nõ poteris mihi domũ ædificare,quia uir sanguinum es & multũ sanguinẽ effudisti. Neq; em habitaui in domo ex die qua eduxi filios Israel de terra Aegypti usq; ad diem hãc,sed ambulabã in tabernaculo & in tentorio. Ambulasse se dns dicit in tabernaculo & in tentorio:quia nec Moyses nec Iosue potuerunt ei ædificare domũ,eo quod uiri fuerint sanguinũ sicut & Dauid. Per cuncta loca quæ transiui cũ omnibus filijs Israel,nũquid loquens loquutus sum ad unã de tribubus Israel,cui præcepi ut pasceret populũ meũ Israel,dicẽs: Quare nõ ædificasti mihi domũ cedrinam? Hæc loca per quæ se transisse dominus dicit: intelligẽda sunt Silo & Galgala & Nobe,& cætera loca,ubi tabernaculũ & arca domini collocata fuit.Nunquid loquẽs locutus sum alicui iudici de tribubus Israel,cui præcepi ut pasceret populum meũ Israel: Quare nõ ædificasti mihi domũ cedrinam? Idcirco à nullo iudicũ sibi ædificari domũ cedrinam iussit:quia ab omnibus cõtra hostes pugnatũ fuit, & omnes effusores fuerũt sanguinũ.Filius aũt tuus cui nõ instabunt bella hostiũ, & qui nõ erit uir sanguinũ, ipse ædificabit mihi domũ.Et nunc hæc dices seruo meo Dauid: Hæc dicit dominus exercituum:Ego tuli te de pascuis sequentem gregem.Et post pauca: Feciq; tibi nomẽ grande iuxta nomẽ magnorum qui sunt in terra.Feci,inquit dominus,tibi nomẽ grande, sicut feci Abrahã,Isaac & Iacob & Moysi & Iosue:quorũ nomina sunt famosissima in terra.

Et ponã locũ populo meo Israel,& plantabo eum,& habitabit sub eo. Hoc in loco tẽpus Solomonis sermo describit diuinus:quo filij Israel pacẽ essent habituri per circui

tum, & nõ essent affligendi & opprimẽdi sicut tempore iudicũ fuerunt oppressi & afflicti. Qui si iniquè aliquid gesserit, arguã eum in uirga uirorũ & in plagis filiorũ hominũ. Virgam uirorũ, gladium uocat inimicorũ. Plagæ uero filiorũ hominũ, sunt incõmoditates corporũ humanorũ, quibus pro peccatis suis à domino merito homines flagellantur. Ista est enim lex Adam dñe deus. Hoc est, lex hominis est domine deus, ut tibi in simplicitate cordis & puritate seruiat. Et tu facies ei iuxta misericordiã tuã, sicut mihi dignatus es facere seruo tuo propter uerbum tuũ: & secundum cor tuũ fecisti omnia magnalia hæc: propter uerbum tuũ quod promisisti Abrahã, Isaac, & Iacob, fecisti omnia hæc mihi seruo tuo. Quod dicit, secundũ cor tuum, intelligit secundum misericordiã tuam: quia non est similis tui. Neq; enim est deus extra te in omnibus quæ audiuimus auribus nostris. Non est, inquit, deus similis tui qui fecerit magnalia hæc quæ audiuim⁹ auribus nostris. A facie populi tui, quẽ redemisti ex Aegypto gentẽ & deum eius. Hebræus habet, gentibus & dijs earũ. & est sensus: A facie populi tui, quẽ redemisti ex Aegypto, de manu scilicet Aegyptiorũ, quos in mari rubro peremisti, & dijs eorũ in quibus iudicia fecisti. Quia tu domine exercituũ deus Israel reuelasti aurẽ serui tui, dicẽs: Domine ędificabo tibi, propter hoc inuenit seruus tuus cor suum, ut oraret te oratione hac. Aurem eius dominus per prophetã reuelauerat, se illi domum ædificaturũ. Idcirco Dauid inuenisse se dicit cor suum, id est, inuenit audaciã in corde suo, ut oraret eum oratione hac. Factum est aũt post hæc, percussit Dauid Philistijm & humiliauit eos: & tulit Dauid frenum tributi de manu Philistijm. Frenũ tributi, quinq; erant ciuitates Philistinorũ, quæ frequenter Israel sibi tributariũ faciebant, quas ab eis tulit Dauid, & humiliauit eos, fecitq; sibi tributarios. Vnde & in Paralipomenon legit: Percussit Dauid Philistijm, & humiliauit eos, & tulit Geth & filias eius de manu eorũ. Fecitq; Dauid sibi nomẽ cũ reuerteret capta Syria. Fecisse sibi nomẽ dicitur, quia in ualle Salinarũ, cæsis decẽ & octo milibus, erexit sibi fornicẽ triumphalẽ. Fecit etiã sibi nomẽ, quia uicta Syria Damasci, & Syria Soba, erexisse sibi dicitur alterã fornicẽ triumphalẽ. Et si quẽ mouet quod in plerisq; Latinorũ codicib. inuenit Dauid nõ decẽ & octo milia in ualle Salinarũ, sed duodecim milia cæcidisse: nouerit hoc uitio scriptorũ in eisdẽ codicibus inditum esse. Veraciter tamen Dauid in eadem ualle Salinarũ decẽ & octo milia cæcidit. Ioab uero duodecim milia, sicut in titulo quinquagesimiprimi psalmi scribit. Dixitq; Siba ad regẽ: Sicut iusisti dñe mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus, & Miphiboseth comedet super mẽsam tuã. Notandũ q̃ in Hebræo super mẽsam meã legat: quia in hoc loco defectus est, & necessãria subauditio. Quando em̃ dixit Siba, sicut iussisti dñe mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus: subaudiendũ est Dauid dixisse, & Miphiboseth comedet super mensam meã, quasi unus de filijs regis. Dixitq; Dauid: Faciã misericordiã cum Anon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiã. Quando fugit Dauid à facie Achis regis Geth, uenit ad Naas regẽ Ammon, qui fecit cũ eo misericordiã, multa impertiẽs ei bona. De Naas itaq; uenit in speluncã Odollam, ubi uenerũt ad eũ pater eius & mater & omnis domus eius. Inde uenit ad Moab, & dimisit apud eum patrẽ & matrem & omnẽ domũ suam. Quod uero dixit Achis rex Geth: Hiccine ingredietur domũ meam? Abijt inde Dauid & fugit in speluncã Odollam. Abijt inde, subaudiẽdum est de domo Naas, & inde fugisse illum in speluncam Odollam. Si uero quæritur, cur ad eum, id est, ad Achis Dauid redierit, an te cuius faciem fugerat: intelligendus est iste Achis filius fuisse Achis, à quo fugit Dauid. Vnde & in subsequentibus Achis cum quo Dauid in prælium cõtra Saul descendebat, filius dicitur fuisse Maoch. Non enim à patre hoc nomen patronymicum, sed à matre sumpsit, quæ Macha uocabatur. Et idcirco non à patre hoc sumpsit nomẽ, eo quod Dauid à se abiecerit. Reliquam autẽ partem populi tradidit Abisai fratri suo. Notandum quod solummodo in hoc loco in Hebræo legatur Abisa, in cæteris uero locis Abisai. Abisa itaq; interpretatur, pater sacrificij, & Abisai pater meus sacrificium. Ideo autem ex nomine illius unam literam demptã Hebræi dicunt, eo quod necis Abner conscius fuerit

rit. Factum est ergo, reuertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere: misit Dauid Ioab & seruos suos cum eo, & cætera. In Hebræo ita legit: Eo tempore quo reges ad bella processerant, misit Dauid Ioab, & cætera. Hos reges dicit qui processerunt contra Dauid in pugnam, scilicet regem Roob & Istob & Soba & Maadia, qui utiq; reges Syriæ fuerunt, & pugnare uoluerunt conducti mercede à rege Moab contra Dauid, à quo triumphati esse leguntur. Et dixit Dauid: Nonne ista est Bethsabee filia Eliam uxor Vriæ Ethei? Eliam filius fuit Achitophel. Et uocauit Vriam Dauid, ut comederet corã se & biberet, & inebriauit eum. Idcirco inebriasse eum dicit, ut saltẽ ebrius in domũ suam descenderet. Veruntamẽ quoniam blasphemare fecisti inimicos domini, propter uerbũ hoc filius qui natus est tibi morte morietur. In Hebræo ita legitur: Veruntamẽ quoniam blasphemando blasphemasti inimicos domini: propter uerbum hoc etiã & filius qui natus est tibi morte morietur. Quod per antiphrasim dictũ est: & est sensus: Saluationẽ tribuisti inimicis domini, quibus insurgentibus contra populũ domini, peccato hoc tuo præpediente nõ poterit eis resistere populus domini. Insuper etiam ipsi inimici uictoriosi existent propter peccatũ tuũ super populũ domini. Et uocauit nomen eius amabilis domino, eo quod diligeret eum dominus. In Hebræo ita legitur: Et uocauit nomẽ eius Iedidia, id est dilectus domini propter dominũ. Dilectus domini propter dominũ dicit, propter suam scilicet misericordiã gratuitam, qua eum diligere dignatus est: cũ utiq; eius dilectione & misericordia indignus existeret, quẽ constabat mamzerem esse. Dimicaui aduersum Rabba, & capienda est urbs aquarum. Notandum quod in Hebræo, quando cum adiectione nominũ ponitur, Rabbath scribitur: sicut est Rabbath filiorũ Ammon. Quando uero sine adiectione nominũ, nõ Rabbath, sed Rabba scribit. Cumq; dimicasset, cepit eam & tulit diadema Melchom de capite eius. Melchom interpretatur rex eorũ. Rex eorũ uocatur idolum eorũ: quod hic uocatur Melchom, cuius diadematis aurũ & gemmas conflasse & purgasse dicit Dauid secundũ legẽ, & fecisse sibi inde diadema: quod hic positũ super caput eius dicitur.

Populum quoq; eius adducens serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta: diuisitq; cultris & transduxit in typo laterũ. Serrauit enim eos ferratis carpẽtis, & diuisit cultris, sicut lateres diuidi solent qui ex paleis & luto conficiunt. Porrò Absalom fugiens abijt ad Tholmai filium Amihur regẽ Gessur. Tholmai pater fuit Maacha matris Absalom, quã dicunt Hebræi à Dauid in prælio captam, & cæsarie & ungibus præcisis, secundum legẽ eam uxorẽ sibi Dauid sociasse: & ex ea generasse Thamar & Absalom.

Cessauit itaq; Dauid rex persequi Absalom. In Hebræo legitur: Cessauit itaq; Dauid rex exire post Absolom. Voluisse idẽ Dauid exire perhibet ut reduceret Absalom. Sed pertractans in corde suo, quod quoties eum uideret, toties dolorẽ mortis Ammon ei ad memoriã reduceret, idcirco cessasse dicit exire post Absalom, subaudit ut eum ad propria reuocaret. Quod uero ait: eo quod cõsolatus esset super Amnon interitu: intelligendum est, quia postq̃ noluit exire post Absalom ut reduceret eum & uideret ab eo, cœpit cõsolari super morte Amnon. Quãdiu em̃ putabatur idẽ Absalom reduci ut uideretur ab eo, semper mors Amnon filij sui animo eius occurrebat. Siue aliter, cõsolatus fuisse super Amnon interitu dicitur, eo quod nouerat eum flagitiosum & dignũ morte meritoq; perisse. Intelligẽs autẽ Ioab filius Saruiæ quod cor regis uersum esset ad Absolom. Cor eius uersum esse ad Absalom uidisse dicit, eo qd̃ uiderit eum idẽ Ioab pro Absalom suspirare. & ex eo intellexit quod cor eius uersum esset ad Absalom. Misit Thecuã & tulit inde mulierẽ sapientẽ. Thecua ciuitas est, de qua fuit Amos prophetа. Putatur aũt eadẽ uidua auia fuisse eiusdẽ Amos prophetæ. Quæ respondit ei: Heu mulier uidua ego sum. Mortuus est em̃ uir meus: & ancillæ tuę erãt duo filij q̃rixati sunt aduersus se in agro, nullusq; erat qui eos prohibere posset. Et percussit alter alterum, & interfecit eum. Et ecce consurgẽs uniuersa cognatio aduersus ancillã tuam dicit, trade eum qui percussit fratrẽ suum. In ueritate autẽ, ut Hebræi tradunt, hæc mulier ui-

dua duos filios habuit, qui rixati sunt in agro super hæreditate patris sui, & alterũ ab alte c
ro interemptũ. Seipsam tamẽ eadem uidua in persona Dauid posuit, & duos filios suos in persona Amnon & Absalom. Cognationem uero quæ consurrexit aduersus filium suum in persona cæterorum filiorum Dauid. In me domine mi rex iniquitas, & in domo patris mei: rex autẽ & thronus eius sit innocens. Ac si diceret, pro eo quod alter filius meus consurrexit aduersus alterũ, in me sit iniquitas, si tamẽ aliqua esse debet. In te autẽ ò rex Dauid nulla sit iniquitas: quia absq; culpa es, eo quod Absalom Amnon dignum morte interfecit. Et sicut ego absq; culpa sum pro eo quod duo filij mei consurrexerũt aduersum se, & interfectus est alter ab altero: ita & tu absq; culpa es, pro eo quod Absalom Amnon dignum morte interfecit. Quæ ait: Recordetur rex domini dei sui, ut non multiplicẽtur proximi sanguinis ad ulciscẽdum, & nequaquam interficiẽt filium meum. Recordatio hic pro iuramẽto posita est. Ac si diceret: Recordetur rex promissionis suæ, imò iuramenti sui, quo mihi per dominũ deum suum pollicitus est, ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum. Dixitq; mulier: Quare cogitasti istiusmodi rem contra populũ dei? Et loquutus est rex uerbũ istud ut peccet & nõ reducat eiectum suum. Ex hoc loco demonstrat illud, quod paulo superius dictum est: Cessauit rex Dauid ire post Absalom, id est, cessauit ut non exiretur ab aliquo & reduceret Absalom. Inde ait mulier: locutus est rex uerbũ istud ut peccet & non reducat eiectũ suum. Quod uero ait: Quare cogitasti istiusmodi rem contra populũ dei? Populum dei, uocat eundẽ Absalom, siue eos qui cũ illo erant, qui quasi captiui & eiecti erãt, eo quod non reducerentur ad hæreditatẽ dei: ne forte coacti, dijs alienis in terra aliena seruirẽt.

Nec uult perire deus animam, sed retractat cogitãs ne pereat penitus qui abiectus est. Ac si diceret: Deus peccatores qui à diabolo captiui detinentur, ut ad se conuertant uocat, & tu qui eum imitari debes, cur non eo modo agis? Et quando tondebat capillus, semel autẽ in anno tondebatur. In Hebræo ita legitur: Et quando tondebat caput eius. Statuto autẽ tempore tondebat: quia grauabat eum cæsaries. Ponderabat D
capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico. Non em̃ semel in anno, ut Latini codices habẽt, tondebatur caput eius: sed statuto tempore, id est, de triginta in triginta diebus. Post quadraginta aũt annos dixit Absalom ad regẽ: Vadam & reddam uota mea, quæ uoui domino in Hebron. Quadragesimus agebat annus ex eo tempore quo Saul Nobe ciuitatẽ cum sacerdotibus octogintaquinq; propter Dauid interemit. Et idcirco hic idem quadragesimus annus ponitur, ut monstret diuinã ultionẽ suscitari super Dauid, eo quod Abimelech sacerdotẽ fefellerit, & propter eum tot sacerdotũ cædes facta fuerit. Caue lector plerosq; mendosos codices, in quibus scriptũ inuenit, post quatuor (non post quadraginta) annos. In ueracioribus uero codicibus, & in Hebraica ueritate, non quatuor, sed quadraginta scribunt anni. Si uero cõtentiosus quis eosdẽ quatuor annos astruere uoluerit ab eo tẽpore quo Absalom Amnon fratrẽ suum interfecit, usq; ad illud tempus quo patri dixit: Vadam & reddam uota mea, quæ uoui domino in Hebron: perspicue se errare, si diligenter perscrutatus fuerit, inueniet: cum utiq; Absalom interfecto Amnon in Gessur apud Tholmai regẽ tribus annis, & in Hierusalẽ, inde reuocatus non uiso patre, duobus moratus fuerit annis, & sexto anno faciem patris uiderit, & contra eum perduellionẽ præparauerit. Votum nanq; se uouisse mentiẽdo dixit, id est, orationẽ facturũ in loco quo requiescunt Abraham Isaac & Iacob. Et deposuerunt arcam dei. Et ascendit Abiathar donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate. Ideo arcam dei deposuisse dicunt, ut dominus ab Abiathar sacerdote consuleret, quò uersus Dauid ire deberet. Ascendisse aũt Abiathar dicit, id est, orasse. Et quia oraculo diuino non ei respõsum est, idcirco in subsequẽtibus dixit Dauid, ut reportaretur arca dei in urbẽ. Quid mihi & uobis filij Saruiæ? Dimittite ut maledicat. Hebræus non habet, ut maledicat, sed tantũ maledicat. Abisai solus dixerat: Vado & amputabo caput eius: & Dauid ad Abisai & Ioab respondit dicens: Quid mihi & uobis

filij

A filij Saruiæ? Ac si diceret: Nunquid uultis interficere istũ, sicut interfecistis Abner? Dominus em̃ præcepit ei ut malediceret Dauid. Et quis est qui dicat, quare sic fecerit, subaudit, quare sic fecerit nõ dominus, sed Semei. Semei qui maledicebat Dauid ipse est Nabath pater Ieroboam, qui filius Gemini dicit: & in zelo domus Saul maledixit Dauid Nomẽ uero aui eius Gemini fuit, & ipse Semei ex tribu Ephraim filij Ioseph extitit. Vnde & idem Semei ad Dauid dicit: Primus quoq; ueni hodie de omni tribu Ioseph. Ad quẽ Absalom. Hæc est, inquit, gratia ad amicum tuũ? In Hebræo legitur: Hæc est, inquit, misericordia tua ad amicum tuũ? Quod non affirmando, sed negando pronunciandum est. Et est sensus: Misericordia est aut dici debet, quod Dauid amicum tuũ dimisisti & cum eo non isti? Cumq; fugerit omnis populus qui cũ eo est, percutiam regem desolatũ, & reducam uniuersum populũ, quomodo omnes reuerti solent. Scilicet sicut reuerti solent qui amisso in prælio rege reuertunt, sic uniuersus populus Israel reuertetur ad te. Et cum ceciderit unus quilibet in principio, audiet quęcunq; audierit, & dicet: Facta est plaga in populo q̃ sequebat Absalom: & fortissimus quisq;, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur. In Hebręo ita habet: Et fortissimus ipse, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur? quod non affirmando, sed negando pronunciandũ est. Fortissimus iste Dauid intelligendus est: quod & sequẽtia declarant. Scit em̃ omni Israel fortem esse patrẽ tuum, & robustos omnes qui cũ eo sunt. Abijt ancilla & nunciauit eis. Et illi profecti sunt. Hæc ancilla quasi lauandi gratia cum pannis ad fontẽ Rogel ierat, ut penitus res non deprehẽderetur. Puer autem qui rem indicauit Absalom, filius eiusdẽ ancillæ paruulus dicitur fuisse. Surgite & transite cito fluuiũ. Hebræi in hoc loco nõ fluuium, sed aquam habẽt, quæ Iordanis fluuius intelligit. Dauid aũt uenit in castra, quæ Mahanaim Hebraice legũtur: in quo loco obuij fuerunt angeli dei Iacob: sicut in Genesi legitur: Et uocauit Iacob nomẽ loci Mahanaim, id est, castra. Amasa autem erat filius uiri qui uocabat Iethra de Iezraele. In Hebræo legitur Ietra Ismaelites. Vnde & in Paralipomenon ita legitur: Abigail aũt genuit Amasa, cuius pater
B fuit Iether Ismaelites. Ismaelites enim idem Iether uocatur: quia filius eius Amasa opera Ismaelis imitatus, Dauid fugientem nequaq̃ est comitatus, cui dixerat: Tui sumus ò Dauid, & tecũ fili Isai. In libro uero Samuelis idcirco Ietra Iezraelites uocatur: quia peccatum Amasæ filij eius, quod in Dauid perpetrauerat, Ioab eum, id est Amasam percutiente deletum est. Qui ingressus est ad Abigail filiam Naas sororẽ Saruiæ. Naas interpretatur coluber. Idcirco coluber, quia nullum admisisse mortiferũ perhibetur peccatum, nisi id quod originaliter de serpente antiquo contraxit. Est etiam Naas qui & Isai pater Dauid, sicut in Paralipomenon demonstratur: ubi enumeratis filijs Isai legitur, quorũ sorores fuerunt Saruiæ & Abigail. Cumq; uenisset Dauid in castra, id est, in Mahanaim: Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon, &c. Iste Sobi filius fuit Naas regis: cum quo pugnauit Saul: Ipse etiam Naas fecit misericordiam cum Dauid quando fugit à facie Saul: quo mortuo dixit Dauid: Faciã misericordiam cum Anon, sicut fecit pater eius Naas mecum. Interempto uero à Dauid Anon qui ei in decaluandis seruis suis iniuriam fecerat, constitutus est ab eodẽ Dauid in loco fratris. Iste Sobi qui ad Dauid legitur cum cæteris uenisse, & stratoria & tapetia & uasa fictilia & cætera quæ sequuntur ei obtulisse. Fuit autẽ ibi prælium dispersum super faciẽ omnis terræ. Et multo plures erant quos saltus consumpserat de populo, quàm hi quos uorauerat gladius in bello. Saltus hic qui plures consumpsisse quàm gladius uorasse legit, bestias ferocissimas quæ in saltu erant, Hebræi autumant: à quibus plures cõsumpti q̃ à gladio uorati fuerint. Porro Absalon erexerat sibi cum adhuc uiueret titulum qui est in ualle regis. Dixerat enim: Non habeo filiũ, & hoc erit monimentum nominis mei: uocauitq; titulũ nomine suo: & appellatur, manus Absalon usq; in hunc diem. Hic locus superiori loco copulandus est, ubi dicitur: Tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom, cum adhuc palpitaret hærẽs quercui. Et hic iungendũ est: porrò Absalom erexerat sibi, cum

adhuc uiueret, titulum qui est in ualle regis, & cætera quæ sequuntur. Tradunt Hebræi c
quod depositus de quercu, petierit sibi inducias anteq̃ perimeretur, ut faceret sibi titulum ob memoriã sui, eo quod non haberet filium talem qui regno dignus esset. Putabat enim filios suos non solum regno indignos, uerumetiã ob peccatum suum quod in patrem gesserat, præsenti uita indignos. In quo titulo manũ dicitur defixisse, & figurã manus suæ expressisse: & ob hoc titulũ hoc modo uocari. Vocauitq; titulum nomine suo, & appellatur manus Absalom usq; in hunc diem: Quod uero legitur. Et proiecerũt eum in saltum in foueam grandem, & comportauerunt super eum aceruũ lapidum magnum nimis: Proiectum eum in saltum Hebræi dicunt, eo quod gladio peremptus, lapidibus obrui deberet: quippe quia sceleratissimus erat, & geminæ neci obnoxius: scilicet qui & patrem contra legis præceptũ ualde dehonorarit, & turpitudinẽ eius reuelarit. Ad quẽ Ioab, id est, Achimaas dixit: Non eris nuncius in hac die, sed nunciabis in alia. Hodie no lo te nunciare. Filius enim regis mortuus est. Ac si diceret: Nolo ut uir talis, qualis tu es, nuncium feras regi, quod filius eius mortuus sit. Nec enim decet, ut tale nunciũ portes. Idcirco dixit Chusi: Vade & nuncia regi quæ uidisti. Notandũ quod in hoc loco Chusi, non proprium, sed appellatiuum sit nomen. Ac si diceret: Tu es dignus ut nuncium flebile, non Achimas, portes. Venitq; uniuersus populus coram rege: Israel aũt fugit in tabernacula sua. Vniuersus populus qui coram rege uenisse legitur, hi sunt qui cum Dauid permanserant. Quod uero ait, Israel fugit in tabernacula sua, hi intelligendi sunt, qui cum Absalom perduelliones extiterãt. Miphiboseth quoq; filius Ionathan, descendit in occursum regis illotis pedibus. Et notandum quod in Hebræo nõ illotis pedibus, sed legitur, pedibus infectis. Fecerat nanq; sibi idem Miphiboseth ligneos pedes, quibus uti quasi pro naturalibus solebat: sicut solent facere claudi, quemadmodum & ille erat.

Quid ultra loqueris? Fixum est quod loquutus sum. Tu & Siba diuidite possessiones. In Hebræo ita legitur: Dixi tu & Siba diuidite agrũ. Pro eo quod in hoc loco Dauid immemor fuit amicitiæ & fœderis, imo iuramenti, quod habuit cum Ionathan: & tam cru D
dele dedit iudicium, dicens: Tu & Siba diuidite agrum: idcirco Roboam & Ieroboam diuiserunt eius regnum. Miphiboseth enim in Samuelis libro legitur, & interpretatur, os uerecũdiæ. In Paralipomenon uero idem Miphiboseth, Meribaal legitur: & interpretatur, litigans cum altissimo. Litigasse enim cũ altissimo, id est, cũ deo dicitur: eo quod Dauid reduxisset cum pace. Et quod ait idem Miphiboseth regi, etiam cuncta accipiat, postquam reuersus est dominus meus rex in domum suam pacifice: non hoc dixisse suspicatur gratulanti animo, sed insultanti, & quasi contra deum murmurãti: eo quod Dauid dominus in pace reduxisset. Est aũt seruus tuus Chamaan. In Hebræo: Ecce seruus tuus Chamaam, ipse uadat tecum domine mi rex. Chamaam interpretatur, suspirans. Quamdiu cum patre permansit, suspirans uocatus est. Postquam uero in doctrinam Dauid regis transijt, non Chamaam, sed Chamaan (quod interpretatur fidelis) appellatus est. Itaq; omnes uiri Israel concurrentes ad regem, dixerunt ei: Quare te furati sunt fratres nostri uiri Iuda: & transduxerunt regem & domum eius Iordanem, omnesq; uiros Dauid cum eo? Et respondit omnis uir Iuda ad uiros Israel: quia propior est mihi rex. Est enim hic defectus, & hæc subauditio: & plus amo regem quàm tu. Et post pauca: Et respõdit uir Israel ad uiros Iuda, & ait: Decem partibus ego sum maior apud regem: magisq; ad me pertinet Dauid, quàm ad te. In Hebræo ita legitur: Decem partes mihi sunt apud regem, magisq; ego in Dauid q̃ tu. Decẽ uero partes Israel erant, id est, decem tribus, & idcirco magis se in Dauid esse dicũt, q̃ uiros Iuda. Cur mihi fecistis iniuriam? Viri Israel fecisse sibi iniuriam queruntur: eo quod non expectauerit eos tribus Iuda ad reducendũ regem. Nõne sermo meus prior fuit, ut reducerem regẽ meum? Sermo eius prior fuit ad reducendũ regem, sicut in præcedentibus demonstratur in eo loco, ubi dicitur: Sermo aũt omnis Israel peruenit ad regẽ in domo eius: subauditur, ut eum reducerent: quod & maioribus natu Iuda mandasse Dauid per Sadoch & Abiathar sacerdotes le-

A tes legitur hoc modo dicens: Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes: Cur uenitis no
uissimi?? Hebræus: Cur estis nouissimi ad reducendũ regem in domũ suã? Et hic subiungendum est, fratres mei uos: os meũ & caro mea uos, cur nouissimi reducitis regem? Et postea intelligendũ est, mandasse illis quod sermo omnis Israel ad eum iam peruenisset, ita dicens: Sermo aũt omnis Israel peruenit ad regem in domo eius. Durius aũt responderunt uiri Iuda uiris Israel. Et hic defectus est. Dicuntur enim respondisse uiri Iuda ad uiros Israel: eo quod mentirentur, & non facerent hoc ob amorẽ regis, sicut asserebant. Pro quibus uerbis Siba filius Bocri, uir Iemineus cecinit buccina, & ait: Non est nobis pars in Dauid: neq; hæreditas in filio Isai. Ideo cecinit buccina, ut eius sonitu attoniti, tacerent. Quibus tacentibus, dixit: Nõ est nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Isai.

Sermo dicitur in ueteri prouerbio: Qui interrogant, interrogẽt in Abela, & sic perficient. In Hebræo non habetur prouerbio: Iste sermo, sermo legis est, in qua uidetur à dño per Moysen præceptũ: ut quando ingressuri terrã Chanaan essent, & gentes deleturi, primum pacẽ offerrent, & si pax ab eis reciperetur, pacẽ recipiẽtes, tributarij eorũ efficerentur: & si pacẽ non reciperẽt, tunc à filijs Israel delerentur. Idcirco exclamasse mulier sapiẽs de ciuitate fertur: Nõne ego sum quæ respondeo ueritatẽ in Israel: & tu quæris subuertere ciuitatẽ? Quare præcipitas hæreditatẽ domini? Ac si diceret: Cur uis destruere ciuitatem hanc, antequã pacem interrogãdo offeras, sicut in lege iubetur? Cur etiã non eandẽ legem in nobis Israelitis seruas: quæ in alienigenis olim seruata est? Hanc mulierẽ Iudæi, Zaram, filiam Azer, filij Iacob intelligũt: & quod se matrem dixerit, ita dicẽs: Tu quæris euertere matrem Israel. Idcirco matrem, quia multorũ annorũ erat. Ira aũt Iairites erat sacerdos Dauid, id est, magister: sicut alibi scriptũ est: Filij aũt Dauid erant sacerdotes, id est, magistri fratrũ suorum. Dixitq; dns, propter Saul & domum sanguinum: quia occidit Gabaonitas. Domus sanguinum sunt filij Saul: qui cum Doech Idumæo dum adhuc pueri essent, sacerdotes & Gabaonitas in Nobe occiderunt. Hi sunt Armon & Mi-
B phiboseth, quos peperit ei Respha filia Aia, & quinq; filij Michol, filiæ Saul: quos genuerat Adrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi. Quæritur cur filij Michol dicant̃, cum nõ Michol, sed eius soror Merab uxor fuerit Adrieli filio Berzellai. Quod ita soluit: Merab quippe eos naturaliter genuit: & Michol uxor Dauid, quæ & Egla dicitur, eos in loco filiorum nutriuit, & sibi in filios adoptauit: idcirco eius filij dicunt̃. Filij quippe Israel iurauerant eis. Et uoluit Saul percutere eos zelo. Zelo quasi pro filijs Israel & Iuda dicens: Iosue gratis eosdẽ Gabaonitas uiuere permisisse: & filijs Israel & Iuda prædã eorũ iniuste abstulisse: idcirco eos perimere iubet, quasi pro zelo Israel et Iuda. Huius ultionis causa in Gabaonitas, Achimelech sacerdos extitit. Percussit eũ Ionathan filius Semmaa fratris Dauid: Ionathan enim ipse est Nathan propheta Tertiũ quoq; fuit bellum in Gob contra Philistæos: in quo percussit Adeodatus filius saltus polymitarius Bethlehemites Goliath Getheum. Gob enim interpretatur lacus. Idcirco lacus, quia sicut in lacum leonum quis mittitur, ita semetipsum contra Goliath Dauid misit Adeodatus ipse est Dauid. Idcirco dicitur Adeodatus, quia à deo est electus in regnum. Filius saltus, quia de saltu ubi oues pascebat, est eductus. Polymitarius, quia de genere Beseleel mater eius fuit. Bethlehemites: quia Noemi & Ruth tempore ubertatis reuersæ sunt in Bethlehem. Et quia panis causa Ruth à Booz nota est, propterea idem locus, domus panis uocatus est. Quod uero Adeodatus ipse sit Dauid, sequentia declarant, ubi ait: Hi quatuor nati sunt de Aresipha in Geth, & ceciderunt in manus Dauid & seruorum eius. Dixit uir cui constitutum ast de Christo dei Iacob. In Hebræo: cui constituta est scala Christo dei Iacob. Scala eidem Christo dei Iacob, id est Dauid, constituta est: per quã conscenderet ad deum, eo quod idem scilicet cõfessus fuerit se pecasse dño in Vria Etheo: & pœnitentiam agens per hanc scalam conscenderit ad deum. Hæc sunt uerba Dauid nouissima. Nouissima sunt: quia post psalteriũ, & cætera metra, hoc cõposuisse metrum dicitur in quo ait: Dixit Dauid filius Isai. Dixit uir cui constituta est scala Christo dei Iacob. Et de-

scenderunt tres qui erant principes inter triginta, & uenerũt in tẽpore messis ad Dauid c
in spelunca Odollam. Tres isti fuerunt, Abisai filius Saruiæ, & Sibbachai Vsathites, &
Ionathan filius Semmaa fratris Dauid. Hi etiã tres irruperunt castra Philistinorũ, & hau
serunt aquam de cisterna Bethlehem. Et de tribus istis Abisai primus erat, quod in se-
quentibus declaratur. Abisai quoq; frater Ioab filius Saruiæ princeps erat de tribus istis,
nominatus in illis tribus: & inter tres nobilior, eratq; eorũ princeps: sed usq; ad tres nõ
peruenerat, id est, ad tres uirtutes Dauid: sapientiã uidelicet & humilitatẽ & fortitudinẽ:
sicut in præcedentibus dicitur: Sedens in cathedra sapientissimus: Ecce sapiẽtia. Ipse est
quasi tenerrimus ligni uermiculus: Ecce humilitas. Qui octingentos interfecit impetu
uno: Ecce fortitudo. Ad has tres uirtutes nemo fortiũ Dauid peruenit. Idcirco aũt Elea-
zar inter tres fortes, qui erant cum Dauid fuisse dicitur: quia in eo prælio in quo Dauid
interfecit octingentos impetu uno, & Ionathan filius Sammaa uirũ habentẽ digitos ui-
gintiquatuor interfecit. In eo etiã prælio idem Eleazar percussit Philistæos, donec defi-
ceret manus eius, & obrigescerẽt cũ gladio. Et Banaias filius Ioiadæ, filij uiri fortissimi
magnorũ operum de Capzeel. Notandũ quod in Hebræo non habetur, magnorũ ope-
rum, sed magister operum. Capzeel enim interpretatur congregatio dei. Magister enim e-
rat de cõgregatione dei, id est, Cerethi & Phelethi: qui interpretantur, occidentes & uiuifi
cantes. Ipse percussit duos leones Moab, id est, duos fortissimos uiros Moab. Quando
enim Dauid eosdem Moabitas bello aggressus est, & fecit tres funiculos, duos ad morti-
ficandum, & unũ ad uiuificandũ, isti potentes Moabitas tuebantur. Et ipse descendit,
& percussit leonẽ in media cisterna, in diebus niuis. Leo iste, Ioab fuit. In media cisterna,
id est, in domo dñi, ubi cornu altaris tenebat. Cisterna ideo dicit: quia sicut aqua cister-
næ, mundiciã affert: ita etiã nihilominus hæc cisterna, id est sanctuariũ domini, peccata
expiabat. In diebus niuis: quia per mortẽ expiauit peccatũ: iuxta illud Psalmistæ: Laua-
bis me: quod impletũ est in media cisterna. Et super niuẽ dealbabor: quod impletũ est in D
eo quod ait, in diebus niuis. Ipse quoq; interfecit uirũ Aegyptium, dignum spectaculo.
Vir iste Aegyptius Semei filius Iera fuit, qui maledixit Dauid. Sciendum aũt quod idem
Semei de Bahurim fuit, id est, electus. Ideo Aegyptius dicitur: quia opera illius Aegyptij
deum blasphemantis, quem Moyses iubente domino interfecit in eremo, imitatus fuit.
Ille enim blasphemauit deum, & iste maledixit prophetam & regem. Dignũ spectaculo,
id est, dignum morte. Expectabatur enim: ut si egrederetur Hierusalem, interficeretur.
Habentem in manu hastam, id est, legem dei: quam si meditatus fuisset permanendo in
Hierusalem, nõ perimeretur. Quia ergo præceptũ regis abagana id est irritũ fecit, exeun-
do foras Hierusalem: idcirco in eum à Banaia in uirga, id est, rectitudine iustitiæ descen
sum est: & hasta quam non rectam tenebat, ui ab eo extorta est. Et interfecit eum hasta
sua. Hasta enim sua interemptus est: quia non custodiendo legem, legis censura perem-
tus est. In lege enim ita scriptũ est: Dijs non detrahes, & principem populi tui non male-
dices. Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant
inter triginta nobiliores. Intelligit: quia ipse nominari dignus esset inter tres robustos,
id est, Abisai, Sibbachai, & Ionathan: quippe qui uiribus eis æquiparari posset. Hi etiã
tres erant super triginta. Et ne quem moueat, quod in summa non triginta, sed triginta-
septem legantur. Triginta enim & septem sunt hoc modo: septem, uidelicet fortiores hi
sunt, Dauid qui appellatur adeodatus, Abisai, Sibbachai, Ionathan, Eleazar, Semmaa fili
us Aggæ de Arari, & Banaias: ecce septem. Triginta autem hi sunt, Asahel, Eleenan, Sem
ma de Aradi, Elicha, Elez, Hira, Habiezer, Mobunai, Selmon, Maharai, Eleph, Banaias
Phratonites, Eldar, Hidai, Albialbon, Azmauet, Eliaba, Semma de Arari, Haiam, Eli-
pheleth, Eliam, Esrai, Pharai, Iigaal, Boni, Selech, Naarai, Hira, Gareb, Vrias Etheus.
Ideo ergo Vrias Etheus ultimus ponitur, propter id quod sequitur: Et addidit fu-
ror domini irasci contra Israel. Iam enim ultio facta fuerat in Dauid & in domo eius. In
populo uero qui noluit resistere Dauid in perimẽdo Vria Etheo, necdum ultio diuina
facta

A facta fuerat. Idcirco hic ultimus ponitur, ut ultio mortis eius in populo monstraretur.
Pro quo populo legitur in subsequentibus Dauid dixisse: Vertatur manus tua obsecro
contra me, & contra domum patris mei. Et inuenta sunt de Israel octingenta milia ui-
rorum fortium qui educerent gladium: & de Iuda quingenta milia pugnatorum. In He-
bræo, uirorum legitur: In Paralipomenon uero legitur, mille milia, centum milia de Is-
rael, & de Iuda quadringenta septuaginta milia. Quos quidem intelligendum est à Ioab
numeratos esse: sed summam eorum noluisse ostendere Dauid, nisi tantum quantum in
Samuelis libro scribitur. Immisitq; dominus pestilentiam in Israel de mane usq; ad tem
pus constitutum. Tempus constitutum dicit, quando sacrificium uespertinum offere-
batur. Emit ergo Dauid aream & boues, argenti siclis quinquaginta: quod in Parali-
pomenon ita legitur: Dedit ergo Dauid Ornan pro loco, siclos auri iustissimi ponderis
sexcentos. Intelligendum nanque est boues argenti siclis quinquaginta, aream uero sex-
centis aureis emisse.

Secundi libri Regum finis.

IN TERTIVM LIBRVM REGVM.

ET Rat autem Adonias pulcher ualde, secundus natu post Absolom. Notan
dum quod in Hebræo ita legitur: Et ipsum peperit post Absalom, subau-
ditur peccatum. Sadoch uero sacerdos & Banaias filius Ioiadæ & Na-
than propheta: & Semei & Rhei & robustissimi Dauid nõ erant cum A-
donia. Semei ipse est Nabath, pater Hieroboã, qui fuit magister Salomo-
nis, & fuit de Bahurim, id est, de electis. Rhei autẽ ipse est Hiram zairites sacerdos, id est,
magister Dauid. Robustissimi nanq; Dauid suprà notati, fortissimi intelliguntur. Non-
ne tu domine mi rex iurasti ancillæ tuæ, dicens: quod Salomon filius tuus regnabit post
me, & ipse sedebit in throno meo? Iurasse illi Dauid dicitur, quando eam consolatus
B est post mortem filij, sicut in libro Samuelis legitur: Et consolatus est Dauid Bethsabee
uxorem suam. Eritq; cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis: erimus ego
& Salomon filius meus peccatores, id est mamzeres. Inde misericordiam fecisse deum
cum Dauid, Salomon dicit in subsequentibus: eo quod filium qui secundũ legem mam
zer erat, successorẽ illi fecit. Ait enim ita: Tu fecisti cum seruo tuo Dauid misericordiam
grandem: & dedisti ei filium sedentem super thronum eius sicut est hodie. Tollite uo-
biscum seruos domini uestri, & imponite Salomonẽ filium meum super mulam meam.
Seruos hic dicit cerethi & pheleti, id est, septuaginta senes iudices. Habes quoq; apud
te Semei filiũ Gera, filij Gemini de bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessima.
Pessima Hebraice nimrezeth dicitur, quod quinq; literis enũciatur, id est נ nun, מ mem,
ר res, ז zade, ת thau. In נ nun, noeph, id est, adulter: מ mem, moabita: ר res, rasa, id est, im
pius: ז zade, zara, id est leprosus: ת thau, thoaba, id est, abominatus. Et iuraui ei per
deum dicens: Non te interficiam gladio, sed lingua. Postula ei & regnum. Ipse est fra-
ter meus maior me: & habet Abiathar sacerdotem, & Ioab filium Saruiæ. In Hebræo ita
habetur: Et Abiathar sacerdoti & Ioab filio Saruiæ: quod ita intelligendum est: Postula
ei, id est, Adoniæ & Abiathar sacerdoti & Ioab filio Saruiæ regnum. Viuit dominus
qui fecit mihi domum sicut locutus est, id est, sicut promisit Dauid, fecit me ut essem rex
domus Dauid. Sepultusq; est Ioab in domo sua in deserto. Desertum hic pro mun-
dicia ponitur. Munda enim sicut desertum domus eius fuerat ab omni pollutione & san
guine, excepto sanguine Abner & Amasæ. Dilexit autem Salomon dominum ambu-
lans in præceptis Dauid patris sui: excepto quod in excelsis immolabat. Hinc patet Sa-
lomon in eo quod ait: Immolabat in excelsis: quia quatuor annis cunctatus est ædifi-
care domum domini. Illud quippe erat excelsum maximum, id est, altare illud quod
Moyses fecerat. Et præfectus unus erat super terram. Iste præfectus Azarias filius
Nathan erat, de quo supra scribitur: Et Azarias filius Nathan super præfectos non ope-
rum

rum, sed simpliciter. Et erat sapientior cunctis hominibus. Sapientior ethan esdraite, c
& eman, & chalchol, & darda, filijs mahol. Ethan enim interpretatᵉ, durissimus. Esdraita, orientalis. Ethan ipse est Abraham orientalis. Eman qui interpretatur fidelis est Moyses, Chalchol qui interpretatur gubernans, est Ioseph. Darda interpretatur generatio scientiæ. Mahol indulgentia. Generatio scientiæ intelliguntᵉ duodecim tribus, filij Mahol, id est, filij Iacob. Locutus est Salomon tria milia parabolarum. In prouerbijs enim uersus noningenti & quindecim continentur: in quibus etiam continentur tria milia parabolæ. Et fuerunt carmina eius quinq; milia. Et disputauit super lignis à cedro quæ est in libano, usq; ad hyssopum quæ egreditur de pariete: & differuit de iumentis, & uolucribus, & reptilibus, & piscibus. Disputauit enim de naturis lignorũ, iumentorũ, reptilium & piscium, de ui uidelicet & naturis illorũ, & tempore quo nascuntur, & cur non omnia in unaquaq; terra nascantur. Anno quarto fundata est domus domini in mense zib. Mensis iste Aprilis est, qui & Var uocatur. Zib enim interpretatᵉ uultus. Idcirco ultus: quia in dedicatione templi, nubes gloriæ uultus domini texit templum. Var autẽ interpretatur, pauor. Ideo pauor: quia timetur ne ea quæ fruges terræ debent, in hoc mense aeris intemperantia infructuosa fiant. Misit quoq; rex Salomon & tulit Hiram de Tyro filium mulieris uiduæ de tribu Nephtalim, patre Tyrio artificem ærarium. Vnde & in Paralipomenon legitur. Misi ergo tibi uirum prudentem & scientissimũ Huram patrem meum, filium mulieris de filiabus Dan, cuius pater Tyrius fuit. Et notandũ quod in Malakim, Hiram dicitur: in Paralipomenon uero Huram. Hiram enim interpretatur, uiuit sublimis: Huram autem deus excelsus. Hiram in Malakim dicitur fuisse de Tyro, & filius mulieris uiduæ de tribu Nephtalim patre Tyrio. Sciendũ quod de tribu Nephtalim pater eius fuerit: quo mortuo, uxor eius quæ hic mulier uidua scribitur, eundem Hiram in Tyrũ misisse discendi gratia dicatur: & à quo doctus in Tyro fuit, pater eius Tyrius uocatur. Idcirco patre Tyrio fuisse dicitur, cum utiq; pater eius de tribu Nephtalim fuerit. Quod uero in Paralipomenon legitur Huram regem dixisse: Misi tibi uirum D
prudentissimũ & scientissimũ Huram patrem meum, patrem dignitatis gratia eum uocat: sicut in plerisq; locis legitur. Filium uero mulieris de filiabus Dan eum uocat, quia mater eius de tribu Dan fuit, de genere Solomith sororis Ooliab filij Aizamas, cuius filius Solomith Aegyptius in eremo lapidatus est: non enim eadem Solomith sponte eidẽ Aegyptio coniunctᵉ fuit, sed uim ab eo perpessa est: Idcirco meritis eius factũ fuisse dicitur, ut de filiabus eius talis nasceretᵉ, qui operaretᵉ in domo domini. Nam & meritis Balę concubinæ Iacob quondã factum fuisse autumant: quod mortua Rachel non solum Ioseph in loco filij educauit, uerumetiã pro fratribus eius intercesit, ut immemor esset iniuriæ fratrum suorum. Et pro hac re dominus ei tribuit, ut de uno eius filio Dan nascerẽtur Ooliab socius Beseleel, qui ædificaret domũ domini, & altero eius filio Nephtalim nasceretur Hiram, qui domum domini in Hierusalem fabricaret. Quos occidit & effudit sanguinem belli in pace: & posuit cruorem in baltheo suo &c. Sanguinem belli effudisse dicitur: quia cum esset pax, suscitauit bellum. Venit nuncius ad Ioab, quod declinasset post Adoniam, & non declinasset post Salomonem: id est, uenit ad eum fama, quod in domo Salomonis diceretur illum secutum non fuisse Salomonẽ, sed declinasse post Adoniam: ut scilicet antequam Adonias affectasset regnum, Salomonẽ non dilexisse, nec ei fauisse, sed ab eo declinasse diceretur, quod totum rei probauit euentus.

QVAESTIONES SEV TRADITIONES HEBRAIcæ in libros Paralipomenon.

HEber nati sunt duo filij: nomẽ uni Phaleg. Quia in diebus eius diuisa est terra: quia in diebus eius facta est turris, ubi confusio linguarum facta est. Nembrod cœpit esse in terra, id est, potens. Cethura, ipsa est Agar: quod in psalmo manifestatur, cum dicitur: Tabernacula Idumęorũ & Ismaelitarũ Moab & Agareni. Ismaelitas uocãs filios Ismael: qui utiq; Agar filius fuit: & Agarenos, Madianitas, &

A tas, & cæteras tribus, quas de Cethura procreatas, sacra scriptura cõmemorat. Zephi filius Eliphaz, qui in Genesi zepho, id est, speculator nominatᵉ: in Paralipomenon, zephi, id est, speculatus. Scribitur enim utrunq; per ע zade literam. Sephi filius Sobal: in Paralipomenon unipes. Sepho, in Genesi bipes: utrunq; tamen per ש sin literã. Thamna concubina Eliphaz mater Amalek, fuit de genere Horreorum, qui ante Idumæos habitauerunt in terra Seir. Sed in Paralipomenon inter Eliphaz filios cõputatur, quę quanquam eius fuerit concubina, & ex ea susceperit Amalek: ut filiam tamen eam educauit. Heman filius Lothan in Genesi, id est, perturbans: qui in Paralipomenon scribitur Homam, id est, perturbatus. Filius Sobal Alian de genere Horreorum, in Genesi scribitur, Aluan, id est, exaltatus: in Paralipomenon, Alian, id est, eiectus: quia Horrei exaltati fuerunt, anteq̃ Edom terram illam caperet: eiecti postquã ab eo triumphati patriã amiserunt. Hamaran filius Dison, filij Ana. In Paralipomenõ, Hamaran, id est, rubricatus, sordidus, uel temulentus: in Genesi Hamdam, concupiscibilis. Hamaran, & Hamdam, unius hominis nomen est. Akan filius Aser de genere Horreorũ in Genesi tribulator, in Paralipomenõ, Iaekan, id est tribulatus. Phai, eructans: qui in Genesi scribitur, Phau, id est, eructãtes: in Paralipomenon, Phai eructans: cuius uxor uocabatᵉ Mehethabel, quod interpretatᵉ, benigna domini, filia Matreth, id est, dispensatoris. Mezaab filia aurificis, quæ duos patres habere describitur ad significandũ mysterium sub una interpretatione nominũ: ut aurifex genuerit dispensatricẽ: dispensatrix genuerit benignitatẽ domini. Alua in Genesi interpretatur, eleuatio: Aleia in Paralipomenon, super eam. Et notandũ quod primum reges dixerit de Edom, postea duces: cum prius duces fuerint, & postea reges: quorum duces fuerint matres, id est, uxores Esau hic nominat, ut est Oholibama uxor Esau, & Thamna cõcubina Eliphaz. Achã filius Charmi, in Iosue Achan, id est, coluber insidiãs: in Paralipomenon, Achar, id est, turbator. Chalubai filius Esrom, filij Pharez, filij Iuda: ipse est Caleb filius Iephone. Ipse est Caleb Zenezeus, de loco qui uocatᵉ Canaz, ipse duB xit uxorẽ Azuba, ex qua natus est Gerioth. Duxit aliam uxorẽ nomine Ephrata, ex qua suscepit Hur uirum Mariæ sororis Moysi, patrẽ Vri, auũ Beselehel. In Paralipomenon, Chalubai canis meus. In Iosue & in Heptatico Caleb canis. Hesrom & Iephone unũ est. Cum aũt mortuus esset Esrom, ingressus est Chaleb ad Ephrata. Idcirco uocatur Chaleb Ephrata: quia Chaleb fuit uir Ephratæ. Idcirco dicitur Esrom sexaginta annos habuisse, quãdo accepit uxorẽ filiam Machir, ut monstretur per annorũ numerũ, & de Aegypto illum egressum fuisse, & in terrã repromissionis uenisse, quia à uiginti annis & supra ad bellũ describebanᵉ usq; ad annũ sexagesimũ. Ab anno sexagesimo, & leuitæ ministrare, & milites pugnare desinebant. Vnde & Romani eos emeritos uocant, qui iam militare desierunt. Nason genuit Salma. In Paralipomenon, Salma, id est, pax. In Ruth, Salmon, id est, pacificus. In Paralipomenon, Isai filius Obed, id est, sacrificiũ meum. In Regũ uero Gissai: id est sacrificiũ, filius Isai. Abinabab filius Aran, Aminadab. In Paralip. Simmaa. In Regum, Samma. Samma, ibidẽ Sammaa, exaudibilis. In Paralipomenon Abisai, filius Saruiæ, id est, pater sacrificij. In Regũ, Abisai pater meus sacrificiũ. In Paralipomenon: filius Iether Ismaelites. In Regum filius Iethra, Ismaelites. Iethra, residuũ: Iether, modicum residuũ. Filius Ismaelites uocatur propter meritorũ qualitatẽ. Hahalai filius Sesan, ipse est elimelech pater Maalon & Chelion. Sesan ideo dicit filios nõ habuisse: quia isti absq; filijs mortui sunt. In Hieremia: Ismael, filius Nathanię, filius Elisama de genere Ieraa Aegyptij. Quod uero dicit illum de semine regio, Moloch uult intelligi idolũ Moab: quod in Hebræo rex interpretatur. Ziph nomen loci est, à quo fuerũt Ziphæi: qui uenerunt ad Saul. Gazez, id est, tonsor, filius Haran, filij Chaleb, ipse est Nabal carmelus. Ephrata, quia de Ephraim fuit: ab eius nomine Bethlehem Ephrata uocatur. Iair, iudex, qui in Iudicum scribitur, filius Segab, filij Esrom. Idcirco in Iudicum Galaadites putatur, quia Esrom duxit filiam Machir patris Galaad uxorem. Viculos & ciuitates sexaginta suscepit Iair in hæreditatem, eo quod esset auia eius, filia Machir, filij Manasse. Assuhur filius

lius Esrom pater Thecue. Thecue est ciuitas de qua sumpsit Ioab mulierem sapientem. c
Onam filius Hieramiel filij Esrom accepit nomẽ Onam filij Iuda, qui mortuus est. Et in eo differũt, quod filius Iudæ in Hæbręo per ן nun: filius uero Hieramiel per ם scribitur. Maresa patris Hebron. Hebron locus est, ubi Dauid regnauit septẽ annis. Filij uero Hebron, Chore & Thaphua, & Rechem, & Samma: filij autem Maresa. Samma autẽ genuit Raham patrẽ Hierchaam. Hierchaam locus est. Maon filius Sammai pater Bethsur. Beth sur nomen loci est, & ab eodem Maon locus nomen accepit, qui in Regũ scribitur Mohon. Saab filius Iehaddai pater Madmena. Madmeno locus est. Sua pater Machbena. Machbena locus est, & fuerũt hi filij Chaleb: & patrẽ Gabaha, id est, loci, unde fuit Saul. Filij Hur, Sobal pater cariathiarim & Salma pater Bethlehem, Hariph pater Bethgader. Cariathiarim & Bethlehem, & Bethgader nomina locorũ sunt. Cariathiarim, ipsa est Cariatharbe: & Cariathbaal & Hebron, quæ Cariathiarim uocatur, id est, ciuitas Syluarũ. Cariathbaal, ciuitas mariti: Cariatharbe, ciuitas quatuor: quæ omnia interpretari possunt in patriarchis, qui ibi sepulti sunt. Sobal pater Cariathiarim uidebat dimidium requietionum propter uiciniam sepulchri patriarcharũ, cuius filij fuerunt Iethrei, & Phutei, & Semethei, & Maserei. Ex his egressi sunt Serahitæ & Estaolitæ: qui nomina locorũ sortiti sunt, id est Saraha & Estaol, ubi sepultus est Samson. Requietio sepulchrum intelligitur. Filij Salma, filij Vr Bethlehem & Netophati, qui in Regnorũ scribuntur: Eleauan filij patrui eius de Bethlehẽ, & Eled filius Baana Netophatites. Qui idcirco scribuntur coronæ domus Iacob, propter societatem, qua mutuo in prælijs utebantur. Sarai, id est, Saraitæ, de quo suprà dictum est. Iabeth filius Zobeba, de quo in sequentibus scribitur: eo quod exaudierit eum dominus fuit doctor: in cuius cõspectu sedebant filij Cinei, qui & Obab, cognati Moysi, qui in hoc libro scribæ uocãtur. Canentes atq; resonantes ideo scribuntur, eo quod assidue in lege dei & in prophetis uersabantur. In tabernaculis autem eos cõmoratos, & Regum historia scribit. Hi uenerunt de calore patris domus Rechab, id est de stirpe Rechab. Achinoam uxor Dauid Iezraelitis. Hic Iezrahel locus d
est in quo Naboth habitauit. In Paralipomenon Daniel: In Regum, Chilaab, id est, uindicans patrem: eo quod disceptans cum Miphiboseth quæstionibus legis, & uictor apparebat, & patrẽ ulcisci uidebatur. Getraham filius Dauid de Egla uxore sua. Egla interpretatur, uitula: quam nonnulli putant Michol filiam Saul. In Paralipomenon, Simma filius Dauid: qui in Eegum Samua nominatur. Simma interpretat, exaudi: Samua, exaudi tus. Bathsua mater Salomonis. In Paralipomenon dicitur filia Amihel: & interpretat, nomen eius Bathsua filia deprecationis, in Regum Bethseba, filia Eliam filij Achitofel, & interpretatur filia septem, filia satietatis, filia iuramenti. Eliam interpretatur, deus meus populus, Ammiel populus meus deus: in Paralipomenõ scribuntur duo filij Dauid, Noga & Elipheleth, qui in Regum nõ habent. Filij Iosiæ, Sellum, Ioannan & Ioachaz. Sellum est, quem Nechao rex Aegypti captiuũ duxit in Aegyptum. Vnde meminit Hieremias, quoniã hæc dicit dominus ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda qui regnauit pro Iosia patre suo. Qui egressus de loco isto nõ reuertetur huc ultra. Ioachim, qui & Eliachim, ipse Ioachim ductus est in Babylonẽ cum uasis tẽpli domini, & Daniel, Anania & Azaria & Misael cum eo. Ioachim filius eius, qui & Iechonias, qui etiã Chananias, captiuus ductus est in Babylonẽ, cum cæteris uasis domus domini, cum Ezechiele & Mardocheo, in cuius loco substitutus est Matanias, qui & Zedechias. Filij Iechoniæ, Asir Salathiel, unũ nomẽ est, ipse est Pedeia pater Zorobabel. Et interpretat Pedei redẽptus domini, Asir carceratus, Salathiel frutex domini. Sennezer filius Iechoniæ, qui in Ezra Sesbazar nominatur. Sennezer interpretat blasphematus. Sesbazar interpretat tribulatus. Sesbazar scribitur cui Cyrus annumerauit uasa domus domini. Sechenias habuit filium Semeiam unicũ, qui habuit quinq; filios, Athus, Iegaal, Baria, Naria, & Saphat: qui cum patre suo Semeia, qui unicus pater erat, sex computantur. Filij Iuda quinq;, qui iam superius alijs nominibus nominati sunt. Hic aũt mutatis nominibus: ideo repetunt. Pharez interpretatur

A tatur diuisio, Hesron interpretat atriũ, Zara ortus, Charmi ipse est Er. Charmi interpretatur uinea mea. Er uigilans. Hur qui & Onan. Hur interpretat fenestra, Onan murmuratio. Subal ipse est Sela. Subal genuit Raiha, & Raiha genuit Iahad, Iahad genuit Ahumai & Laad. Laad genuit Etham, Ethã genuit Iezrahel, à quo nomẽ accepit urbs, in qua Naboth habitabat. Sobal ipse genuit Raiha, qui alio nomine Er nominat, idcirco quod Er & Onan, in peccato suo mortui sunt. Sobal interpretat spica, Sela missus, Quod uero prius alijs nominibus & modo alijs nominibus nominantur, ad mysteriũ pertinet. Phanuel pater Gedor, & Ezer pater Husa, filij fuerunt Hur, fratres Huri filij Mariæ. Gedor uero & Husi nomina sunt locorũ. Assuhur genuit Ethnan, & nomẽ matris eius Alaha. Ethnan genuit Chos, Chos genuit Soboba, Soboba genuit Iabes, q; fuit doctor, de quo superius dictũ est. Quod uero inter Chos & Iabes introducuntur cognationes Aharhel filij Harum, hæc causa est: Aharhel, ipse est Obab, qui interpretat post exercitũ. Filius Harum, ipse est Iethro, Harũ interpretatur exaltatus. Quia ergo Iabes docebat eos habitantes in tentorijs, sicut superius dictũ est, ideo introducunt in eius progenie, quasi à maioribus eius progeniti sint. Hũc Iabes ferunt nonnulli adhuc uiuere, propter hanc sententiã qua dicitur, prestitit ei deus quę precatus est. Caleb frater Suha ipse est Ram. Ram interpretat excelsus, & Suha humilis. Caleb genuit Mahir, Mahir genuit Eston, Eston genuit Tehinna. Quod uero dicit eum patrẽ urbis Nahas, intelligi potest aut Bethlehẽ aut mater Isai. quia Isai in alio loco Nahas, id est coluber uocatur. Abigail soror est Dauid filia Nahas, id est Isai: qui utroq; nomine uocabatur. Getra Ismahelites habuit uxorẽ Abigail filiã Nahas. Quod uero dicit, isti sunt filij Recha, Recha interpretatur tener, quẽ hic Dauid nonnulli intelligi uolunt. Sic enim ipse ait, Ego sum tener & unctus rex. Et in alio loco, quasi ligni uermiculus tenerulus. Idcirco enim uiri Recha, id est Dauid dicuntur, quia propter exprimendã genealogiã Dauid in hac sententia annotati sunt. Chenez genuit Othoniel & Saraiam. De Saraia dicitur prodisse Ioab. Qui ideo dicitur pater uallis artificũ, quia de filijs eius fuerunt architecti ad ædificandũ domũ domini. Filij Ezra B
Iether & Mared, Effer & Ialon. Ezra interpretat auxiliũ, ipsum enim dicunt Amram patrem Moysi & Aaron. Iether interpretat residuũ, ipse est Aaron. Mared rebellans, ipse est Moyses. Efter puluis, ipse est Eldad. Ialon ilex, ipse est Medad, ijdem duo qui prophetabant. Traditur enim Moysen post acceptã legẽ in eremo patri iniunxisse, ut matrem dimitteret, eo quod illius amita esset, filia enim fuit Leui. Post cuius discidiũ duxisse aliam uxorẽ Amram, ex qua suscepit duos filios hos, Eldad & Medad. Quod uero sequitur, genuitq; Mariã & Samai & Iesba patrẽ Estemoa, Samai Moysen intelligi uolunt qui interpretatur cœlestis. Iesba Aaron, qui interpretatur collaudatio, patrẽ Estemoa, id est ignẽ manentẽ, eo quod filij Aaron in assiduis sacrificijs igne utebãtur. Quod uero sequitur, uxor eius Indaia genuit Iared. Indaia, ipsa est Iachabeth mater Moysi. Nomina uero quę sequuntur penè omnia Moysi nomina intelligi uolunt, quia ideo Iared uocatur, id est descendens, quod de monte descenderit, pater Iedor, id est sepium, eo quod quasi quadam sepis lege, circumdederit populum. Heber iunctor, eo quod populum dei seruitio iunxerit, patrẽ Socho, id est prophetiæ, eo quod ipse sit doctor prophetarum. Icuthiel, id est sperans in deum, eo quod spem habuerit liberandi populũ de Aegypto: siue quod spe parentum de aquæ periculo liberatus sit: patrẽ Zanoha, qui interpretatur gubernator, eo quod magnam populo in eremo gubernationẽ exhibuerit, siue quod doctrina sua, quotidie gubernaret. Quod uero dicitur, hi autẽ filij Bithia, filiæ Pharaonis quam accepit Mered. Pharaonis filiam, idcirco in hoc loco matrem Moysi uocat. & interpretatur filia domini, propter bonam uoluntatem quam in nutriendo puero habuerit, & Amaret, id est Moysi accepta esse dicitur, eo quod relictis idolorũ cultibus, ad dei cultũ conuersa sit. Charmi pater Ceila & Estamoa, qui fuit de Machati. Ceila nomẽ loci est, & Machati similiter. Simnon pater Amnon & Rina filius fuit Estamoa, filij Odaia, filij Asriel, filij Ialaleel, filij Canax, filij Sela, filij Iudę. Er pater Lecha, idcirco hic ponit, ppter

memoriam pristini nominis. Cognationes ergo domus operantiũ byssum in domo iu D
ramenti sunt, qui cum Beseleel morati sunt ad explendũ opus tabernaculi. Iuramenti etenim domus idcirco dicitur, sicut & tabernaculum fœderis, quod in eo fœdus esset dei, quod cũ hominibus fecit, & iuramentũ quod iurauit ad Abrahã, Isaac & Iacob. Quod uero sequitur. Qui stare fecit solem, redit ad progeniẽ Pharez, de quo ortus est Dauid, oportunũ iudicans progeniẽ Iuda, de qua tribus regia orta est, in Dauid terminare. Tradunt enim Hebræi hũc fuisse Elimelech uirũ Noemi patrẽ Maalon & Chelion, in cuius tempore sol steterit, propter præuaricatores legis, ut tanto miraculo uiso, conuerteretur ad dominũ deum suum. Quod quia facere cõtempserunt, idcirco fames inualuit, ut ille qui in tribu Iuda prior uidebatur, famis inopia cum uxore & filijs, non solum patria pelleretur, sed etiam in eadem peregrinatione cum filijs moreretur. Viros autẽ mendacij esse Maalon & Chelion, qui hic securus & incendens appellantur, & de quibus dicitur quod principes fuerint in Moab, eo quod uxores Moabitidas duxerint, in Hebræo expressius ponitur, & ab eruditis illius linguæ didicimus, ut non principes, sed mariti dicantur. Quod uero sequitur, quæ reuersæ sunt in Lehem. Noemi & Ruth demonstrat, quæ in Lehem, id est panẽ post inopiam famis audita ubertate panis, in Bethlehẽ reuersæ sunt. Et quia hæc historia in libro Ruth scribitur: idcirco subsequitur, Hæc autẽ uerba uetera. Figulos uero dicit Habitantes in plantationibus & sepibus, progeniẽ quæ de Ruth propagata est: quæ in sepibus & plantationibus habitasse legitur, quando ad regiã dignitatẽ hæc plantatio peruenit. Cõmorati sunt ibi, hoc est in Bethlehẽ apud regẽ in operibus eius, quia ex eis Dauid rex ortus est, cuius opera miris præconijs prædicantur.

Filij Symeon in Genesi sex describuntur. Hic uero sextus tollitur, eo quod nulla progenies de eo processit. Mutantur uero nomina quædam suis rationibus. in Genesi scribitur Iemuel. Iemuel, mare dei: in Paralipomenon Namuel. Namuel, loquens cum deo. Alius uero in Genesi uocatur Ohad, in Paralipomenon Iarib. Ohad interpretatur laudatio, Iarib litigãs, quia de eius progenie exiuit Zamri, qui cũ scorto Madianitide pec- C
cans, à Phinees peremptus est. Iachin, in Genesi quod interpretatur præparatio, in Paralipomenon Zara, quod interpretatur ortus. Saul uero quem eodem nomine in utroq; libro cõmemorat, hic filium Cananitidis tacet, & uicinitate fratrũ nominis ex Zara, qui interpretatur ortus, decorat. Quod dicit, hæ ciuitates eorũ usq; ad regem Dauid, hoc uult intelligi, quod Sicelech & Bersabeæ, quæ tribus Iudæ fuerũt, & à tribu Symeon inuasæ sunt, à Dauid denuo in pristinã Iudæ redierunt hæreditatẽ. Ainremmon unius uillæ nomen est, quæ interpretur fons malorũ granatorũ. Et uniuersi uiculi eorũ per circuitum ciuitatum istarum usq; Baal. Baal, in hoc loco ipsa est, quæ in alio loco Cariathbaal scribitur: de qua superius dictũ est. Notandum de reliquijs Amalec, Behera filius Baal de stirpe Ruben, ipse est pater Oseæ prophetæ. Notandũ, quod ipsa sit Cetura quæ & Agar. Nam cum dicat rubenitas & gadditas & dimidiam tribum Manasse pugnasse cum Agareis, sequitur præbuisse eis auxiliũ, Itureos, Napheos, & Nodab, qui utiq; filij Ismael fuerunt. Idem in Paralipomenon Nodab, in Genesi Cedma uocatur. Cedma interpretatur antiquorũ. Nodab uter. Fuit enim bellum domini, quia dominus pugnauit cum eis. Transtulit Theglatphalasar Ruben & Gad & dimidiam tribũ Manasse, & adduxit eos in Hala, & in Abor & Hara, ipsa est Rages. In Malachim uero Hara prætermittitur. Iosedech sacerdos, ipse est Esdras. Demonstrat hoc liber eiusdem Esdræ, ubi dicit, Et post hæc uerba in regno Artaxersis regis Persarum Esdras filius Saraiæ filij Azariæ. Sed & in libro suo se prætermittit humilitatis causa. Quod uero dicit Ioanas genuit Azariam, & ipse est Azarias qui sacerdotio functus est in domo quam ædificauit Solomon in Hierusalem, monstrat eundem Azariam restitisse Oziæ regi quando intrauit in templum domini cum thuribulo & terræmotus magnus factus est. Tradunt etiam Hebræi eundem Esdram esse Malachiam prophetam, qui in duodecim prophetis ultimus est. Ipsius filius est Iesus sacerdos magnus, de quo meminit Zacharias propheta. Sciendum

sanè

A sanè quia crebræ appellationes personarũ & immutationes nominum & repetitiones, ad magnum mysterium pertinent. Filij Chaat Aminadab filius eius. Iste Aminadab ipse est, qui in numero Issachar scribitur, pater Core. Filius Samuel, qui in Regum Iohel nominatur, in Paralipomenon Vasseni scribitur, quia Abia filius Samuelis in iudicẽ constitutus, munerũ acceptor erat. Et quia iste Iohel qui & Vasseni sciebat hoc & non corripiebat eum, ideo dicuntur uterq; fecisse. In hoc uero loco demonstrat eum separatum à fratre suo, quia acceptor munerum erat. Eliel pater Ieroham filius Tohu. in Regũ Eliu scribitur. Sic enim habes, & nomẽ eius Elcana filius Ieroham, filij Eliu, filij Tohu. Eliel interpretatũ deus meus deus. Eliu, deus meus ipse. Et hic Eliel dicitur, id est, deus meus deus: in Regum uero ubi necdum ad templi ministeriũ designatur, sed solummodo genealogiæ ordo texitur, dicitur Eliu, id est, deus meus ipse. Quod uero dicitur Hemmam cantor filius Iohel, & expleta genealogia, dicit Asaph fratrem eius: hic frater non unius patris aut matris dicit, sed eo modo quo solemus propinquos fratres appellare. Quod uero genealogia Aaron repetitur, & usq; ad Achimaas peruenit, putat hoc ob laudẽ & memoriam Achimaas factum esse, eo quod fideliter erga Dauid in omnibus egerit. Iecmaam cum suburbanis suis. Iecmaam in Paralipom. per mem, quod interpretatur uindicatio populi. in Iosue scribitur Iecmaan, per nun, id est acquisitio populi. Hac uidelicet ratione, quia q primitus in custodienda lege fuerunt acquisitio populi, propter peccata sua uersi sunt in uindictam populi. Porrò ex dimidia tribu Manasse Aner, & suburbana eius. Aner ex uno de pueris Abrahæ nomẽ accepit, qui uocabatur Aner, eo quod ibi habitauit, & ibi sepultus est. In Iosue uero Thaanach uocatur. Aner interpretatur lumen. Thaanach respõdit. In Paralipomenon Balaã & suburbana eius: in Iosue Giblaã scribitur. Giblaam inueteratio populi, Balaam turbatio populi. Ramoth uero in Paralipomenon scribitur. Vnde dicitur, Ramoth quoq; & suburbana eius in Tribu Issachar. Ramoth uero Galaad quæ in Regum scribitur, in tribu Ephraim: in Paralipomenon de
B tribu Asar. Masal cum suburbanis suis. Hic Masal parabola interpretatur, In libro uero Iosue Misaal scribitur, quod interpretatur interrogatio dei. In Paralipomenon, Hucac & suburbana eius, in Iosue uero Helecath scribitur. Hucac interpretatur sculpsit, Helecath portio, Duæ sunt sedes, una in tribu Issachar & altera in tribu Neptalim in Galilæa ubi fuit Baraath filius Achinoem. In Paralipomenon, Hamon cum suburbanis suis: in Iosue Hamathdor. Hamon interpretatur calefactio, Hamathdor calefactio generationis. In Paralipomenon, Cariathaim & suburbana eius, in Iosue uero scribitur Carthan. Cariathaim interpretatũ urbs maris, Carthan urbs. In Paralipomenon, in tribu Gad Ramoth in Galaad & suburbana eius. Ramoth Galaad in Regum unum nomẽ est, & est in tribu Ephraim. In Paralipomenon uero Issachar Thola & Sua, Iasub & Simeron. Iasub in Genesi Iob nominatur. Iob interpretatur ululatio, Iasub reuocans. Simeron nomen hominis, & Samaron nomen ciuitatis. Simeron ubi nomen est hominis per i, ubi nomen est ciuitatis per a. Filij Israiha, in Paralipomenon quinq; dicuntur esse, & non sunt nisi quatuor, sed annumeratur cum eis pater eorũ Israiha qui unicus patri suo Ozi fuit, & fiũt quinq;. In Paralipomenon, filij Beniamin, Bela & Bechar & Iadiel, in Genesi pro Iadiel Asbel scribitur. Iadiel interpretatur cognoscens deum, Asbel captiuus dei. Omnes isti filij Becher. Vbicunq; in lege scribitur, omnes isti filij, cuiuslibet aut pro meritorũ excellentia, aut pro meritorũ deterioratione fiunt. Filij autem Belan Iehus & Beniamin & Ahoth & Canana. Ahoth de cuius progenie fuit iudex Ahoth, qui in Iudicũ libro scribitur. Canana uero iste est à quo egressi sunt Beniamitæ, qui nephas perpetrauerunt, propter quod magnæ cædes in Israel tẽpore Iudicũ factæ sunt. In Paralipomenon, filij Neptalim Iasihel & Guni & Iezer & Sellũ, in Genesi iste Sellũ Sillem scribitur. Sellum interpretatur pax, Sillem recens. Quod uero sequitur, filij Balaa, quæ fuit concubina Iacob, Quidam putant ideo illam in hoc loco ab Esdra nominatam, quia post mortẽ Iacob legatione functa fuerit inter Ioseph & cæteros patriarchas, qua precati sunt eum

ne recordaretur peccati eorum. In Paralipomenon porrò filij Manasse Asriel, concubinaq; eius Syra. Idem Manasse peperit Machir patrem Galaad. Ferunt hanc Syram filiam fuisse filij Laban, quæ in Aegyptũ famis inopia ad uenundandũ à patre ducta, à Manasse qui horreis præerat misericorditer susceptа, patri cibarijs datis ab eodẽ Manasse in coniugium sumpta est. Huphim & Suphim unũ nomen est, & est soror eius Maacha, quam accepit Esron dum sexaginta esset annorum, ex qua suscepit Segub. Huphim interpretatur thalamus, Suphim unctus. Nomen autem secundi Zalphaad, & idcirco iste secundus nominatur, quia hi duo principes erant in tribu Manasse, id est Huphim, qui & Suphim & Zalphaad. Soror autem eius Regma, id est Bedan, filij Vlam: alius est iste Bedan & alius est Bedan in Regum, id est Sampson. Bedan interpretatur in Dan. Ista soror Regma est Debbora uxor Barach, qui alio nomine Laphidoch uocat. Suthala filius Ephraim, genuit Ezer & Elaad, qui congregata multitudine de Israel ascendere nisi sunt ad terram repromissionis, & in Geth philistinorum interfecti sunt. Fratres uero qui ad cõsolandum Ephraim uenerunt, aut eos dicimus, qui de patriarchis supererant, aut cognationem quam fraterno nomine sæpe nominauimus. Filij autem Beria, id est Sara, quæ ædificauit Bethoron inferiorem. Virtus illius fœminæ describitur. Ozen sara nomen est loci. Elisama filius Amihud, ipse est patriarcha de tribu Ephraim, qui in libro Numerorũ scribitur. Ista est Sichem quam percusserunt Simeon & Leui. Sera filia Azer dicitur prophetissa fuisse & meritorum prærogatiuis exuberasse. Berzaith de progenie Melchiel, de filijs Asel, fuit ditissimus olei & cæterarũ opum, & tulit primitias Elizeo prophetæ. In eo impletũ ferunt quod Moyses de Aser ait, tingat in oleo pedem suum. Ahara filius Beniamin, in Genesi scribitur Gera, quod interpretatur peregrinus: in Paralipomenon, Ahara frater odoris. Et notandum, quod hic quinq; de filijs Beniamin prætermiserit, de quibus nec dum progenies creuerat. Nohaha in Paralipomenon, ipse est qui in Genesi, Naaman, Nohaha requies, Naaman pulcherrimus. In Paralipo. Raphain Genesi scribitur Ahi, quod interpretat frater meus. Rapha medicina. Hi sunt filij Ahod principes cognationũ habitantium in Gabaa, qui translati sunt in Manahath. Manahath interpretatur sepulchrum. In Manahath translati sunt, quando pro scelere in uxorem leuitæ perpetrato gladio corruerunt. Quod uero sequitur, Naaman autem & Ahia & Gera ipse transtulit eos, designat eos fuisse principes, & illis eminuisse Gera. Vnde & singulari numero describũtur, ipse transtulit eos. De isto Gera processit progenies Gera qui fuit pater Semei. Sarachim dimisit uxores suas Vsim & Bara, & fugit in terram Moab, & accepit uxorem Odes, ex qua suscepit filios qui hic scribuntur. Hi fugauerunt habitatores Geth, & ulti sunt fratres suos filios Ephraim, qui eorum ceciderant gladio. Fuerunt autem filij Vlam uiri fortissimi & magno robore, tendentes arcum, & multos habentes filios ac nepotes, centũ quinquaginta. Hic centũ quinquaginta referunt ad filios Vlam, ut iste sit sensus: fuerunt autem filij Vlam centũ quinquaginta, per tropum qui uocatur hyperbaton. Nathinnei, id est donati. Sunt enim Gabaonitæ, eo quod ad seruiendũ dati sunt ad templum domini à Iosue. Azarias quoq; filius Helchiæ. Iste est Helchias sacerdos magnus qui librũ legis inuenit tempore Iosue, & dicitur fuisse pater Hieremię prophetę. Bachbachar carpentarius idcirco describitur, quia artificio suo fungebatur in domo domini, & erat de tribu Leui. Et Barachiæ filius Asaph, filij Elcana, qui habitauit in atrijs Netophati. Netophati nomen loci est, ubi habitauit Helel filius Bana, de quo superius dictũ est, Qui erãt coronę domus Iacob. Abdia filius Semeię, filij Galal, filij Idithun. Iste est est Idithun cantor Dauid. Obseruabãt in porta regis, ad orientẽ de filijs Leui per uices suas, qui erãt cantores, & uicibus suis ad psallendũ cum Dauid ueniebant. Sellũ uero filius Core, filij Abiasaph, filij Core. hic prior Core per Aleph scribit, & sonat Core, secũdus uero per Heth, & sonat Corach. Core clamans, Corach caluus, ipse est q in Numeris scribit. Hi sunt Coritæ sup opera ministerij custodes uestibulorũ tabernaculi. Isti custodiebãt ostiũ tabernaculi exterius. Patres uero eorũ qui subter scribuntur, & qui in psalterio

psalterio titulos habent, ipsi custodiebant ostium interius tabernaculi domini, & erant cantores castrorũ domini. Tabernaculũ dicit ubi dominus requiescebat. His quatuor excubijs creditus erat omnis numerus ianitorũ, & quatuor partes quibus obseruabant custodes domus domini, descriptæ sunt in libro Numerorũ. Erant enim in unaquaq; parte quinquaginta & tres, qui faciunt ducentos duodecim. Phinees filius Eleazar erat dux eorũ corã domino. Hic monstrat Phinees adhuc in eo tempore uiuere. Et in tabernaculo uicibus suis. Hæ sunt uices uigintiquatuor, quæ in sequentibus describuntur, quarũ in euangelio mentio est, de uice Abia. In Gabaon autem cõmorati sunt pater Gabaon Iaiel & nomẽ uxoris eius Maacha. Iaiel, ipse est qui in Regum scribitur Abiel, pater Chis patris Saul. Abiel interpretatur pater meus deus, Iaiel desertus dei, propter meritorũ distantiã. Et notandum quia inter filios Iaiel, Ner & Chis uocantur fratres, sicut & sunt, & in Regum ita habetur. In sequentibus uero dicitur, Ner genuit Chis, non quod eum genuerit, sed quod eum educauerit, genuisse eum dicitur. Isti habitauerũt è regione fratrũ suorũ in Hierusalẽ cum fratribus suis. Quamuis foris muros Hierusalẽ habitarent, dicunt propter uicinitatẽ tamẽ & cõuentũ loci in Hierusalẽ habitasse. Abinadab filius Saul, in Paralipomenon, In Regũ uero ubi occisus est cum patre, Abinadab uocat, id est pater meus uotũ. In alijs uero locis Iesbi, id est, coæquatus. Asbaal filius Saul, ipse est Isbosethh. Esbaal interpretatur ignis maritus. Isbosethh uir confusionis. Filius Ionathan Meribaal qui & Meribabaal, ipse est Miphibosethh. Meribaal interpretat litigãs cum marito. Meribabaal litigans in maritũ. Raphaia & Rapha unum nomen est, filius Binaa, filij Mosa. Rapha interpretatur defluens. Raphaia medicina domini. Azarichambocru unius hominis est nomen. Bocru interpretatur primogenitus, Tradunt enim eum armigerũ Saul Doech Idumæũ fuisse: & puerũ, qui diadema & armillam Saul detulit ad Dauid, filium Doech Idumæi. Ipsum etiã Doech ferunt puerũ Saul fuisse, qui cum eo perrexerat ad requirendas asinas patris sui. Interijt ergo Saul & tres filij eius, & omnis domus eius pariter concidit. Domũ eius pariter concidisse dicit, non ut non esset, de quibus fuit Mardocheus, sed ut non regnaret. Et caput eius affixerunt in templo Dagon. In Hebræo non caput, sed corpus habetur, quia caput iam miserant ad circũducendum. In Regum uero scribitur in Bethsan. Bethsan enim tradunt uocatam domũ Dagon, quæ interpretatur domus dormientis. Alia est enim Bethsan in Iudicũ, & in Iosue, quę interpretatur domus securitatis. Ioab autem reliqua urbis extruxit, id est pereuntibus Iebusæis gladio, si qui ex Israelitis inter eos inuenti fuissent ab eo saluabantur. Iesbaam filius Hachmoni princeps inter triginta. Iesbaam interpretatur sedẽs in populo, filius Hacmoni. id est sapientissimus, ipse est Dauid. Hoc est quod in regum scribitur, Sedet in cathedra sapientissimus, & minuitur de sapientia, quasi uermiculus ligni tenerrimus propter peccatũ, quod cõmisit in Vriam. Et cum in Regum uolumine dicat, octingentos illum uno impetu interfeciss̃e, propter ipsum peccatum: in Paralipomenon, hic dicit trecẽtos eum interfeciss̃e. Vnde & in Regum scribitur, uno impetu. Adohi frater fuit Isai patris Dauid, cuius filius fuit Eleazar qui fuit inter tres potentissimus. id est Baanian filiũ Ioiadæ, & Abisai filiũ Saruiæ fratrem Ioab. Steterunt in medio agri, & eum defenderunt. Dauid scilicet & Eleazar. Hoc in Paralipomenon, in Regum uero singulariter ponitur, ut regis fortitudo monstretur. Descenderunt autẽ tres de triginta principibus ad petram, in qua erat Dauid ad spelunc̃a odollã. Tres isti, hi sunt quos supra memorauimus.

Desiderauit ergo Dauid aquam, qui non desiderio aquæ hoc fecit, sed ad probandum utrũ tam fortes inueniri potuissent qui hoc attentarẽt. Sacrificauit eam domino gratias agens, quia tam fortes uiros in Israel dederat. Et notandũ, quod uinũ quod deo in sacrificiũ offerebat, aqua mixtũ erat. Baanaia filius Ioiadæ, ipse percussit duos ariel Moab. In Regũ scribit duos leones Moab ipse percussit, id est duos uiros fortes de Moab. Idẽ Baanaias multa opera perpetrauit de Capzeel. Capzeel nomẽ loci est. Hic opera eius laudat, id est sapientiam, quia unus erat de septuaginta senioribus Israel. Capzeel congre-

gatio dei. In Paralipomenon Sammoth Arodites, ipse est qui in Regũ scribitur Samma. C
Samma interpretatur ibidem, Samoth nomina. Helez filius Phalti de laito, quod in Regum scribitur. In Paralipo. Helez polonites scribitur. Hic progeniẽ matris designat. Ploni enim fuit proximus Booz: de quo dicitur in Ruth, est quidam propinquior. In Paralipomenon Sibbochai Vphathites, ipse est qui in Regũ scribitur Mobunai. Mobunai interpretatur ædificiũ meum, Sibbochai irretitus. In Paralipomenon Illa Aothites, ipse est qui in Regũ scribitur Zalmon. Zalmon interpretatur sub umbra. Illai exaltatus. Aothites filius Ahothi fratris Isai. Heleb, in Paralipomenon qui in Regũ scribit̃ Heled. Heleb adeps, Heled terra. Hurai in Paralipomenon, in Regũ scribitur Hedai. Hurai interpretatur fenestra mea. Hedai interpretatur acumen meũ. Abiel in Paralipomenon, in Regum Abialbon. Abiel pater meus deus. Albialbon pater meus dolor. In Regũ filij Iasen Ionathan, non est putandũ quod filius eius sit. Sigillatim enim ponitur Ionathan, & est filius eius Sagie in Paralipomenon. Filij uero Asem Gizoni. Iasen interpretatur dormitor. Asem nominatus. Aiham filius Sachar, in Paralipomenon, & interpretat̃ merces, in Regum scribitur Scharar, & interpretatur cantor. Eliphal filius Vr, in Paralipomenon, in Regũ Eliphelet filius Azbai. Eliphal interpretatur deus meus mirabilis. Vr ignis. Eliphelet deus meus liberabit. Azbai pepercit mihi. in Paralipomenõ Hepher Meheratites. Hepher ipse est Eelia pater Bethsabee filius Achitophel. Meherati uenundatus. Hepher fouea. Eliam deus meus mirabilis. Achitophel frater meus ruina, item frater meus mirabilis. Ezro in Paralipomenõ interpretatur atriũ eius. In Regũ Ezrai, interpretatur atrium meum. In Paralipomenõ Naari filius Ezbai, in Regũ Pharai de Arbi. Naari puer meus. Ezbai hyssopus meus. Pharai interpretat̃ gluto, Arbi, locusta. In Paralipomenon Iohel frater Nathan, in Regũ scribitur Igal filius Nathan. Iohel interpretatur dominus deus. Ioel & Ionathan & Nathan propheta fratres fuerunt filij Sammaa fratris Dauid. Igaal redemptus. Quod uero in Paralipomenon Ioel frater Nathan, & in Regũ filius Nathã scribitur, hæc causa est. Illic ponitur pro educatione pater, hic pro natura frater. Mibahar filius Hagari, in Paralipomenon, in Regũ Bani de Gaddi. Mibahar interpretat̃ de electis. Hagari aduena meus: Bani filius meus, de Gaddi, hoc est de tribu Gad. Hira Ietreus filius Iether patris Amase. Huria Etheus uir Betsabee, à loco qui uocatur Eth, Etheus uocatus est. Hi triginta septem fuerunt cum Dauid, cum fugeret ante Saul. Maacha nomen est officij fœminarum de causis muliebribus. Maacha ingeniosa. Selech Ammonites, eo quod in Ammon ministerio fungeretur. Githma Moabites, eo quod in Moab ministerio fungeretur. Hactenus Beniamitæ, Elchana & Iesia & Azrahel. Incipiunt leuitæ. Sed & de Gaddi transfugerunt ad Dauid, de Gaddi, id est, de tribu Gad. Hi præbuerunt auxilium Dauid aduersum latrunculos, id est, Amalechitas qui prædati sunt uxores eius, & eorum qui cum eo erant, usq; dum fieret grandis numerus quasi exercitus dei. Sexcentorum milium numerus, qui de Aegypto egressi sunt. Ioiada quoq; princeps de stirpe Aaron: ipsum tradunt fuisse Phinees, ad cuius comparationem, Sadoch puer uocatur. Quod uero dicit principes cum eis uenisse, id est, sacerdotes. De filijs Issachar uiri eruditi qui norunt singula tempora, Ipsi enim erant doctores, computatores & magistri siue ad festiuitates celebrandas, siue ad cætera, & ideo dictũ est in benedictione Issachar. Suppositum humeros suos & factus est tributis seruiens. Congregauit ergo Dauid cunctum Israel, à Sihor Aegypti. Sihor Aegypti fluuius est à Nilo deriuatus.

In Hieremia, quid tibi est ad uiam Aegypti, ut bibas aquas Sihor? In Iosue de Sihor, qui est super faciem Aegypti, usq; ad terminos Accaron. Cum peruenissent ad aream Chidon. Chidon interpretatur clypeus. Traditur enim iste locus esse ubi Iosue stabat quando dictum est ei, leua clypeum contra urbem Ahi. Eliada filius Dauid, in Regum & in Paralipomenon, in primo loco nominatur eodem modo, in secundo uero loco Baliada. Eliada interpretatur deus meus cognouit. Baliada maritus cognouit. Tradunt propter transgressionem Dauid, hoc nomẽ immutatum. Abinadab interpretatur

A tatur deus meus uotum. Aminadab populus meus uotũ. Iusserat enim idem Aminadab duobus filijs suis Oza & Ahio, ut portarẽt arcam domini humeris suis. Et quia neq; ipsi eam portauerunt, neque Chaatitis ad portandum dederunt, idcirco Oza mulctatus est morte. Fuit enim peccatum in non portando, in sustinendo arcam, iam pœna peccati. Diuisio enim Oza traditur, quod aruissẽt brachium eius, & humerus, ubi arca domini portanda erat, & in illius loco diuisio quædam facta est. Euertit arcam dei in domo Obed Edom. Obed Edom leuita erat, & ignorabat Dauid ob quam causam indignatio dei uenisset in Ozam. Postquam uero cognouit causam pro qua Oza percussus est, iussit eam portari in humeris, sicut sequentia demonstrant. Venit contra illos ex aduerso flentium. Tradunt Philistæos idolum habuisse, cui in lachrymis hominum sacrificium parabatur. Huic illi more suo lachrymis sacrificabant. Et eis ex aduerso Dauid uenit, in quorum capitibus iam furor domini sæuiebat, quando ad eos uentum est. Ideo timuerunt gentes Dauid propter idolum destructum, cui humanis lachrymis sacrificabatur. Tetenditq; ei tabernaculum. Aliud nouum tabernaculum fecit, quo istud quod à Moyse factum fuerat in eremo cooperiret. In cymbalis æneis concrepantes. In Hebræo habet in cymbalis æneis ad audiendum, quia uidelicet ab ipso psalmo incipiebant qui habet in capite: Exaudi domine iustitiam meam, qui est sextusdecimus. In Nablis arcana cãtabant. In Hebræo habet, pro iuuentutibus, quia à psalmo quadragesimoquinto incipiebant qui hoc habet in titulo. In citharis pro octaua cantabant, quia à sexto psalmo incipiebant, qui hoc habet in titulo: pro octaua autem, quidam putant pro circunciſione. Chonenias autem princeps leuitarum, prophetiæ præerat ad præcinendum melodiam, quia ipse eis spiritu prophetiæ, melodias & uerba ad memoriam reuocabat. Barachias & Elchana ianitores arcæ. Hic ianitores portatores uocat. Cumq; adiuuisset deus leuitas qui portabant arcam fœderis timẽtes casum Ozæ. Obededom & Ieihel super organa. Iste Ieihel est de cuius progenie fuit Azhiel prophetes, qui in die-
B bus Iosaphat prophetauit. Sed increpauit pro eis reges Pharaonem & Abimelech. Sadoch autem sacerdotem & fratres illius sacerdotes coram tabernaculo domini in excelso, qui erant in Gabaon. Hic Gabaon, quidam locum quendam arbitrãtur esse in Hierusalem, ubi à Dauid tabernaculum fœderis & arca testamenti domini collocata sunt. Gabaon interpretatur uallis. Excelsam autem propter sublimitatem cultus diuini existimãt. Reuersus est Dauid ut benediceret domui suæ. Quidam benedictionẽ hic per antiphrasim dictam putant. Domum uero Michol filiæ Saul, quã increpauit Dauid, eo quod indignata sit cum uidisset eum subsilientem coram domino ante arcam testamẽti. Fecitq; sibi nomen quasi unius maiorum qui celebrantur in terra. Vnius maiorũ aut Abrahã, aut Isaac, aut Iacob. Vt tolleret Dauid Geth & filias eius de manu Philistinorum. In Regum scribitur, Tulit frænũ tributi, ut dilataret imperiũ suum usq; ad flumẽ Euphratem. Quidam putãt de Adezer dictum, necnõ & de Thibahath & de Chun, in Regum Betha & Beroth. Betha interpretat̃ requies. Berothai fontes mei. Thibahath macellum. Chun compercussus: propter derisionem enim in hoc loco immutatio nominum facta est. Thou rex Emath in Paralipomenon, in Regum Thoi. Thoi error meus. Thou error eorum, quia filium suum in dolo ad Dauid mittebat. Idcirco nominis immutatio facta est.

Misit Aduram filium suum: in Regum Ioram. Ioram, deus excelsus. Aduram decor excelsus. Fecit Dauid sibi nomen ut reuerteretur capta Syria in ualle Salinarũ cæsis decem & octo milibus. Eodem modo & in Regum scriptũ est. Multi enim duodecim milia habent, errore ducti, eo ꝙ in psalmo scribit̃ duodecim milia. sed illic duodecim milia Ioab interfeciſſe perhibetur, hic decẽ & octo milia Abisai, & propter regalis nominis dignitatem, Dauid uictoria asscribitur. Est enim in Paralipomenon planè scriptũ, quod Abisai hæc decem & octo milia interfecerit. Commentarij cõmentatores qui adnotatis rebus & causis regi eas ad memoriã referebãt. Abimelech filius Abiathar in Paralipomenon, in Regum Achimelech scribit̃. Abimelech pater meus rex. Achimelech frater meus rex.

Susa scribitur in Paralipomenon, in Regum Saraia. Susa gaudiũ. Saraia princeps domi- c
ni. Bahurim interpretatur electorũ. Phalthi liberatus. Lais filius Ieonis. Venit usq; Ba-
hurim usq; ad locum doctorum & electorum, è quibus unus erat. Cerethi exterminato-
res. Phelethi admirabiles. Dicuntur enim fuisse septuaginta iudices loco eorum substi-
tuti, quos Moyses in eremo domino præcipiente delegerat. In Regũ filij Dauid sacerdo-
tes, in Paralipomenon primi ad manũ regis scribuntur. Ad unum enim sensum utrunq;
conuenit, quia hic dicit eos primos, & illic sacerdotes, propter nobilitatem & prioratũ.
Hi enim sunt qui in Ebron nati sunt. Faciam misericordiam cum Anon filio Naas. Præ-
stitit enim pater eius mihi gratiam. Naas fuit rex Ammon, qui in Regum scribitur, cum
quo primũ Saul in defensione Iabes Galaath pugnauit, & uicit eum. Quia ergo erat ini-
micus Saul, idcirco gratiam præstabat Dauid, si quando ad eum ueniebat. In Regum di-
midiam partem barbæ præcidit, & uestes eorum medias usq; ad nates. In Paralipomenõ
decaluauit & præscidit tunicas eorum medias usq; ad inguina. Quod in uno loco deest,
in alio habetur. Vnde colligitur eos decaluatos fuisse, & barbas rasas eos habuisse, & ue
stimẽta præcisa antè & retrò. Sophach autem princeps militiæ erat Adadezer. Sophach
interpretatur euisceratus: in Regum scribitur Sobach: & interpretatur columbaris. Tu-
lit autem coronam Dauid Melchom de capite eius. Melchom idolum Ammonitarum,
de quo in Regum & in Paralipomenon, & in Sophonia scribitur. Melchom interpretat̃
rex eorum. De simulachro enim illius idoli tulit Dauid diadema. Illicitũ erat de idolis ali
quid auri appetere aut argenti Iudæis per legem. Sed ut ipsi tradunt Ethai Ietheus qui de
gente Philistinorũ ad Dauid uenerat, ipse diadema diripuit in capite Melchom, ut lice-
ret Hebræo de manu hominis capere, quod de capite idoli non licebat. Post hæc initum
est bellum in Gezer. in Regum, in Gob. Gob interpretatur locusta. Gezer uero nomen
loci est, & interpretatur ordinatio. Sicut locustæ ita filij Araphe delebant Israel. Arapha
enim fuit nurus Noemi, de cuius progenie fuerũt gigãtes, Goliad & fratres eius. in quo
percussit Sobochai Husethites Zaphai, in Regũ Zaph. Zaph interpretat̃ liminare. Za- D
phai liminare meũ. In Paralipomenõ de genere Raphaim, in Regũ de stirpe Rapha, quia
filij Orphe erant de genere gigantiũ. in quo percussit à deo datus. In Hebræo legitur Ele
hanan filius Iair Leemites frater. Ihir uigilans, in Regũ scribitur Hur filius Iaare, quod in
terpretatur saltus: in Regũ scribitur Betlehemites, in Paralipomenon Lehemites frater.
Interfecit ergo Goliath, Getheum fratrem Goliæ Philistæi, quem interfecit Dauid. Fue-
runt enim de stirpe Orphe quinq;, de quibus in sequentibus dicit. Et percussit eum
Ionathan filius Sammaa fratris Dauid. Ionathan ipse est Nathan propheta, qui habuit
duos fratres, Iohel & Ionadab. Idcirco ei hic nomen patris ponitur, quia inter præliato-
res describitur. Vbi uero de prophetia eius scribitur, nõ ei annotatur pater, eo quòd pa
ter eius propheta nõ fuerit. Quod in peccatũ reputetur Israeli, id est in mortẽ quæ pro
peccato uenit. In Paralipomenon quingenti septuaginta milia. in Regũ mille trecẽta mi-
lia. In Paralipomenon scribuntur & hi qui remanserũt, & hi qui interfecti sunt. in Regũ
uero uiui tantũmodo numerãtur. Quod uero scribit̃ septuaginta milia interfecta fuisse,
hic tantũ capita seniorũ numerant̃. Cęterum de plebe tot milia interfecta sunt, quot mil-
lenarium trecenta numerum excedunt. De tribu Leui & Beniamin, quia non sunt nume
rati, non sunt interfecti: quia Beniamin ideo euasit, quia recenti tempore fraterno gla-
dio penè usq; ad internecionem corruerat. Leui uero non numerabatur, quia sacerdo-
tij dignitate præcellebat. Gladium domini & mortẽ, & angelum domini. Dicitur do-
minus in Aegyptum descendisse, & percussisse Aegyptũ plagis, & peremisse primogeni
tos Aegyptiorum. Hic uero quod terribiliter positum est, primũ de gladio domini, tem
peratur dum dicitur, & angelum domini, non in manu hominis: ut flagellum eius non
esset in manu hominis, sed in manu dei, quia multæ miserationis est. Flagellum enim ho
minis, & in gladio est & in fame, quia possunt prohibere uenundationes hi apud quos
sunt frumenta. Vidit dominus, & misertus est. Aiunt Sadoch sacerdotem infulatum do-
minum

A minum deprecatum fuisse, & imitatũ fuisse patrem suum Aaron, & illius preces & deuo
tionem dominũ uidisse, & misertũ fuisse. In Paralipomenon Ornan, & interpretatur lu-
men nobis, in Regũ uero Areuna, id est arca. Ornan Iebusæũ fuisse ibi patefcit, quia no-
luit Dauid absq; pecunia aliquid eius offerre domino. In lege enim est prohibitũ. Quidã
idcirco dicũt bis sanguinẽ fusum à Dauid pro sanguine hostili, quem effudit. & pro san-
guine Vriæ qui effusus est. Filij Gersan filij Moysi, Sebuel primus. Ipsum ferũt esse qui
in Iudicum Ionathan scribitur, qui fuit sacerdos in tribu Dan. Ionathan interpretat̃ do-
mini donum, Sebuel reuertens ad dominum, de quo scribitur, Ipse & filij eius fuerũt sa-
cerdotes in tribu Dan, usq; ad diem captiuitatis terræ, id est usq; ad diẽ quando arca do-
mini ab Allophylis capta est. Sebuel reuertitur deus, iuxta hoc quod habetur in prophe
ta, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Porrò filij Rahabia multiplicati sunt
supra domum. Et hic impletum est quod dominus dixit ad Moysen, Dimitte me, ut de-
leam populum istum, & faciã te in gentem, quæ maior ista est. Nouissima supputabitur
filiorum Leui, quamdiu tabernaculum domini mutabatur de loco ad locũ, à uiginti an-
nis eligebantur. Postquã uero templum domini ædificatũ est, à triginta annis. Quod ue
ro in quibusdam codicibus habetur ad feruentẽ similam, & in quibusdam ad feruentem
tantũmodo, error inest. In Hebræo nõ habet in hoc loco similam, quia simila iam paulo
superius nominata est, sed ad torrendum, in Hebræo ponitur, ut subaudias spicas. Primi
tiæ enim spicarum quando deferebantur, torrebantur, & grana comedebant̃. Quod ge
nus cibi uulgò graneas uocãt. In quibusdam codicibus habetur, super omne pondus &
mensuram, sed in Hebræo in hoc loco pondus nõ habet, sed mensurã tantum geminato
nomine positam, siue eam quæ brachijs aut manibus aut funibus metitur, siue eam quæ
uasis. Principes sanctuarij, filij Ithamar. Principes dei de filijs Eleazari, principes sacer
dotum de Eleazar. Et idcirco principes dei dicuntur principes sanctuarij de Ithamar,
quia ibi ministrabãt. Vicesima Ezechiel: à qua cognomẽ sortitus est Ezechiel prophe
B ta. Salomith de filijs Issachar, superius generis fœminini, Salomith uero in sequentibus
generis masculini. Filij Merari, Iaaziahu. Hic Iaaziahu in uicesimaquarta Maaziahu scri-
bitur. Maaziahu interpretat̃ de auxilio dei, Iaaziahu auxiliũ domini. Vt exaltet cornu,
id est cornu Israel: siue cornu, regem Dauid. In sorte uicesima Eliba, qui paulo superius
Eliatha nominatus est. Eliatha interpretatur deus meus tu, Eliba deus meus ueni. Obed
Edom plaga australis, & filius est domus consilij. Domũ consilij pleriq; intelligi uolunt
sanctasanctorum, in quo erat arcanum consilij. Elihu frater Dauid princeps Iuda, in Re
gum Eliab uocatur. Eliab deus meus pater. Elihu deus meus dominus. Noluit aũt eos
Dauid numerare à uiginti annis inferius. Vsus enim erat, ut si quando numeraretur à ui
ginti annis & suprà numerarentur, hi qui poterant ad bella procedere, aut aliquo mini-
sterio fungi. Quia uero Dauid generaliter iussit omnes numerari, & infra uiginti annos
& supra uiginti annos, idcirco indignationẽ domini expertus est. In fastis regis Dauid,
quia superueniente indignatione dei, omnis iste numerus conturbatus est, & nõ fuerũt
distributi per ministeria, neq; ad aliqua officia. His aũt thesauri qui erãt in urbibus. The
sauros in hoc loco nõ solum pecuniã, sed & omnes substantias nominat. Ionathan autẽ
patruus Dauid consiliarius, ipse est Nathan propheta. Patruus uero honoris & propin-
quitatis causa uocatur. Iahiel filius Achamoni erat cum filijs regis. Iste Iahiel est filius Da
uid, qui in Regũ Chilab nominat̃, Achamoni sapientissimus ipse est Dauid. Tauros mil-
le cum libaminibus suis, id est cum uino. Vnxerunt secundo Solomonem filiũ Dauid.
Vnxerunt autẽ eum in principem, dicentes: Quicunq; regnet, tu deus noster, tu semper
sis deus noster. Qui præerant substantiæ regis cum eunuchis. Quæri potest, cur hic eu-
nuchi ad tam grande consilium uocati esse dicantur, cum Israelitas abscindi lex prohi-
beret, & alienigenæ non facile possunt admitti ad tam grande consilium. Tradunt He-
bræi in hoc loco illos uocari eunuchos, qui ab omnibus actibus seculi alieni, ora-
tioni tantum & lectioni uacabant, & uxores non causa libidinis, sed suscipiendæ prolis

gratia

gratia habebant, quos Iosephus secundū eorū hęresim Essenos uocat. Audite me fratres c
mei & populus meus. In hoc loco & fraternitatē & prioratū suū demonstrat. Seditq; Solomon super thronū dñi propter similitudinē leonū, qui etiā in Cherubim describunt. Gesta aūt Dauid priora & nouissima: priora quādo regnauit in Hebrō, nouissima, quando regnauit in Hierusalē. Notandum q̄ quadraginta annis regnasse perhibet. & in libro Samuel secūdo scribit septē annis & sex mensib. in Hebron, in Hierusalē triginta tres.

Primi libri Paralipomenon finis.

IN LIBRVM SECVNDVM PARALIPOMENON.

Decisti cum patre meo misericordiam magnam, & constituisti me regem pro eo. Quia secundum legem prohibitū erat, me qui de alterius uxore generatus sum, introire ecclesiā dei. Et fecit eos esse in urbibus quadrigarū, & cum rege in Hierusalem. Vrbes quadrigarū dicit cortes, quæ in Hierusalem erant ædificatæ ad stationē curruū, quod & sequentia monstrant, cum dicitur, & cum rege in Hierusalem. Et qui de Aegypto, & qui de Coa. Alij dicunt insulam esse unam de Cycladibus, in qua fuit Aesculapius. Hebręi dicunt, et hoc nomine congregationem significari. In Paralipomenon Huram, quod interpretatur deus excelsus. In Regum Hiram, quod interpretatur uiuit excelsus. Misiq; tibi Huram patrem meum. Hic Huram filius fuit mulieris de progenie Salomit, de tribu Dan, qui in libro Numerorum scribitur. Patrem uero eius tradunt Hebrei fuisse Hebræum de progenie Ooliab de tribu Dan, qui in eremo cum Beseleel operatus est. Quod uero hic Tyrium eum uocat, illi dicunt hoc translatione factum fuisse. Zori enim lingua eorum plasmator intelligitur. Tyrus enim, quam illi Zor uocāt, in quibusdam locis plasmatio intelligi solet. Idcirco uocat illum patrē suum, quia ad eum de terra Israel ad peregrinandum profectus, docuit eum timorem domini, & adduxit eum ad cognitionē dei. Moria interpretatur uisio, ipse est enim locus, de quo dictum est Abraham, Vade in terrā uisionis. In mensura prima, id est mensura qua Moyses tabernaculum in eremo mensus est. Iachin interpretatur præparator, hunc uolunt in d
telligi Dauid. Booz propter uirtutem castitatis. Secundum speciem quam iusserat fieri, subauditur deus. Boues propter memoriam uituli in eremo conditi. Basilicam grādem, ubi reges orabant. Dominus dixit ut habitaret in caligine, quando ad Moysen dixit, Ecce ego uenio ad te in columna nubis. Et cū deprecati fuerint in loco isto. Exaudi de cœlo, & propitiare peccatis eorum, & reduc eos in terrā quam dedisti patribus eorū. Cum enim eos in loco ipso oraturos dicat, cur dicit, & reduc eos in terram quam dedisti patribus eorum, nisi fortè hi qui ibi ad orandum uenerint, obtinere ualeant, ut hi qui in captiuitatem ducti sunt, reducantur. Et conuersi à peccatis suis exaudias eos. Notandum, quod cum ad orandū pergitur, à peccatis conuertendū est. Sanctificauit Solomon medium atrij ante templū domini. Quia præ multitudine sacrificiorū hostiæ non poterant offerri omnes in altari, & ideo mediā partem atrij dedicauit, ut & in ea ita offerrēt, sicut in altari. Fecitq; die octaua collectā. Hæc est collecta, quæ in libro Numeri scribit, Dies octauus erit uobis celeberrimus atq; sanctissimus. Est em̄ cœtus atq; collectæ. Duabus enim uicibus in anno hæ collectæ colligebant, id est die octauo paschæ, & die octauo tabernaculorū. Et notandū, quod in ea quæ in pascha celebrabat, dicitur, Celebrabitis collectam domino deo uestro: in ea uero quæ in solennitate tabernaculorum, Celebrabitis collectā uobis. Non auertas faciem Christi tui, id est non reprobes deprecationē meam. Vnde & dicitur, Suscepi faciem tuam. Lætantes atq; gaudentes super bonis, quæ fecerat dominus Dauid, & Solomoni, & Israel populo suo. Quia Dauid dimisso peccato Vriæ Ethei regnum concessit in sempiternum: & Solomoni quem lex prohibebat ecclesiam dei intrare, non solum ueniam, sed etiam regnum concessit: & Israel, qui post multitudinem præuaricationum, templum in quo domum inuocarent, requiem & dei gratiā meruerunt. Ciuitates quas dederat Hiram, Solomon ædificauit. Eas ciuitates quas Solomon dedit Hiram, & iste noluit eas suscipere, sed uocauit terram Chabul, ipsas dicit Hiram

A ram Solomon dedisse. Omnia quæ uoluit Solomon atq; disposuit ædificauit in Hierusalem, & in Libano. Hic in Libano tēplum significat, iuxta istud Ezechielis: Aperi Libane portas tuas, in solennitate hebdomadarū, id est pētecostes. Reliqua aūt opera Solomonis priorum & nouissimorū. Priorum antequam præuaricatus esset, posteriorū post quam præuaricatus est. In uisione quoq; Iaddo uidentis. Iaddo ipse est prophetes, qui ad arguendum Ieroboam pro altari quod fecerat, à deo missus est in Samariam. Pater tuus durissimo iugo nos oppressit, eo quod uigintiquatuor milia per uices mensibus singulis morabantur cum rege in Hierusalem. Inijt consilium cum senibus qui steterūt coram patre eius Solomone, id est cum Banaia filio Ioiadæ, & Iahiel filio Achamoni, qui alio nomine Chilab uocatur. Relicto consilio senum, cum iuuenibus tractare cœpit, id est Adhuram, qui in sequentibus lapidatus describitur. Nunc autem uideo domum tuam Dauid. Nunc autem uideat deus, quia quod nos à domo Dauid recedimus, peccatum est filiorum eius, qui nos abijciunt. In Regum Aduram, in Paralipomenon Adhuram. Aduram fluuius exaltatus, Adhuram ruina exaltata. Et ædificauit ciuitates muratas. Causa belli ædificauit ciuitates. Sacerdotes excelsorum & dæmonum. Quia sicubi fiebat imago, dæmones dabant responsa, & constituebantur eis sacerdotes. Duxit autem Roboam uxorem Malaad, filiam Ierimut, filij Dauid. Iste Ierimut non scribitur, neque in Regum, neque in Paralipomenon, quia fuit de filijs concubinarum. Accepit Maachan filiam Abessalon. Non est iste Abessalon filius Dauid, sed alius, quod in Regum uolumine demonstratur. Scripta sunt in libro Semeiæ prophetæ & Addo uidentis. Hunc Addo superius Iaddo nominauit. Stetit Abia super montem Samaraim. Multi putant hoc de Samaria dictum, quod nō potest esse. Fuit enim mons in Ephraim, haud procul à Carmelo, ubi fuit Elias. Ipsi & filijs eius pactum salis. Pactum salis in quibusdam locis pro lege ponitur, quæ omnium condimentum est, & in hoc loco pro domo Dauid, qui uniuerso Israeli condimentum fuit. Porrò Roboam erat rudis & cor-
B de pauido. Quia Semeiæ prophetæ uerba extimuit. In tauro & arietibus septem consecrabantur manus illius qui sacerdos futurus erat. Hunc enim morem Ieroboam cœperat ad sacerdotes idolorum consecrandos. Et corruerūt uulnerati ex Israel quinquaginta milia uirorum fortiū. Hi nimirū qui ante idolum curuauerunt genua sua. Præceptum enim erat in lege, ut si quis idolum adoraret, moreretur. Et cepit Bethel & filias eius. Bethel ipsa est, in qua posuerat Ieroboam uitulum. Ephron quoq; & filias eius. Ephron ipse est Sichem. Azarias aūt filius Odeth. Odeth ipse est Iaddo, qui ad Ieroboam missus est. In tempore illo nō erat pax egredienti & ingredięti. Tradunt hoc quinquagintaduobus annis post euersionē templi impletum, ita ut in his quinquagintaduobus annis, nec auis uolauerit, nec bestia pertransierit per Hierusalem, & Israel fuerit absq; spe, & omnes gentes in conturbatione. Et ædificauit altare domini quod erat ante porticum. Illud scilicet quod à Solomone constructum fuerat, renouauit. In omni enim corde suo iurauerūt. In corde, in ieiunio, & in afflictione, in uoluntate, in eleemosyna. Sed & Maacha matrem Asa regis. Idcirco non dixit matrem suam, quia non ambulabat uiam rectam, sicut filius eius. Ex augusto deposuit imperio, hoc est de sacerdotio. Comminuit simulachrū Priapi, & combusit in torrēte Cedron. Aiunt cōminuisse istud & clam uoluisse proijcere, quod dominus ut patefaceret, in torrente Cedron ex aqua ignis processit. Iussit eum in neruū mitti, eo quod publicè se arguit. Doluit pedes Asa, quia podagrico humore correptus est. Notandum, quod regibus causa reuerentię combustiones uestimentorū & aromatum fiebant. Vnde dicitur, & iuxta combustiones maiorum facient tibi. Et ambulauit in uijs Dauid primis, id est, antequam peccasset Dauid. Post istum quoq; Amasias filius Zacri consecratur domino, eo quod esset de tribu Issachar, & esset doctor. Porrò rex Israel stabat in curru suo contra Syros, usque ad uesperum, & mortuus est occidente sole. Accepto uulnere mortali, iussit se teneri, ne deprehenderetur ab hostibus, quod uulneratus esset, & illius ruina & hostibus uictoriā, & populo

periculum

periculum fugæ incuteret. Occidẽte sole mortuus est, ut nocte præsidiũ fugæ suæ popu c
lus haberet. Ieu filius Anani, illius uidelicet prophetæ, qui ab Asa rege Iuda in carcerem
missus est. Filij Moab & filij Ammon & cum eis de Ammonitis. Ammonitas Idum æos
uult intelligi, quia ob reuerentiã paterni nominis, nolebãt in pristino habitu arma mo-
uere contra Israel, sed transfigurabant se in habitũ Ammonitarũ. De his locis quæ trãs
mare sunt. Mare Salinarũ, ubi Iordanis influit, ante atrium nouum. Atrium nouum uo-
cat, id est atrium, quod peccando uetus fecerant, & pœnitendo ad pristinam nouitatem
reduxerant. Nomen enim tuum in domo ista. Quod scriptum erat in fronte pontifi-
cis siue in uestimẽto Ephod, quod in sequentib. monstrat. Idem locus Ieruel uocatus est
ab ea die, id est timor dei. Egressi sunt per desertũ Thecue, unde fuit Thecuites fœmi
na. Confitemini domino, quoniam in æternũ misericordia eius. Idcirco deest bonus,
quia in hac re non mansuetudinẽ suam, qua omnes tolerat, sed iudiciũ exercuit. Voca
uerunt locum illum uallis benedictionis. Vallis benedictionis, ipse est Ieruel, de quo su-
prà dictum est. Nomẽ matris est Azuba, filia Silai. Silai interpretat missus, ipse est Anani
prophetes, filius Iaddo, de quo superius dictum est. qui idcirco missus uocatus est, eo ꝙ
ad patrem Iosaphat generum suum ad prophetandum missus sit. Prophetauit Eliezer
filius Dodahu. Dodahu intelligitur filius auunculi eius Iosaphat fuisse. Omnes hi filij
Iosaphat regis Iuda. quia imitabantur opera regis Iosaphat, ideo duplicatur cum dicitur,
Omnes isti filij Iosaphat. Ambulauit Ioram in uijs regũ Israel, sicut egerat domus A-
hab. Filia quippe Ahab erat uxor eius. Athalia erat uxor eius, quæ non Ahab, sed Amri fi
lia erat, sed imitatione illius, filia eius uocata est. Vnde & in Regũ dicitur de Ioram. Erat
quippe gener domus Ahab. Insuper excelsa fabricatus est. Pleriq; putant in domo domi
ni illum excelsum fabricatum fuisse, quæ sita est in mõte Moria, quod manifestius in ge-
stis Manasse regis ostenditur. Nec remansit ei filius nisi Ioahas. Ioahas, ipse est Atha-
sias, pater Ioas filius Ioram, cuius soror fuit Iosabeth. Iosabeth uero non fuit filia Atha-
liæ, sed de alia uxore suscepit eam Ioram. Quæstio ualde perplexa oborit. Dicit enim d
regnasse Ioram octo annis, & uixisse eum quadraginta annis, & dicit filiũ eius Athasiam
cum regnare cœpisset, fuisse quadraginta duorũ annorũ. Quod si ita est, duobus annis
antequam ipse natus est, ipse illum genuit. Quod nisi soluatur, q̃ sit ridiculum, etiam sim
plex lector aduertit. Ipse enim Iorã, qui hic quadraginta annis uixisse describit, & octo
annis regnasse, uixit annos quadraginta, & regnauit uiginti & octo. octo enim anni qui
ei in regno tribuuntur, ipsi sunt antequã fratres occideret, cum adhuc innocenter uiue
ret. Viginti uero anni quibus regnauit, ideo à numero eius auferunt, quia in languore
& in tribulatione deduxit eos, ideo filio eius tribuunt, qui nõ amplius q̃ uigintiduos an
nos habens, regnasse perhibet, ne de numerorũ summa remanẽtes, errorẽ indagini tem
porũ facerẽt. Ahazias enim uixit uigintitribus annis, uno tantũ anno regnauit. Collatio
enim lectionis libri Regũ huic soluendæ quæstioni magnũ præbet auxilium. Igitur Aza
rias filius Ioram rex Iuda, hic Azarias paulo superius Ahazias nominatus est. Ahazias in
terpretatur apprehendens dominũ: Azarias adiutorium domini. Et ideo mutatur ei no
men in melius in hoc loco, eo quod iuxta præceptum domini, ad infirmum uisitandum
descenderat. Et filios fratrum Ahaziæ qui ministrabant ei. Filios fratrum dicit consobri
nos & consanguineos. Et tertia pars in porta quæ appellat fundamenti. Porta funda-
menti, porta sanctuarij. Et omne reliquum uulgus obseruet custodias domini, id est,
quamuis necessarij sint ad implendum opus, id est ad confirmandum regẽ, obseruẽt ta-
men custodias domini, ne quis exterorum ingrediatur locum, quem ingredi nõ debent
nisi sacerdotes & leuitæ. Imposuerunt super eum diadema & testimoniũ. Testimonium
phylacteria, eo quod in illis decem uerba legis essent. Vnxitq; eum Ioiada pontifex & fi-
lij eius. Zachariam dicit, qui propheta erat, quem postea idem Ioas interfecit, ut ad ma-
gnum damnationis pertineret augmentum, cum interficere, qui se in regem unxerat.
Vidit regem stantem super gradum suum, super columnã uidelicet quam Salomon
præpa

a præparauerat regibus in Basilica. Pepigit Ioiada fœdus inter se uniuersumq; populum &
regẽ. Se in loco legis & dei, quippe qui minister dei erat collocans: & cuius nomẽ inter-
pretatur dominũ cognoscens. Et populum & regẽ, ut & populus & rex obedirẽt deo &
legi eius, & populus erga regẽ fideliter ageret, & rex populum cum iustitia regeret. Sub
manibus sacerdotũ leuitarũ. Ne de alia tribu sacerdotes fierent, nisi de Leui. Constituit
quoq; ianitores in portis domus domini, ut nõ ingredereť immundus in omni re, id est
ut nullatenus ulla occasione ingredereť in domũ domini aliquis de sacerdotibus Baal.
Et urbs quieuit: siue quæ eatenus idolorũ cultibus tempore Athaliæ inquieta erat, siue
quia post tumultũ quo rex unctus est, Athalia interfecta, singulis ad domos suas pergen
tibus, omnis tumultuatio cõquieuit. Et nomẽ matris eius Sebia, de Bersabee. Idcirco no
men patris illius nõ scribiť: quia nõ fuit tam celebre, ut scribi potuisset. Quorũ enim no-
mina scribunť, aut celebritate, aut potẽtia, aut generositate illorũ fit. Egredimini ad ciui
tates Iuda, & colligite de uniuerso Israel pecuniã ad sartatecta templi dei uestri per singu
los annos. Hæc est pecunia quã in lege dari præceptũ est, quam in dinumeratione ipsius
per singulos annos dare consueuerãt, id est singuli dimidios siclos: quod à dieb. ex quo
Athalia regnare cœperat, nõ dederant. Athalia enim impijssima & filij eius destruxerũt
domum domini. Filios eius, sacerdotes idolorũ dicit: plerunq; enim in sacro eloquio fi
lij non nascendo, sed imitando uocantur. Destruxerant aũt domum dei, siue spoliando
istam ornamẽtis, siue ut ferunt, terræmotu facto, sicut tempore Oziæ: ut sicut illo intran
te cum thuribulo, ita etiam Athalia idola in domum domini mittere nitente, terræ mo-
tus factus sit. Eo quod feciss̃et bonũ in Israel, & cum deo & cum domo eius. Cum deo,
quia idola quæ ad aspernationẽ dei facta erant, subuertit: cum domo eius, quia ruinas &
scissuras instaurauit in Israel, quia regnum domus Dauid instaurauit, amouens inde ido
lolatriam, quę peccatis illorum dominata fuerat. Postquam obijt Ioiada, ingressi sunt
principes Iuda, & adorauerunt regẽ. Adorauerunt eum ut deum: & acquieuit eorũ obse
B quijs delinitus, ut se ut deũ coli permitteret. Hæc dicit deus: Quare transgredimini præ-
ceptum domini? Ac si apertè dicat: quẽ uos deum habere destitistis, intantum ut tale ne-
fas feceritis, quod nunquam antè in uobis factum est. Et notandum, quod non in alio
loco inueniť, Hæc dicit deus, nisi hic tãtum: filij enim Zachariæ cum eo interfecti sunt,
& ideo dicit filiorum Ioiadæ sacerdotis. Insidiati sunt ei Zebat filius Semmaa Amani
tidis, & Iozabath filius Samarith Moabitidis. Idcirco enim eos dicit filios Amanitidũ, &
Moabitidũ, ad exaggerandã maliciã Israelitarũ, qui ulcisci noluerũt sacerdotẽ dei, quod
illi fecerunt, qui filij alienigenarum fuerunt. Porrò filij eius, & multitudo prophetiæ, fi-
lios eius, quos Syri interfecerunt coram eo, facientes in eum ignominiosa iudicia, siue
quia turpes in eum res egerunt, siue quia interficientes filios eius improperabant ei sce-
lus, quod iste in Zachariam perpetrauerat. In Hebræo: Et fundamentum domus dei, eo
quod sanguis Zacharię usq; ad fundamentũ templi & altaris peruenerit. Fecitq; bonum
in conspectu domini, ueruntamen non in corde perfecto, quia pro præsentis seculi di-
gnitate, non pro futura patria laborabat. Iugulauit seruos qui occiderant regem patrem
suum. Quanquam illi dei timore & in ultione Zachariæ illum occiderint: tamen ab eo
occisi sunt iudicialiter, quia non ore prophetæ, nec consultu domini, sed sua præsum-
ptione illum occiderunt. Non est deus cum Israel & cunctis filijs Ephraim. Quia cum a-
lijs tribubus erat, cum tribu Ephraim, unde reges erant non erat, propter prœuaricatio-
nem Hieroboam & cæterorũ regũ. Separauit itaq; Amasias exercitũ qui uenerat ad eum
ex Ephraim, quia idola secum habebant. Amasias post cædem Idumæorum & allatos
deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi. Cum enim præcipitarentur illa decem milia,
illa idola quæ secum habebant responsum dederunt: ideo illos interfectos, quia de cultu
eorum negligentes fuissent. Videns ergo ille idola responsa dare, & à ruina eripi, hoc er
rore deceptus, adorauit ea. Misit prophetam ad eum. Propheta hic Eliezer est filius Do-
dahu, id est auunculi eius, de quo superius dictum est. Cessauitq; propheta, & dixit.

Cessauit ad minas regis,& dixit ad imperium domini. Quia fecisti hoc malum, & insu- c
per nō acquieuisti consilio meo.Consilio aūt eius acquiesceret, si eos igne combureret, uestimenta disrumperet,cinerē super caput spargeret,& totū se pœnitētiæ daret:hoc ete nim illi consilium prophetes dederat. Carduus Libani qui est in Libano. Hic carduū Libani uocat,ob generositatē illius,qui quamuis negligēter ageret,magnis erat maioribus procreatus:quippe qui de Israel semine erat. Omne quoq; aurū & argentū & uniuersa quæ reperta sunt in domo domini apud Obed Edom.Apud Obed Edom,quia eius filij custodiebant ea, & ab eo descripta ibi permanebant. Vixit Amasias filius Ioas rex postquam mortuus est Ioas filius Iohaaz rex Israel quindecim annis. Eo tempore in utero habebat Ozias,qui postea regnauit in Hierusalem. Vnde & scribitur, sedecim annorum erat Ozias,cum regnare cœpisset. Ex eo tempore quo discesśit Amasias à domino, insurrexit super eum coniuratio in Hierusalem, quia ex eo tempore quo prophetæ consilium non audiuit,neq; ad dominum conuerti uoluit,præparatio coniurationis illius facta est,& eatenus dilata,donec ad consummationem perueniret. Reportantesq; super equos sepelierunt eum. Non enim sine causa scriptura dicit eum super equos portatum, sed colligitur ideo illum portatum, quia deos Edom, qui in equis portabantur, adorauerit.Et idcirco non portatum super humeros:quia neglexerat seruire deo Israel, cuius mysteria super humeros Chaatitarū portari iusserat. Ozias in Paralipomenon:in Regum Azarias scribitur filius Amasiæ.Ozias enim interpretatur uirtus dei. Azarias auxilium domini.Idcirco enim uirtus domini uocatur: quia magna in eum uirtus domini ostensa est percusśione lepræ & terræ motu facto.Exquisiuit deum in diebus Zacharię, intelligentis & uidentis deum. Zacharias filius Zachariæ, filij Ioiadæ, qui post mortem patris natus,posthumus patris nomen sortitus est. Intelligens enim & uidens dicebatur. Intelligens propter sacerdotium,uidens propter prophetiam. Contra Arabes qui habitabant in Gurbaal,ipsa est Gerara, in qua peregrinatus est Abraham. Aedificauit Ozias turres in Hierusalem super portam anguli,& super portam uallis, portam ciuitatis:à porta Ephraim usq; ad portam anguli:quam Ioas rex Israel destruxerat,ipse instauD rauit:portam enim Ephraim, portam uallis nominat. In ædificando noluit eius nomen ponere,quod in destruendo posuerat.Nec immerito:quia qui idolis immolabat, & particeps in destruendo fuerat,in ædificatione proprio nomine non meruit nuncupari:sed nomine uallis censetur propter humiliationem.In domo separata: iuxta quod in Leuitico scribitur. Reliqua autem sermonum Oziæ priorum & nouissimorum,scribit Esaias propheta.Esaias propheta scripsit in anno quo mortuus est rex Ozias,uidi dominum sedentem: eo anno illum mortuum fuisse describit, quo lepra percussus est Et in muro Ophel multa construxit.In muro Ophel,hoc est in muro nebulæ,quod intelligitur sancta sanctorum. Dominus enim dixit, ut habitaret in nebula. Filius uigintiquinq; annorum erat Ioatham,cum regnare cœpisset.Hic & initium regni eius & innocentia describitur:ut monstraret eum in innocentia perseuerasse,qua cœpit. Masiam filium Moloch,id est filium idoli Ammon,quod uocabatur Moloch,id est rex.Idcirco enim filius eius dicit, quod illi sacra instituebat & cultus. Hoc & in Hieremia habes de Ismaele, qui describitur de genere regio:cū non de genere regio fuerit,sed de Gera seruo Aegyptio. Ea tempestate erat ibi propheta nomine Odeth, ipse est pater Azariæ, qui Asa regi prophetauit.Ad prophetandum enim in Samariam uenerat,quia de Iuda erat. Idcirco non dixit:Hæc dicit dominus:quia nō erant digni sermone prophetæ. Iratus enim erat deus illis.In hoc loco Achaz uocatur rex Israel: nō quod super omnem Israel regnauerit, sed quia secutus sit opera regū Israel : intantū ut nullus ante eum de regibus nequior fuerit. Vnde & dicitur de eo,quod nudasset Iudam præceptis & auxilio dei,sicut de Aaron scribitur,quod nudasset populum. Auxit peccatū ipse rex Achaz. Quod uidetur quasi super fluum. Quod dicit ipse,causa notationis hoc facit. Notat enim eius maliciā, sicut & crebrò,in laudē hoc pronomen poni solet. Et sepelierūt eum in ciuitate Hierusalem:quia

non

A non sepelierunt eum in sepulchro regum, sed in Hierusalem ciuitate in alio loco.Quod uero dicit,nō receperūt eum in sepulchro regū Israel,sonat in Hebræo: quod quasi ipsi eum nō receperint,qui ibi sepulti sunt:sed quoniā melius intelligi debeat, aut ab ædituis qui eadem sepulchra custodiebant,prohibitū est:aut alio aliquo modo, uoluntate tamē dei.Nomē matris eius Abia, filia Zachariæ posthumi: Zachariæ prophetæ & sacerdotis,qui à Ioa rege interfectus erat.Ipse in anno & mense primo regni sui. In Hebrææ linguæ idiomate,etiā primus dies regni eius in hac descriptione subaudit. Auferte omnē immundiciā de sanctuario,id est idola quæ Achaz posuerat:quæ in modū mulieris menstruatæ & polluta erant & polluebant. Auerterūt facies suas à tabernaculo domini,& præbuerunt dorsum.Quod plenè scribitur in Ezechiel ubi dicitur, Vigintiquinq; uiros habentes dorsa ad templum,& adorātes ad ortum solis. Hircos septē pro peccato.Contra morē in hoc loco factum est.In omnibus enim locis unus pro peccato hircus offerri solebat.Sed quia multa erant peccata,ideo septem hirci offerri debuerunt. Idcirco Gad uidentem uocat:quia prophetia per uisum ei ueniebat.Mos erat leuitis,ut illi detraherēt pelles holocaustorū:Et sacerdotibus, ut quando pro peccato fiebat sacrificiū, sacerdotes detraherent. Et idcirco sacerdotes in hoc loco detrahebant pelles : quia pro peccato sacrificiū erat.Et quia sacerdotum numerus nō sufficiens erat ad hoc peragendum:quia tempore Achaz regis,dispersi necdum reuersi erant:ideo iuuerunt eos fratres eorum leuitæ,quia leuitis rectius erat ad sacrificandum uti,q̄ sacerdotibus: eo quod tempore Achaz,& ipsi consenserūt:quippe quia exēplar altaris Damasceni, Vriæ pontifici missum est. Scripsit quoq; epistolas ad Ephraim & Manasse.Cum omni Israel publicè misisset nuncios,Manasse & Ephraim, latenter misit ad eos quos sciebat cōuersum iri posse per epistolas.Illi enim superbiores erāt,propter regiā dignitatē,quę erat in domo Ephraim. Magna enim pars populi comedit de phase,nō iuxta quod scriptū est:Scriptū enim erat, ut qui primo mense nō poterant comedere,secundo comederent. Venit enim plurima
B multitudo,quæ purificata nō erat in mense secundo, & quia in tertio mense illicitū erat illud peragere,in secundo peregerunt.Pro his orauit Ezechias, quē exaudiuit dominus & placatus est populo suo. Aiunt neminem pollutum potuisse phase comedere,quin statim moreretur:& in eo placatū dominum cognouerunt,quia comedentes extincti non sunt.Reuersusq; est cum ignominia in terrā suam. Tradunt Hebræi illi caput & barbam rasam ab angelo,in ignominiā,& hoc fuisse quod per prophetam Esaiam dictum est: In die illa radet nouacula acuta conducta in rege Assyriorum caput & barbam, & cætera. Quem cum eadem ignominia peruenisset ad templum dei sui Nesrath,quem dicūt in reliquijs arcæ Noe culturā habuisse. Cum ergo quereretur deprecās, cur se nō adiuuisset, qui etiam filios suos Adramelech & Sarasar sibi offerret,si hoc ille ratū duceret, illi hoc audiētes post tot clades, ruinas & ignominias, timētes ab eo interfici, interfecerunt eū. De portento quod acciderat super terrā,de solis reditu per lineas decē. Ad hoc unū mysterium inquirendū,legati regis Babyloniæ uenerunt. Reliquit eum deus ut tentaretur: quia nō prohibuit ei per prophetā ostendere thesauros suos, sed thesauros domus domini. Vnde & postea ab eodē propheta obiurgatus est.Et sepelierunt eū super sepulchra filiorum Dauid.Et hoc notādum, quia excelsius sepulchrum cæteris filijs Dauid habuit meriti prærogatiua. Et adorauit omnem militiā cœli. Duodecim signa quæ in zodiaco sunt,ut tradunt. Aedificauit aūt ea cuncto exercitui cœli, id est sub nomine stellarū dæmonibus,in ualle Benemō,quæ alio loco Gehennon dicitur,id est uallis filiorū Ennon. Est enim hæc haud procul ab Hierusalem,de qua in Hieremia & in Regū libro plenè scribitur.Ab ea enim originē accepit nomē Gehenna.Locutusq; est dominus ad eum & ad populum eius: & attendere noluerunt in manu Esaiæ prophetæ. Tradunt Hebræi eundem Manassen filium fuisse filiæ Esaiæ: & ideo in hoc loco, quanquā nomen matris scribatur,patris tamen illius non scribitur : quia indignus erat profanus rex tanto auo.Tradunt Hebræi idcirco occisum Esaiam,eo quod eos appellauerit principes Sodomorū &

Gomorræ. Et quia dixit: Vidi dominũ sedentẽ: cum per Moysen dixerit: Non enim uidebit me homo, & uiuet. Et quia dixit: Addet deus ad dies tuos quindecim annos: eo quod per Moysen dixerit: Et numerũ dierũ tuorũ implebis. Et quia dixerit: Quærite dominũ dum inueniri potest, inuocate eum dum propè est: cum dicatur, Quis est tam propinquus, quomodo dominus deus noster, quãdo eum inuocamus? Et cognouit Manasses, quod dominus ipse deus est. Dum enim in Babylonẽ ductus fuisset: & in uase æneo perforato missus, admoto igni, inuocauit omnia nomina idolorũ quæ colebat: & cum non fuisset ab eis exauditus neq; liberatus, recordatum fuisse, quod à patre crebrò audierat: Cum inuocaueris me in tribulatione, & conuersus fueris, exaudiã te: ut in Deuteronomio scribitur: exauditũ esse à domino, & liberatũ, & reductum in regnũ suum, & in modum Habacuc reductum, sicut ille deductus fuerat in Babylonẽ. Circundedit Ophel, id est instaurauit ædificium sanctis sanctorũ, quod pro idolis construxerat. Ad occidentem Geon, id est, à torrente Geon ædificare cœpit usq; ad portã piscium, quæ est porta de parte Ioppes. Scripta sunt in sermonibus Ozai. Hic Ozai quidã Esaiã intelligere uolunt. Ozai enim interpretatur uisio mea. Et ideo immutato nomine introducitur, quod manifestetur longè istius merita ab illius meritis distare, qui eum interfecit. Ab omni quoq; Iuda & Beniamin, & habitatoribus Hierusalem. Habitatores Hierusalem dimidiã tribum Manasse dicit, qui plerunq; in tribu Beniamin computant. Ad Holdã quæ habitabat in secunda. Holda uxor fuit Sellum, auunculi patris Hieremiæ, & patris Ananeel. Habitabat in secunda. Locus enim erat Hierosolymis extra murũ, id est inter murũ ciuitatis & antemurale, qui uocabatur secunda: cuius mẽtio fit in Sophonia propheta. In Paralipomenon, filij Tocaat, filij Hasra: in Regum, Ticua filia Araaz. Tocaat interpretatur stridor. Hasra diminutio. Ticua spes. Araaz negociator. Custodis tẽpli, quia templũ domini seruabat. Ponite arcã in sanctuario templi, quod ædificauit Solomon filius Dauid rex Israel. Notandũ quod arca domini elata de templo fuit, quã modo in templũ reduci Iosias præcepit. Tempore enim Achaz quãdo simulachra in templo missa sunt, elata est inde & deducta in domũ Sellum, uiri Holdæ auunculi Hieremiæ, ubi permansit usq; ad tempus Iosię. Nec enim arca dei poterat esse in loco ubi simulachra introducta fuerant, & gẽtilicius usus & ritus nefandissimus obseruabat. Stabãt in ordine iuxta p̃ceptũ Dauid & Asaph & Eman & Idithum prophetarũ regis. Ideo prophetæ regis uocabat, quia cum Dauid rege cantabãt. Non fuit Phase simile huic in Israel à diebus Samulis prophetæ: quia omnes qui inuenti sunt in illa festiuitate, ibi septem diebus cõmorati sunt: & omnes sufficienter de regis substantia, & de his quæ suprà memorata sunt, epulati sunt. Contra aliam pugno domũ, id est contra Adad Remmon regis filij Tabrimon, qui regnauit in Charcamis: quem ea tempestate quãdo Iosiam rex Nechao interfecit. Factus est enim planctus magnus in Mageddo: cuius meminit Zacharias propheta. Noluit acquiescere sermonibus Nechao ex ore dei: quia per Hieremiã prophetam prophetauerat, quod ille ascensurus erat in Charcamis, & uictoria potiturus: quæ prophetia Nechao regem minime latuit. Vnde & Rapsaces dicit de Sennacherib rege Assyriorum: Dominus iussit me ascendere ad terram istam. Quia iam prophetæ Israel prophetauerant hoc, quod ille ascensurus esset, quod eum minime latuit. Omnes cantatores & cantatrices, usque in præsentem diem: eo quod scriptum est in lamentatione Hieremię: Spiritus oris domini, Christus dominus. Opera eius prima & nouissima. Nouissima in hoc loco ea dicit: eo q̃ non consuluit dominum, utrum pergere deberet cõtra Nechao. Reliqua autem uerborum Ioachim & abominationum eius quas operatus est, & quæ inuentæ sunt in eo. Inter cætera mala quæ gessit, etiã hoc fecit in corpore suo, quod dominus prohibuit, dum diceret: Non tondebitis capita uestra in rotundum, neq; super mortuum, neq; stigmata facietis in corporibus uestris. Quæ postquam mortuus est, in corpore eius inuenta sunt. Nabo prophetia. Est enim nomen idoli, cui idem Nabo seruiebat. Chodanasar capiens plasma uinum, ipse præcepit mihi ut ædificarẽ ei domum in Hierusalem. Audierat

rat enim prophetiam Esaiæ in qua dixerat: Hæc dicit dominus Christo meo Cyro: cuius apprehendi manum. Esdras scriba ei hoc legit: & idcirco dixit sibi à domino hoc præceptum de cunctis regibus terrarum. Hi duo per prophetiam antequam nascerentur, pro prijs nominibus uocati sunt, id est, Iosias & Cyrus. Iosias, ut destrueret idola, & cultum dei renouaret: Cyrus, ut ruinas templi instauraret.

Secundi libri Paralipomenon finis.

CENSVRA ERASMI ROT. IN PRAECEDENS OPVS.

NOn parum est discriminis inter annotationes quas diuus Hieronymus scripsit in Genesim, & quas hactenus in reliquos libros Pentateuchi: quanquam & illas nonnihil abbreuiatas suspicor. Et tamen in præfatione similes commentariolos pollicetur, nec est dissimile ueri, opus hoc ab Hieronymo fuisse conscriptum. Verum solet ille in docendo esse diligentior, quàm hic est: citare diuersas interpretationes, adducere Græca Hebraeaq; testimonia, & omnino fusius ac locupletius rem edisserere. Ad hæc quodam in loco propemodum fatetur, se nescisse Hebraicè. Proinde conijcio præsens opus à docto quopiam, sed Græcarum & Hebraicarum literarum ignaro, è diuersis in compendium fuisse redactum, omissis his quę tantum Latinè scientes torquere possent, & his quæ poterat intellectu consequi breuiter annotatis. Aduigilandum igitur, si fortè liber integer, ut ab Hieronymo scriptus fuit, inueniri queat. Hæc interim indigna uisa sunt, quæ prætermitterentur.

DES. ERASMI ROT. IN LOCA HEBRAICA CENSVRA.

Comperimus in hoc opere nonnihil uariare exemplaria, & eandem dictionem non semel expo sitam, maxime in his quę uulgatis bíblijs, ut uocant, annectuntur. Vnde uidentur à studiosis adiecta nonnulla, quod ferè fit in hoc scripti genere, quod diuersarum rerum collectione constat. Neq; uero statim reprehendendum, si quid discrepet à sententia Hebræorum. Primum non in omnibus Hieronymus suum sequitur iudicium, sed ut interpres, alienam refert sententiam. Deinde miscentur hic quædam è Syro sermone, aut Arabico, Chaldaéoue, quod harum linguarum nonnulla sit inter ipsas affinitas. Postremo fieri potuit, ut aliter nunc scribant Hebræi quædam in uoluminibus suis, quàm olim scripserint.

DIVI HIERONYMI EVSEBII IN LOCA HEBRAICA PROOEMIVM.

IVsebius qui à beato Pamphilo martyre cognomentum sortitus est, post decem Ecclesiasticæ historiæ libros, post temporum canones, quos nos Latina lingua edidimus, post diuersarum uocabula nationum: quę quomodo apud Hebræos olim dicta sint, & nunc dicantur, exposuit: post topographiam terræ Iudææ, & distinctas tribuum sortes: ipsius quoq; Hierusalem, templiq; in ea cum breuissima expositione picturam: ad extremum in hoc opusculo laborauit, ut congregaret nobis de sancta scriptura omnium penè urbium, montium, fluminum, uiculorum, & diuersorum locorum uocabula: quæ uel eadem manent, uel immutata sunt postea, uel aliqua ex parte corrupta. Vnde & nos admirabilis uiri sequentes studium, secundum ordinem literarum, ut sunt in Græco posita transtulimus, relinquentes ea quæ digna memoria non uidentur, & pleraq; mutantes. Semel enim & in temporum libro præfatus sum, me uel interpretẽ esse, uel noui operis conditorẽ: maxime cum quidam uix primis imbutus literis, hunc eundem librum ausus sit in Latinã linguã non Latinè uertere: cuius imperitiam ex comparatione eorum quæ transtulimus prudens lector statim inueniet. Vt enim excelsa mihi non uendico, ita terræ inhærentia me supergredi posse credo.

ARarat, Armenia. Siquidem in montibus Ararat, arca post diluuium sedisse perhibetur: & dicuntur ibidem usq; hodie eius permanere uestigia. Meminit horũ montium & Hieremias in uisione contra Babylonem. Iosephus quoq; in primo Antiquitatum Iudaicarum libro, secularium literarum historias proferens: Animad uertens, inquit, Noe terrã diluuio liberatã, septem alios dies abire permisit: & uniuersa animalia bestiasq; patentib. claustris emittens, ipse cum sua prole egressus est: immolans deo hostias, gaudensq; cũ liberis. Hunc locũ Armenij exitũ uel egressum uocant. Siqui

dem ibi cultores illarum regionũ, arcam primum stetisse testantur: & lignorũ quædam c
supereſſe monumenta. Arcæ huius & diluuij, omnes qui barbaras scripsere historias recordantur: quorũ unus est Berosus Chaldæus, qui super diluuio referens, hæc locutus est: Dicitur huius nauis in Armenia propter montẽ Carduenorũ pars aliqua permanere, & quosdam bitumẽ ex ea auellentes circunferre: quo utunt̃ uel maxime hi qui lustrantur & se expiant. Sed & Hieronymus Aegyptius, qui antiquitates Phœnicũ pulchro sermone cõscripsit: & Mnaseas, & multi alij. Nicolaus quoq; Damascenus in nonagesimo-sexto libro refert: Est in Armenia super Myniadem mons nomine Bearis: ad quem multos in diluuio confugisse autumãt, ibiq; saluatos esse. Alios uero in arcæ aluco supernatantes, ad eius uerticem peruenisse, & usq; ad multas ætates ligna arcæ monstrari solita: quos quidẽ ego puto nõ esse alios, nisi eos quos Moyses legifer Iudęorũ in suis uoluminib. edidit. Achad urbs regni Nemrod in Babylone. Porrò Hebræi hanc esse dicunt Mesopotamiæ ciuitatẽ, quæ hodie quoq; uocat̃ Nisibi, à Lucullo quondã Romano consule obsessam, captamq;: & ante paucos annos à Iouiano imperatore Persis traditã. Agai ad occidentalem plagam uergit Bethelis, non multũ ab ea distans. Sita est aũt Bethel euntibus Aeliam de Neapoli in læua parte uiæ duodecimo circiter miliario ab Aelia: & usq; hodie paruus licet uicus ostenditur: sed & ecclesia ædificata est, ubi dormiuit Iacob pergens Mesopotamiã. Vnde & ipsi loco Bethel, id est domus dei, nomẽ imposuit. Agai uero uix paruæ ruinæ resident: & locus tantũmodo monstratur. Et sciendum quod in Hebræo g literã non habet, sed uocatur ai: scribiturq; per elementũ quod apud eos dicitur ע ain. Astaroth carnaim, terra gigantum quondam in supercilio Sodomorũ, quos interfecit Chodorlaomor. Sunt hodieq; duo castella in Batanea hoc uocabulo, nouẽ inter se milibus separata inter Aderam & Abilam ciuitatem. Arboch, corruptè in nostris codicibus Arboch scribitur, cum in Hebræo legat̃ Arbee, id est, quatuor: eo q; ibi quatuor patriarchæ, Abraham, Isaac & Iacob sepulti sunt, & Adam magnus: ut in Iesu libro scriptum est: licet eum quidam conditum in loco caluariæ suspicentur. Hæc est autẽ eadem d
Chebron olim metropolis Philistinorũ, & habitaculum gigantũ, regnumq; postea Dauid in tribu Iuda ciuitas sacerdotalis & fugitiuorũ. Distat ad meridianã plagam ab Aelia milibus circiter uigintiduobus quercus Abraham, quæ & Mamre, usq; ad Constantij regis imperium monstrabatur: & Mausoleum eius in præsentiarũ cernitur. Cumq; à nobis iam ibidem ecclesia ædificata sit, à cunctis in circuitu gentibus terebinthus superstitiose colitur: eo quod sub ea angelos Abraham quondam hospitio susceperat. Hęc ergo primum Arbee, postea à Chebron uno filiorũ Chaleb sortita uocabulum est. Lege uerba dierum. Ailat in extremis finibus Palæstinæ iuncta meridianæ solitudini & mari rubro: unde ex Aegypto Indiam, & inde ad Aegyptum nauigatur. Sedet aũt ibi legio Romana cognomento decima: & olim quidem Ailat à ueteribus dicebatur, nunc uero appellatur Aila. Sed & Elamitarum quondam natio fuit, cui imperauit Chodorlaomor: cuius in Actibus quoq; apostolorum mentio fit, & in Regnorũ libris, urbs quædam Palæstinæ Aelam scribitur. Adama, una de quinq; ciuitatibus Sodomorum euersa cum cæteris. Hazazonthamar, in hac habitabant quondam Amorræi, quos interfecit Chodorlaomor iuxta eremum Cades. Est & aliud castellum Thamara, unius diei itinere à Memphis oppido separatum, pergẽtibus Aeliam de Chebron, ubi nunc Romanũ præsidium positum est. Allus, regio Idumæorum, quæ nunc Gabalene dicitur, uicina Petræ ciuitati. Aenan euntibus Thamnam, nunc desertus locus & proximus Thamnę uico grandi, qui situs est inter Aeliam & Diospolim. Est & fons in supradicto Aena loco: unde & Aenan, id est, fontis nomẽ accepit: in quo stans idolum maxima illius regionis ueneratione colitur. Porrò Hebræi affirmant Aenan non locum significare, sed biuium: ubi certo intuitu necessarium sit ad unam de duabus uijs eligendam. Areaatad, locus trans Iordanem, in quo planxerunt quondam Iacob, tertio ab Hiericho lapide, duobus milibus ab Iordane, qui nunc uocatur Betagla: quod interpretat̃ locus gyri: eo quod ibi more plan

gentium

A gentium circumierint in funere Iacob. Aelim, castra filiorum Israel, & locus in deserto: in quo duodecim fontes, & septuaginta palmarũ arbores, Moyses de mari rubro exiens reperit. Aelus in deserto, ubi filij Israel castrametati sunt. Aseroth, pars eremi, ubi Maria & Aaron contra Moysen locuti sunt. Habitauerũt autem quondam Euei in Aseroth usq; ad urbem Gazam. Verum hæc loca non Aseroth, sed Aserim appellari Hebræi putant. Asemona, castra filiorum Israel in deserto. Abetharim: pro quo Aquila & Symmachus, exploratorum uiam interpretati sunt: ubi aduersum Cananæum, qui ab austro contra Israel eruperat, in solitudine dimicatur. Ahie, quæ & Achalgai, pro hac Symmachus interpretatur, in collibus. Est autem è regione quondam Moab nunc Areopoleos ad orientalẽ plagam. Arnon, rupes quædam in sublime porrecta in finibus Amorræorum inter Moab & Amorræos. Moab uero Arabiæ ciuitas est, quæ nunc Areopolis nominatur. ostendunt regionis illius accolæ locum uallis in prerupta demersæ satis horribilem & periculosum, qui à plerisq; usq; nunc Arnonas appellatur: extenditurq; ad septentrionẽ Areopoleos: in quo & militum ex omni parte præsidia distributa, plenũ sanguinis & formidinis testantur ingressum. Hic quondam Moabitarũ fuit. & postea Seon rex Amorræorũ iure belli eum obtinuit: sed & terra filiorũ Israel, trans Iordanẽ incipiens ab Arnone, usq; ad montes Hermon & Libanũ extenditur. Ar, locus uel oppidum Arnonis, quod à Septuaginta interpretibus, per extẽsam uocalem ἦρ dicitur. Aesimon locus deserti: deniq; & ipsum uocabulum incultam terram desertamq; significat. Abelsatim, locus in deserto ad meridiem Moabitarum. Azer siue Iazer, terminus urbis Ammon, quæ nunc Philadelphia dicitur: diuidens eam Amorræorũq; regionẽ: & est in octauo circiter lapide eius, ad solis occasum uicus Iazer usq; in præsentẽ diem permanẽs. Aroer, oppidum Moabitarũ, quod situm est super ripam torrentis Arnon, possessum olim à gente ueterrima Omnijm: & postea retentũ à filijs Lot, id est Moabitis, cum prio
res accolas subuertissent. Et ostenditur usq; hodie in uertice montis illius: sed & torrẽs
B per abrupta descendens, in mare mortuũ fluit. Cecidit autem Aroer in sortẽ tribus Gad contra faciem Rabba. Astaroth, antiqua ciuitas Og regis Basan: in qua habitauerũt gigantes, quæ postea cecidit in sortem tribus Manasse, regionis Bataneæ, & sex milibus ab Adar urbe Arabiæ separata est. Porrò Adra à Bostra uigintiquinq; milibus distat. Diximus & supra de Astaroth Charnaim. Agri specula mons est Moabitarũ, in quẽ adduxit Balach filius Sephor, Balaam diuinum ad maledicendum Israel super uerticẽ, qui propter uehemens pręruptũ uocatur excisus: & imminet mari mortuo haud procul ab Arnoc. Araboth Moab, ubi secundo numeratus est populus: quod Aquila interpretatur, humilia siue æqualia Moab: hanc habens cõsuetudinẽ, ut eremũ propter planiciem ὁμαλῶν, id est, æqualem interpretetur & planam. Deniq; Symmachus pro Araboth Moab, campestria Moab transtulit: & est usq; hodie locus iuxta montẽ Phogor, euntibus à Liuiade in Esbum Arabiæ contra Hiericho: qui ita appellatur Araba. Hanc ut supra, Aquila transtulit planam, Symmachus interdum campestrẽ, interdum inhabitabilem: Theodotion, occidentalẽ. Atharoth, ciuitas olim Amorræorũ trans Iordanẽ, quæ postea cecidit in sortẽ tribus Gad: uocatus est autẽ Atharoth & filius Salma siue Salmo, ut in Paralipomenon scriptũ est. Atharoth Sophan, & hęc ciuitas tribus Gad. Arath, ciuitas Amorręorũ uicina deserto Cades: & usq; nunc ostendit̃ uilla ab oppido Malatis in quarto lapide, à Chebrõ uicesimo, in tribu Iuda. Asemona ciuitas in deserto, ad meridiẽ Iudæ, diuidens Aegyptũ & sortẽ tribus Iudæ ad mare usq; tendentẽ. Posui & supra Asemona castra filiorũ Israel. Aorabi, terminus Iudææ prouinciæ ad orientẽ respiciẽs tribus Iudæ. Est autem & uicus nunc usq; grandis, nouẽ milibus à Neapoli contra orientẽ descẽdentibus ad Iordanẽ & Hiericho, per eam quæ appellatur Acrabatene: sed & cõfiniũ Amorræorũ, Acrabatene dicitur: de quo loco non exterminauit alienigenas tribus Neptalim: ut in Iudicũ libro scriptũ est. Azadada, cõfiniũ Iudæ respiciens ad aquilonẽ. Arath terminus & ipse Iudæ distans à Chebron milibus uiginti ad meridiẽ, de quo supra positum

est. Asarenam,terminus Iudæ ad septentrionem. Asernai,terminus & ipse Iudæ. Arbe c
la,terminus & ipse Iudæ, ortũ solis aspiciens. Est & usq; hodie uicus Arbel trans Iordanem in finibus Pellæ ciuitatis Palestinæ, & alius hoc uocabulo in campo prægrandi distans ab oppido legionis milibus nouem. Aulon.non Græcũ ut quidam putant,sed Hebræũ uocabulũ est: appellatur autẽ uallis grandis atq; campestris in immensam longitudinẽ se extendens:quæ circundatur ex utraq; parte montibus,sibi inuicẽ succedentibus & cohærentibus,qui incipientes à Libano & ultra,usq; ad desertũ Pharam perueniunt. Suntq; in ipso Aulone,id est ualle campestri urbes nobiles, Scythopolis, Tyberias stagnumq; propter eam:sed & Hiericho,mare mortuũ,& regiones in circuitu:per quas medius Iordanis fluit,oriens de fontibus Paneadis,& in mare mortuũ introiens. Amalechites,regio in deserto ad meridiẽ Iudę trans urbẽ Petrã euntibus Ailam,cuius & scriptura recordat̃ dicẽs:Amalech habitat in terra ad austrũ: sed & iuxta eum alius Chananæus habitabat,qui & dimicauit cõtra filios Israel in deserto:de quibus ita scribit̃:Amalech autẽ & Chananæus habitabãt in ualle. Araba,Aquila planã:Symmachus,campestrẽ interpretantur:sicut supra dictũ est.Porrò est & alia uilla Araba nomine,in finibus Diocęsareę, quæ olim Saphorine dicebatur,& alia tribus milibus à Scythopoli cõtra occidentẽ.Amman quæ nunc Philadelphia, urbs Arabiæ nobilis, in qua habitauerunt olim Raphaim gens antiqua,quam interfecerunt filij Lot habitantes pro eis in Ammon. Argob,regio Og regis Basan super Iordanẽ,quæ cecidit in sortem dimidiæ tribus Manasse, & est usq; hodie uicus circa Gerasam urbẽ Arabiæ, quindecim ab ea distans milibus contra occidentẽ,qui Arga appellatur:quod interpretatur Symmachus,mensuram. Asedoch urbs Amorræorũ,quæ cecidit in sortẽ tribus Ruben : appellatur autẽ addito cognomẽto Asedoch Phasga:quod in lingua nostra resonat,abscissum. Abarim,mons in quo mortuus est Moyses.Dicitur autem & mons esse Nabau in terra Moab cõtra Hiericho supra Iordanẽ in supercilio Phasga. Ostenditurq; ascẽdentibus de Liuiade in Esbum antiquo hodieq; uocabulo iuxta montem Phogor, nomẽ pristinũ retinentẽ:à quo circa eum regio D
usq; nunc appellatur Phasga. Auothiair quod interpretatur ἔπαυλις Air. Hæc est Basan in qua sunt uici sexaginta in monte Galaad:qui ceciderunt in sortem dimidiæ tribus Manasse:q locus nunc uocatur Golam in terra Batanea.Antilibanus,ea quæ sunt supra Libanũ ad orientalẽ plagam respicientia, Antilibanus appellantur circa regionẽ Damasci, quæ cecidit in sortẽ tribus Manasse. Azecha ciuitas Chananæorũ in parte tribus Iudæ, ad quam usq; persecutus est Iesus quinq; reges.Sed & hodie uocatur uilla Azecha inter Eleutheropolim & Aeliam. Aialon uallis atq; præruptũ, super quod orante quondam Iesu luna stetit iuxta uillam quæ usq; nunc Aialon dicitur cõtra orientẽ Bethelis, tribus ab ea milibus distans haud procul à Gabaa & Rama Saulis urbibus.Porrò Hebræi affirmant Aialon uicũ esse iuxta Nicopolim in secundo lapide pergentibus Aeliam. Achor Hebraice dicitur Emecachor:quod interpretatur,uallis tumultus,uel turbarũ:eo quod ibi tumultuatus & turbatus sit Israel:in qua lapidauerunt quondam Acham propter furtum anathematis. Est autẽ ad septentrionẽ Hiericho:& usq; hodie à regionis accolis sic nominatur.Meminit huius Osee propheta.Asedoch alia ciuitas,non quę supra,licet eodem nomine uocetur,quam expugnauit quondam Iesus rege eius interfecto. Asor ciuitas regni Iabin, quã solã incendit Iesus:quia metropolis erat omniũ regnorũ Philistijm. Est & alia uilla usq; hodie Asor in finibus Ascalonis cõtra oriẽtẽ eius,quę cecidit in sortem tribus Iuda : cuius & scriptura meminit,appellans eam ad distinctionẽ ueteris Asor nouã. Aermon regio Aeueorũ,quã obtinuit Iesus.Hebræus uero quo prælegẽte scripturas didici:affirmat montẽ Aermon Paneadi imminere: quẽ quondam tenuere Aeuei & Amorræi : de quo nũc æstiuæ niues Tyrũ ob delicias deferunt̃. Ahalach mons quẽ Aquila interpretatur,diuidentẽ montẽ,& Symmachus,leuẽ montẽ,id est lympidũ siue lubricũ. Aermon mons Amorræorũ: de quo nũc dictũ est quẽ Phœnices uocant Sanior: & Amorræus appellauit Sanir: diciturq; in uertice eius insigne templũ,quod ab ethnicis

A cis cultui habetur è regione Paneadis & Libani:& terra filiorũ Israel trans Iordanem ad solis ortũ à prærupto Arnon usq; ad montẽ Aermon extenditur.Anob ciuitas quam expugnauit Iesus:& est usq; hodie uilla iuxta Diospolim quasi quarto miliario ad orientalem plagam,quæ uocatur Bethoannaba. Pleriq; autem affirmant in octauo ab ea miliario sitam,& appellari Bethannabã.Asdod in sorte tribus Iudæ,quę nunc uocatur Azotus:in qua derelicti sunt gigantes qui appellabãtur enakim:& est usq; hodie insigne oppidũ Palestinæ. Ader urbs,quam expugnauit Iesus rege illius interfecto. Aphec.& hæc ciuitas est quam rege ipsius trucidato expugnauit Iesus. Achsaph,& cõtra huius regem Iesus pugnasse describitur,appellaturq; hodie uillula Chasalus in octauo lapide Diocæsareæ ad radicẽ montis Tabor in campestribus. Accaron in tribu Dan:siue (ut ego arbitror) in tribu Iuda:ad lęuã Chananęorũ,urbs una de quinq; olim satrapijs Palestinæ: & decreta est quidẽ tribui Iudæ,nec tamẽ tenta ab ea : quia habitatores pristinos nequiuit expellere. Sed & usq; hodie grandis uicus Iudæorũ Accaron dicitur inter Azotũ & Iamniam ad orientẽ respiciens.Quidam putant Accaron turrim Stratonis,postea Cæsaream nuncupatã. Azotus,quæ supra Asdod, usq; hodie non ignobile municipiũ Palestinæ:& una de quinq; ciuitatibus Allophylorũ : decreta quidẽ tribui Iudæ, sed non retenta ab ea:quia nequaq̃ ueteres accolas potuit expellere. Ascalon,urbs nobilis Palęstinæ:quæ & ipsa antiquitus una fuit de quinq; satrapijs Philistinorũ:separata quidem tribui Iudæ per sortẽ,tamen non retenta ab ea : quia habitatores eius superare non potuit. Apheca terminus Amorræorũ super Iordanem in sorte tribus Ruben:sed & usq; hodie est castellũ grande, Apheca nomine iuxta oppidũ Palæstinæ. Agad sita ad radices mõtis Hermon. Aemath urbs, quæ cecidit in sortẽ Ruben : sed & nunc Amathus uilla dicitur trans Iordanẽ in uicesimoprimo miliario Pellæ ad meridiẽ. Est & alia uilla in uicinia Gadaræ nomine Amatha,ubi calidæ aquæ erumpunt.In regnorũ quoq; libris scribitur:ab introitu Aemath usq; ad mare Araba,hoc est deserti:quod est mare mortuũ.Ego autem
B inuestigans,reperi Emath urbẽ Cœles Syriæ appellari, quæ nunc Græco sermone Epiphania dicit̃. Amon,trans Iordanẽ in tribu Gad,hæc est Adman,de qua supra diximus. Philadelphia ciuitas illustris Arabiæ.Addara,in tribu Iuda iuxta desertũ.Est quoq; & alia uilla in finibus Diospoleos iuxta Thamniticã regionẽ quæ à Thamna uilla usq; hodie sic uocat̃. Accara, uicus in deserto situs in possessione tribus Iudæ, ꝑ quo Symmachus interpretat̃ pauimentũ. Achor,in tribu Iuda:de qua & supra diximus.Addomim, quondã uillula nũc ruinæ in sorte tribus Iudæ,qui locus usq; hodie uocat̃ Maledomim: & Græce dicit̃ ἀναβασις πύῤῥου, Latine aũt appellari potest ascẽsus rufforũ siue rubentiũ, ꝑpter sanguinẽ q illic crebro à latronibus fundit̃. Est aũt cõfiniũ tribus Iudæ & Beniamin descẽdentibus ab Aelia Hierichũ,ubi & castellũ militũ situ est ob auxilia uiatorũ. Huius sanguinarij & cruẽti loci,dñs quoq; in parabola descẽdentis Hierichũ de Hierosolyma recordat̃.Aman,in tribu Iuda. Aasar,in tribu Iuda:appellatur aũt nũc uicus prægrãdis ꝑgẽtibus Ascalonẽ de Azoto. Asarsaul,in tribu Iudæ. Ain,in tribu Iuda urbs sacerdotibus separata. Est & usq; hodie uilla Behennim nomine, in secundo lapide à Terebintho,hoc est à tabernaculo Abrahã,quatuor milibus à Chebron.Astaol,in tribu Iuda:& usq; hodie uillula uocabulo Asto,inter Azotũ & Ascalonẽ ꝑmanet. Asna in tribu Iuda.Adollã,in tribu Iuda:& usq; hodie uicus non paruus ad orientẽ Eleutheropoleos in decimo miliario hoc nomine uocatur Adithaim,in sorte tribus Iudæ.Dicitur autẽ & quædã uilla Adia iuxta Gazã:& alia Aditha iuxta Diospolim, quasi ad orientalẽ plagã respiciens. Adasa,in tribu Iuda usq; hodie uicus iuxta Gufnas.Sed miror quomodo Gufnensem regionẽ in tribu Iudæ posuerit,cũ ꝑspicuũ sit secundũ librũ Iesu in sortẽ eam tribus Ephraim cecidisse.Ather,in tribu Iuda.Asan,in tribu Iuda,Est usq; hodie uicus nomine Bethasan ad Aeliam pertinens in decimoquinto ab ea miliario.Asenna,in tribu Iuda Agliph,in tribu Iuda.Anab,in tribu Iuda, nũc usq; uicus in finib⁹ Eleutheropoleos. Est & alia uilla grandis Iudæorum nomine Anea in Daroma contra australem plagam

Chebronis

Chebronis, nouem ab ea milibus ſeparata. Aſtemec, in tribu Iuda uicus & ipſe Iudæo- c
rum eſt in Daroma ad aquilonē loci Anem. Anim, in tribu Iuda. Eſt uicus Anea iuxta
alterū de quo ſupra diximus, ad orientalē plagam reſpiciens cunctis habitatoribus Chri
ſtianis. Aſeca, in tribu Iuda. Ammata, in tribu Iuda. Arebba, in tribu Iuda. Atha-
roth, iuxta Rammam in tribu Ioſeph. Atharoth, ciuitas in tribu Ephraim, nunc uicus
ad aquilonē Sebaſte in quarto eius miliario Atharus dicit. Adara, ciuitas tribus Ephra-
im. Aſer, ciuitas tribus Manaſſe: nunc demonſtrat uilla deſcendentibus à Neapoli Scy
thopolim in decimoquinto lapide iuxta uiam publicam. Atharoth, ciuitas tribus Benia
min. Sunt autem duæ Atharoth haud procul ab Aelia. Athanoth, ciuitas ſortis Beniamin
ſacerdotib. ſeparata in tertio ab Aelia miliario: de qua & Hieremias propheta fuit.
Addar, ciuitas ſortis Beniamin. Aelmon, ciuitas tribus Beniamin ſacerdotibus ſepara-
ta. Amec caſis, id eſt uallis Caſis in tribu Beniamin. Anim, in tribu Beniamin. Aphra
in tribu Beniamin. Eſt & hodie uicus Effrem in quinto miliario Bethelis ad orientē re-
ſpiciens. Amoeniā, in tribu Beniamin. Aphin, in tribu Beniamin. Arim, in tribu Ben
iamin. Eſt & uilla iuxta Dioſpolim quæ uſq; hodie appellatur Betariph. Amſa, in tribu
Beniamin. Aſar, in tribu Symeon. Amarkabob, in tribu Symeon. Ain, in tribu Iuda
ſiue Symeon ciuitas ſacerdotibus ſeparata. Aſenna, in tribu Symeon. Amathar, in tri-
bu Zabulon. Anua, in tribu Zabulon. Eſt & alia Villa Anua euntibus de Neapoli Ae-
liam, in decimo miliario. Anathon, in tribu Zabulon. Achaſeluth ciuitas in tribu Iſſa-
char: appellat autē & quidā uicus Chaſalus iuxta montē Tabor in campeſtribus in octa-
uo miliario Diocæſareæ ad orientē reſpiciens, ſicut ſupra diximus. Aphraim, ciuitas tri
bus Iſſachar, eſt hodieq; uilla Aſſarea nomine in ſexto miliario legionis contra ſeptен-
trionē. Alimelech ſortis Aſer. Amath, in tribu Aſer. Aemes, in ſorte tribus Iſſachar.
Anerith, in ſorte tribus Iſſachar. Aciſaph in tribu Aſer. Abdon, in tribu Aſer ciuitas ſe-
parata leuitis. Aniel, in tribu Aſer: eſt quædam uilla nomine Betoaenea in quintodeci-
mo lapide à Cæſarea ſita in monte contra orientalē plagā, in qua & lauacra dicūtur eſſe D
ſalubria. Achran, in tribu Aſer. Amon, in tribu Aſer. Accho, quæ nunc Ptolemais ap-
pellatur ſortis Aſer, de qua habitatores priſtinos nequiuit expellere. Achiziph, in tribu
Aſer, in qua alienigenæ ꝑmanſerūt. Hæc eſt Ecdippa in nono miliario Ptolemaidis per-
gētibus Tyrū. Amna, ſortis Aſer. Aphec, ſortis Aſer, in qua habitatores priſtini ꝑman
ſerūt. Addemne, in tribu Nephthalim. Aſor, in tribu Nephthalim, quam rex Aſſyriorū
populaſſe ſcribit. Aſſeddim, in tribu Nephthalim. Amath, in tribu Nephthalim. Aza-
noth, terminus Nephthalim: eſt aūt & nūc uicus ad regionē Diocæſareę ꝑtinēs in cāpe-
ſtribus. Aialon, urbs ſortis Dan, ſeparata leuitis, & eſt hodie uicus alius haud ꝓcul à Ni
copoli. Sciendūq; ꝙ pro Aialon Septuaginta ædiderūt, ubi erāt urſi. Arat, eſt ciuitas in
qua habitauerūt filij Obab ſoceri Moyſi in medio Iſraelis. Areth, fons apud quē Gedeō
caſtrametatus eſt. Aſiroth, ciuitas Siſaræ principis Iabis, Eſt aūt Iabis trās Iordanē nunc
uilla ꝑgrādis à ciuitate Pella ſex milibus diſtās, ꝑgētibus Geraſam. Ares, aſcēſus, pro quo
Aquila interpretat ſaltuū. Symmachus montiū. Aruir, ubi dimicauit Iepte: eſt hodieq;
uilla in monte ſita, uiceſimo ab Aelia lapide ad ſeptentrionē. Arima, ubi ſcriptura refert
ſediſſe Abimelech. Athalim, ciuitas in terra Zabulon: de qua fuit & ille Aialon q̄ iudica
uit populū Iſrael. Abela uinearū ubi dimicauit Iepte in terra filiorum Ammon: nam &
uſq; in præſentē diem in ſeptimo lapide Philadelphiæ uilla Abela cernit uinetis conſita:
alia quoq; eſt ciuitas nomine Abela uini fertilis, in duodecimo à Gaderis miliario cōtra
orientalē plagā: necnon & tertia in Phœnice Abela, inter Damaſcum & Paneadē. Ar-
matha Sophim: ciuitas Elchanæ & Samuelis in regione Tamnitica iuxta Dioſpolim: un
de fuit Ioſeph qui in euāgelijs ab Arimathia eſſe ſcribit. Abenezer, quod interpretat la
pis adiutorij ſiue lapis auxiliator. Eſt autē locus unde tulerūt Philiſtijm arcam teſtamen
ti inter Aeliam & Aſcalonē iuxta uillam Bethſamis. Aphes domim, ubi dimicauit Saul,
pro quo Aquila poſuit in finibus domim. Annegeb, pro quo Aquila auſtrū, Symma-
chus

A chus meridiem tranſtulerunt. Arith, ubi ſedit Dauid, eſt uilla Arath nomine ad occiden
tem Aeliæ. Aialim, pro quo Aquila tranſtulit ceruorum, Theodotio lapides ceruorum.
Aendor quæ eſt in Iezrael ubi filij Iſrael ſe ad prelium præparantes, caſtra poſuerunt. Et
eſt hodie grandis uicus Aendor iuxta montem Tabor ad meridiem in quarto miliario.
Aphec iuxta Aendor Iezraelis ubi dimicauit Saul. Arma, ad quem locum ſpoliorum
partem miſit Dauid. Athach, ad hunc locum quoq; miſit prædæ partem Dauid. Amma,
in deſertū euntibus Gabaon. Aethon Adaſai, pro quo Symmachus poſuit inferiorem
uiam. Area orne, hæc eſt Hieruſalem. Aſſure, ciuitas Iudæ quam ædificauit Salomon.
Abelmaula, urbs unius de principibus Salomonis: unde fuit & Heliſeus propheta. Eſt
autē nunc uicus in Aulone, de quo ſupra diximus, in decimo à Scythopoli miliario con
tra auſtralē plagā nomine Bethahula. Sed & Abelmea uillula nunc nuncupat inter Nea-
polim & Scythopolim. Auotihar, ciuitas unius de principibus Salomonis. Ailath, ſu-
per littus rubri maris in terra Edom: de qua ſupra dictū eſt. Aheloth, quam extruxit A-
zarias. Aenda, huius expugnator Aſa rex Iuda atq; ſubuerſor. Aſiongaber, in hoc loco
claſsis Ioſaphat ui tēpeſtatis attrita eſt. Fertur autē ipſa eſſe Eſia haud procul ab Ailath
in mari rubro. Allea Bargozan, nomina fluminū in terra Medorū: ad quorum montes
captiuus Iſrael ductus eſt. Abana, fluuius Damaſci. Aopſithe uel Aphuſoth quod A-
quila in libertatē uertit. Aian, quam expugnauit rex Aſſyriorū. Ahia, in Aſſyriorū re-
gione locus. Ameth, regio Aſſyriorum. Aſima, oppidum in terra Iudæ quod ædifica-
uerunt hi qui ad eam uenerant de Emat. Arcem, refert Ioſephus hanc eſſe Petram ur-
bem nobilem Palæſtinæ. Adramelech idolum Aſſyriorū: quod & Samaritæ uenerati
ſunt. Arnonim, iuxta Eſaiam uiæ nomen eſt in uiſione contra Moab, pro quo Aquila
Oronaim poſuit. Et Symmachus, Oranim. Agillam, huius & Eſaias meminit in uiſione
contra Moab. Eſt autem nunc Agallim uicus ad auſtralem partem Areopoleos, diſtans
ab ea milibus octo. Aelim, puteus Dimon, & huius loci in eadem uiſione Eſaias recor-
B datur. Ariel, huius quoq; Eſaias meminit: quā Aquila & Symmachus interpretati ſunt
leonem dei. Hanc eſſe putant quidam Areopolim, eo quod ibi nunc uſq; Ariel idolum
colant, uocatum ἀπὸ τοῦ ἄρεως, id eſt, à Marte: unde & ciuitatē dictam ſuſpicantur. Mihi
autem uidetur iuxta conſequentiam textum que prophetiæ, Ariel ibi allegorice Hieruſa
lem ſiue templum ſignificare, hoc eſt leonem dei: quod forte regnum fuerit & potens.
De hoc in libris Hebraicarū queſtionum plenius dictum eſt. Adama, in Eſaia, pro quo
Aquila & Symmachus humum, Theodotio terrā interpretantur. Ager fullonis, & hoc
in Eſaia ſcriptum eſt. Oſtenditur autem nunc uſq; locus in ſuburbanis Hieruſalem. Aſe
dech, & hanc Eſaias propheta futuram in Aegypto uaticinatur. Sciendum autem quod
in Hebræo pro hoc nomine ſcriptum ſit heres: quod à ſiccitate quidam interpretantur
in ſolem: & alij in teſtā transferunt, uolentes uel Heliopolim ſignificari uel Oſtracinen.
Sed & huius rei diſputationem, quia longior eſt, in libris Hebraicarum quæſtionū repe
ries. Arphath, urbs Damaſci quam expugnauit rex Aſſyriorum, ſicut in Eſaia & Hiere
mia & libris regnorū ſcribitur. Aneugaua, & huius Eſaias meminit, quā Aquila trāſtu
lit Ane & Gaua, ſcilicet u ſyllabam quæ in medio nominis poſita eſt, in cōiunctionem
&, interpretatus: Symmachus uero, ſollicitauit & humiliauit. Legimus ſuper hoc in reg
norum libris. Armenia, in Eſaia quæ eſt Ararat. Aſael, huius meminit Zacharias pro-
pheta. Ananeel, turris Hieruſalem, ſicut in Zachariæ libro ſcriptum eſt. Aſſeremoth,
in Hieremia, pro quo in Hebræo ſcriptū eſt Sademoth, quod Aquila interpretatur ſub-
urbana. Aenioth, in Hieremia, quod Aquila uertit in officinas uel tabernas. Aabaoth,
in Hieremia, pro quo in Hebræo legitur Luit. Aethan in Hieremia, quam Aquila uali-
dam, Symmachus interpretatur antiquam. Acheldemach, ager ſanguinis, qui hodieq;
monſtratur in Aelia ad auſtralem plagam montis Sion. Aenon iuxta Salim ubi bapti-
zabat Ioannes, ſicut in euangelio κατὰ ἰωάννην ſcriptum eſt: & oſtenditur nunc uſq; lo-
cus in octauo lapide Scythopoleos ad meridiem iuxta Salim & Iordanem.

Babel

BAbel quæ & Babylon, interpretatur confusio. Erat autem ciuitas regni Nemrod, in qua eorũ qui ædificauerunt turrim diuisæ sunt linguæ, quorũ principem Iosephus fuisse Nemrod affirmat. Testemq; eius historiæ, Sibyllã Græcã exhibens: Locus, inquit, in quo turrim ædificauerunt nunc appellatur Babylon, propter cõfusionẽ sermonis eorum qui altissimã turrim omni studio fabricabantur. Siquidem Hebræi confusionẽ Babel uocant. De hac turre & diuersitate linguarũ scribit & Sibylla in hunc modum. Cum omnes mortales una lingua uterentur: quidam ex his altissimã turrim ædificauerũt, cælum per eam cupientes scandere: dij uero turbines mittẽtes, euertere turrim: & propriã atq; diuersam unicuiq; tribuere linguã, unde urbẽ quoq; cõtigit appellari Babylonem.

Bethel, uicus in duodecimo ab Aelia lapide ad dexterã euntibus Neapolim, quæ primum Luza, id est Amygdalũ uocabat: & cecidit in sortẽ tribus Beniamin iuxta Bethan & Gai, quam expugnauit Iesus rege illius interfecto. Porrò quod quidam putant secundum errorẽ Græcorũ uoluminũ Valamaulas antiquitus nuncupatã, uehemẽter errant. Verbũ quippe Hebræũ & nomẽ ipsius ciuitatulæ pariter miscuerunt, cum ulam significet prius, id est πρότερον, Luza uero amygdalũ: & sit sensus: uocabatur aũt Bethel prius Luza. Necnon & hoc quod Bethauen aliud oppidũ suspicãtur, Hebræi putant eandem esse Bethel. Sed ex eo tẽpore quo ibi ab Hieroboã filio Nabat uituli aurei fabricati sunt: & à decẽ tribubus adorati, uocatũ esse bethauen, id est domus idoli, quæ ante uocabat domus dei. Sed & super hoc in libris Hebraicarũ quæstionũ plenius diximus. Bala quæ est Segor nunc Zoara nuncupatur: sola de quinq; Sodomorũ urbibus Lot precibus reseruata. Imminet autẽ mari mortuo, & præsidiũ in ea positũ est militũ Romanorũ: habitatoribus quoq; proprijs frequentat: & apud eam gignitur balsamũ, & poma palmarũ, antiquæ ubertatis indicia. Nullũ autẽ moueat quod Segor eadẽ Zoara dicitur: cum idẽ sit nomẽ paruulæ uel minoris. Sed Segor Hebraice, Zoara Syriace nuncupatur. Bala autem interpretat absorpta: super quo in libris Hebraicarũ quæstionũ plenius diximus. Balanus, id est quercus luctus, sub qua Rebeccæ nutrix sepulta est. Barath, inter Cades & Barath hodieq; Agar puteus demõstratur. Bethlehẽ, ciuitas Dauid in sorte tribus Iudæ: in qua dominus noster atq; saluator natus est, in sexto miliario ab Aelia contra meridianam plagã, iuxta uiã quæ ducit Chebron, ubi & sepulchrũ Iesse & Dauid ostenditur: & mille circiter passibus procul turris Ader, quæ interpretatur turris gregis, quodam uaticinio pastores dominicæ natiuitatis cõscios ante significãs. Sed & propter eandẽ Bethlehẽ, regis quondã Iudææ Archelai tumulus ostenditur: qui semitæ ad cellulã nostrã è uia publica diuertentis principiũ est. Vocabatur autẽ Bethlehẽ & filius Ephrate, id est Mariæ, ut in Paralipomenon plenius legimus. Lege diligenter historiam. Bersabee, in tribu Iuda siue Symeonis, est usq; hodie uicus grãdis in uicesimo à Chebron miliario, uergens ad austrũ: in quo & Romanorũ militũ præsidiũ positũ est. A quo loco termini Iudææ terræ incipientes tendebantur usq; ad Dan, quæ iuxta Paneadẽ cernitur. Interpretatur uero Bersabee puteus iuramenti, eo quod ibi Abrahã & Isaac fœdus cũ Abimelech sociauerũt iurantes. Nec mouere debet quempiã si interdũ ciuitates Iudę easdem in tribu Symeonis uel Beniamin reperiat. Tribus em̃ Iuda bellicosissimis uiris pollens, & crebro aduersarios superans, in omnib. tribubus tenuit principatũ: & idcirco etiã aliarũ tribuũ sortes in eius interdũ funiculo nuncupant: alioquin in medio tribus Iudæ habitasse Symeonem scriptura manifestissime docet. Balam in tribu Iuda. Baschat, in tribu Iuda.

Bethdagon in tribu Iuda: sed & usq; hodie grãdis uicus Capherdago inter Diospolim & Iamniã demonstrat. Bethaloth, in tribu Iuda. Bethaphu in tribu Iuda uicus trans Raphaim milibus quatuordecim eũtibus Aegyptũ, qui est terminus Palestinæ. Betharaba, pro qua Symmachus transtulit in locis quæ iuxta inhabitabilẽ sunt, significãs eremum.

Beesthara, in tribu Manasse separata leuitis in regionibus Basanitidis. Bethaim, in tribu Beniamin iuxta Gai & Bethel contra Machmas: licet pleriq;, ut supra dictum est, eandem putent esse Bethel. Baliloth, in tribu Beniamin. Besur, in tribu Iuda, siue Beniamin

min, & est hodie Bethsoron uicus eũtibus nobis ab Aelia Chebron in uicesimo lapide, iuxta quem fons ad radices montis ebulliens ab eadem in qua gignitur sorbetur humo. Et apostolorum acta referunt eunuchum Candacis reginæ in hoc esse baptizatum à Philippo. Est & alia uilla Bethsur in tribu Iuda, mille passibus distans ab Eleutheropoli. Beroth, in tribu Beniamin. Bola, in tribu Symeonis. Boon, in tribu Beniamin. Bethalon, in tribu Beniamin, pro qua Symmachus interpretatur in campestribus. Bethalla, in tribu Beniamin. Borohot in tribu Beniamin. Ballath in tribu Symeonis. Bathul, in tribu Symeonis. Beramoth, in tribu Symeonis. Beth, in tribu Symeonis. Baaleth, in tribu Symeonis. Bethlabaoth, in tribu Symeonis. Bethlehem, in tribu Zabulon, ad cuius distinctionẽ altera Bethlehem appellat Iudę. Bethphases, in tribu Issachar.

Bathne, in tribu Aser, & nunc appellatur uicus Bethebem in octauo miliario Ptolemaidis contra orientem. Bethagon locus in quo duæ tribus Zabulon & Issachar habent confinia. Bethemech, quod interpretatur Symmachus locum uallis. Est autem sortis Aser. Bethana, in tribu Neptalim, & est uilla nomine Bathanea in quintodecimo à Cæsarea lapide, in qua dicuntur lauacra esse salubria, quã & supra sub nomine Anee posuimus. Bane, in tribu Dan. Barach, in tribu Dan usq; hodie prope Azotum. Bareca, uiculus appellatur. Bezech, urbs regis Adonibezech, & hodieq; duæ uillæ sunt nomine Bezech uicinæ sibi in decimoseptimo lapide à Neapoli descẽdentibus Scythopolim.

Bethsan, ex hoc oppido tribus Manasse accolas pristinos nõ potuit expellere, & nunc appellat Scythopolis, urbs nobilis Palæstinæ, quã interdũ scriptura cognominat domũ San, quod in nostra lingua interpretat inimicus. Bethsamis ciuitas sacerdotalis in tribu Beniamin, quæ usq; hodie demonstratur de Eleutheropoli pergentibus Nicopolim in decimo miliario cõtra orientalẽ plagã. Bethna in sorte tribus Neptalim. Sed nec de hac pristinos accolas trib. Neptalim ualuit expellere. Betsamis altera, in tribu Neptalim, in qua & ipsa cultores pristini permanserũt. Baal ermon mons circa Libanũ in finibus Allophylorũ. Baleth in tribu Dan. Bethara, quod interpretat domus aquæ siue putei quam in expeditiõe bellãdi occupauit Gedeon. Bethasepta ubi terga uertit Madian. Balanus, id est quercus Sicimorũ, ubi regnauit Abimelech, quæ usq; hodie ostendit in sub urbano rure Neapoleos prope sepulchrũ Ioseph. Borconni, quod uertit Aquila in spinas, & Symmachus in tribulos. Bera, ubi cũ Abimelech Ioathan fugisset habitauit. Distat aũt uicus Bera ab Eleutheropoli octo milib. ad aquilonẽ. Baalthamar, iuxta Gabaa ubi filij Israel aduersum tribũ Beniamin iniere certamẽ, & usq; hodie Bethamari in supra dictis locis uiculus appellat. Bethcur. usq; ad hunc locũ populus Israel fugientes persecutus est alienigenas, appellans eum lapidẽ adiutorij. Bama, ubi Saul ungendus in regem, cũ Samuele cibũ sumpsit. Porrò Bama Aquila semper excelsum transtulit. Boses, nomen Petræ, de qua in libris Hebraicarũ quæstionũ diximus. Besor, turris ad quam uenit Dauid. Besaran, ad quem locum Dauid prædæ partem misit. Bahurim, locus ad quem usq; prosecutus est Michol filiam Saul uir suus lachrymãs. Baalasor, iuxta Ephraim, ubi ab Absalon pecora tondebantur. Bethmacha, usq; ad hanc persecutus est Ioab perduellem Sabe, & post hęc eam ab Assyriorum rege captam legimus. Est aũt ascendentibus de Eleutheropoli Aeliam in octauo lapide, nunc uilla quæ Mechanum dicitur.

Ballath, urbs quam ædificauit Solomon. Bethsalisa, unde uenit homo cum muneribus ad Heliseum prophetam. Est aũt uilla in finibus Diospoleos, quindecim ferme ab ea milibus distans contra septentrionem in regione Tannitica. Bethagan, uia per quam Ochoziam fugisse legimus. Basechad, urbs antiqua Iudææ. Bethacad, uicus Samariæ ad quem uenit Hieu rex Israel: qui in latissimo campo situs, non amplius quindecim milibus à legionis oppido separatur, pro quo Aquila interpretatur domus curuantium. Symmachus domus singulorũ, eo quod angustus & humilis introitus, singulos tãtum, nec ipsos stantes ingredi sustineret. Benit quam construxerunt Samaritani qui de Babylonis regione transierãt. Byblos ciuitas Phœnices cuius meminit Ezechiel, pro qua

in Hebræo cõtinetur Gobel. Bubastus ciuitas Aegypti: iuxta Ezechielem. Boz in terra c
Cedar, sicut scribit Hieremias. Bel, idolũ Babyloniorũ. Bethzaida, ciuitas est Galilęę, Andreæ, Petri & Philippi apostolorũ, prope stagnum Genesaret. Betphage, uillula in monte oliueti, ad quam uenit dñs Iesus. Bethania, uilla in secũdo ab Aelia miliario, in latere montis oliueti: ubi saluator noster Lazarũ suscitauit, cuius monumentũ ecclesia nunc ibidẽ extructa demonstrat. Bethbara, trans Iordanẽ ubi Ioannes in pœnitentiam baptizabat, unde & usq; hodie plurimi de fratribus, hoc est de numero credentiũ ibi renasci cupiẽtes, uitali gurgite baptizant. Bethesda, piscina in Hierusalẽ quæ uocabatur προβατική, & à nobis interpretari potest pecualis. Hæc quinq; quondã porticus habuit, ostenduntur q́; gemini lacus, quorũ unus hybernis pluuijs adimpleri solet, alter mirum in modũ rubens, quasi cruentis aquis, antiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in eo lauari à sacerdotibus solitas ferunt, unde & nomen accepit.

C Arnaim Astaroth, nunc uicus est grandis in angulo Batanææ, & appellatur Carnea transfluenta Iordanis: traduntq́; fuisse ibi domũ Iob. Sed & supra meminimus Carneæ uiculi in nono ab Aelia miliario. Cades, ubi fons est iudicij, & Cadesbarne in deserto, quæ coniungit ciuitati Petræ in Arabia: ibi occubuit Maria, & Moyses rupe percussa, aquã sitienti populo dedit. Monstrat ibidem usq; in præsentẽ diem sepulchrũ Mariæ, sed & principes Amalech ibi à Chodorlaomor cæsi sunt. Cene, regio principũ Idumæorum. Cariathaim, ciuitas quam extruxerunt filij Ruben. Nunc aũt est uicus Christianis omnibus florens, iuxta Medebam urbem Arabiæ, & appellat Coraiatha in decimo miliario supradictæ urbis, contra occidentalem plagã, uicinus eius loci qui appellatur Bare. Cariatharbe, id est uillula quatuor, quæ & Chebron, de qua iam supra dictũ est. Canath, uicus Arabiæ, qui nunc Cannatha dicitur, quam cũ cepisset Naban, appellauit Nabotholiam. Fuit aũt in tribu Manasse regiõe Trachonitidis iuxta Bosram. Cata Chrysea, id est aurea. Sunt aũt montes auri fertiles in deserto procul undecim milibus à D
Choreb, iuxta quos Moyses Deuteronomiũ scripsisse perhibet. sed & metalli æris quod nostro tẽpore corruit, montesq́; uenarũ auri plenos olim fuisse uicinos existimant. Cademoth desertum, ex quo loco misit legatos Moyses ad Seon regem Amorræorũ. Cariat, uicus qui sub Gaba metropoli fuit. Cedes, ciuitas quam cepit Iesus, rege ipsius interfecto. Est aũt in sorte tribus Iudę. Cademoth, altera ciuitas filiorũ Ruben. Cedson, in tribu Ruben separata leuitis. Capseel, in tribu Iuda. Cina, in tribu Iuda. Ceila, in tribu Iuda, ubi quondam sedit Dauid, & nunc uillula Ceila ad orientalẽ plagã Eleutheropoleos pergẽtibus Chebron, quasi ab octauo miliario, in qua sepulchrũ demonstrat prophetæ Abacuk. Cariathbaal, ciuitas Iarim in tribu Iuda. Cana, in tribu Ephraim. Campsaim, in tribu Ephraim. Cane, in tribu Manasse. Cariathiarim quæ & Cariathbaal ciuitas saltuũ, una de urbibus Gabaonitarũ pertinens ad tribũ Iuda, euntibus ab Aelia Diospolim in miliario uno. De hac fuit Vrias propheta, quem interfecit Ioachim in Hierusalem sicut scribit Hieremias. Sed in Paralipomenon libro filius Sabal appellatur Cariathiarim. Cison, in tribu Issachar ciuitas separata leuitis. Carta in tribu Zabulon separata leuitis. Cana usque ad Sidonem maiorem: est quippe & altera minor ad cuius distinctionem maior hæc dicitur. Fuit autem Cana in tribu Aser, ubi dominus noster atque saluator aquam conuertit in uinum. Vnde & Nathanael uerus Israelita saluatoris testimonio comprobatur, & est hodie oppidum in Galilæa gentium. Cedes, sortis Neptalim ciuitas sacerdotalis ac fugitiuorum, in Galilæa super mõtem Neptalim, Sed & hanc cepit rex Assyriorum quæ nunc Cidissus appellatur in uicesimo Tyri miliario iuxta Paneadem. Cartam in tribu Neptalim, ciuitas separata leuitis. Cethron, in tribu Zabulon in qua pristini remanere cultores. Carcar, ubi filij erant Zebeæ & Salmana, quos interfecit Gedeon, & est usque hodie castellum cognomento Carcaria, unius diei itinere à Petra distans. Camon, ciuitas in qua sepultus est Iair cum primum iudicasset populũ Israel. Appellatur autẽ hodie uicus Cimana in campo latissimo

sex

A sex milibus à legione ad septentrionalem plagam pergentibus Ptolomaidem. Cison, torrens iuxta montem Thabor: ubi contra Sisaram dimicatum est. Cadomi, torrens iuxta quem Debbora bellum gessit. Cœlas titanorum, id est uallis gigantum aduersus quos præliatus est Dauid. Clauthmon, id est fletuum locus, à planctu nomen accepit. Ceni regio Philistijm. Carmelus, ubi quondam Nabal Carmelius fuit, & nunc uilla est Carmelia nomine, decimo lapide oppidi Chebron, uergens ad orientalem plagã, ubi & Romanum præsidium est positum. Cedron appellatur torrens siue uallis Cedron, iuxta Hierusalem ad orientalem plagam est: cuius euangelista meminit. Cyrene in finibus Aegypti, ad quem locum rex Assyriorum transtulit Damascenos Coa quæ est iuxta Aegyptum. Carchedon, id est Carthago, cuius Esaias & Ezechiel in uisione Tyri recordantur: pro quo in Hebraico Tarsis scriptũ est. Sed & de hac in libris Hebraicarum quæstionum plenius diximus. Cœlas, id est uallis Iosaphat inter Hierusalẽ & montem oliueti. Lege prophetã Iohel. Cedem in Ezechiel, quod Aquila & Symmachus interpretantur orientẽ. Cedar in Ezechiel, princeps Cedar. Sed & Esaias & Hieremias in uisione Arabiæ huius uocabuli recordantur. Est aũt regio in eremo Saracenorũ à filio Ismael is Cedar ita cognominata. Carioth in regione Moabitarum, sicut Hieremias scribit. Capharnaum iuxta stagnum Genasereth, usq; hodie oppidum in Galilæa gentiũ situ, in finibus Zabulon & Neptalim Hucusq; per c literã, id est κ Græcũ legere debemus, exinde per elementũ χ quod aspirationem in se continet, & à Latinis minime habet, scribendum pariter ac legendum. Chalanne ciuitas regni Nemrod in Babylone: cuius & Esaias meminit, dicẽs, Et Chalanne ubi turris ædificata est. Chalach urbs Assyriorum, quam ædificauit Assur egrediens de terra Sennaar. Charra ciuitas Mesopotamiæ trans Edessam, quæ usq; hodie Charra dicit: ubi Romanus cæsus est exercitus, & Crassus dux captus. Chebron quæ quondam appellabatur Arbe, licet male in Græcis codicibus habeatur Arboch: condita est aũt ante septẽ annos q̃ Tanis urbs Aegypti conderetur. Dixi
B mus de hac & supra. Fuit aũt & metropolis Enakim, quos gigantes & potentes intelligere debemus. Chobaa ad læuam partem Damasci. est aũt Chobaa uilla in ijsdem regionibus, habens accolas Hebræos, qui credentes in Christum, omnia legis præcepta custodiunt. Et à principe hæreseos Hebionitæ nuncupantur. Contra huiusmodi dogma Paulus apostolus scribit ad Galatas. Chabrata quod interpretatur Aquila καθοδόν, id est iuxta uiam quæ ducit in Ephrata, id est Bethlehem, ubi cũ Rachel Beniamin peperisset occubuit. Super hoc uerbo quid nobis uideatur, in libro Hebraicarũ quæstionum diximus. Chazbi, ubi geminos Iudæ filios Thamar edidit. Ostendit aũt nunc locus desertus iuxta Odollam in finibus Eleutheropoleos. De hoc quoq; in libris Hebraicarũ quæstionum plenius à nobis disputatũ est. Choreb mons dei in regione Madian iuxta montem Sina supra Arabiam in deserto: cui iungitur mons & desertũ Saracenorũ quod uocatur Pharan. Mihi aũt uidetur quod duplici nomine idẽ mons, nunc Sina, nũc Choreb uocetur.

Charadda castra filiorum Israel Chennereth mare ubi est terminus Iudææ in tribu Neptalim, Sed & oppidum quod in honorem Tyberij Cæsaris Herodes rex Iudææ postea instauratum appellauit Tyberiadẽ, ferunt hoc primũ appellatũ nomine. Chephira uicus ad ciuitatẽ pertinens Gabaon in tribu Beniamin. Chaslon in tribu Iuda, & in finibus Aeliæ uilla prægrandis. Chisil, in tribu Iuda. Chabon in tribu Iuda. Chaphtis in tribu Iuda. Charmel unde Nabal Carmelus fuit, de qua & supra dictũ est. Chilon in tribu Iuda. Chephri in tribu Beniamin. Chasselatabor in tribu Zabulon. Chethim Cyprus dicitur, in qua ciuitatem condidit Luza. Nam & urbs hodie Cypri Cittium appellatur. Charri, ad quẽ locũ persecutus est Ioab res nouas molientẽ Sibam. Chomarim ubi Iosias simulachra combussit. Chalanne ubi turris ædificata est iuxta Esaiam, sicut diximus. Charran ciuitas Assyriorum in regione Theman iuxta Esaiam. Chaselath iuxta Thabor terminus Zabulon, diximus de ea & supra sub nomine Chasalus. Chabol terminus Aser. Chalab, de hac cultores pristinos Aser non potuit expellere. Cho

rath torrẽs trãs Iordanẽ, ubi abscõditus est Elias è regiõe eiusdẽ fluminis. Chota regio Assyriorũ. Chobar flumẽ Babyloniũ, sicut in Ezech. & in Hierem. scribit. Charcamis ciuitas iuxta flumẽ Euphratẽ. Chamoan uillula iuxta Bethlehẽ. Chelõ, quæ Aelon oppidũ Moab: sicut in Hieremia scribit. Chamos idolũ Moab. Chorozain oppidũ Galileę, quod Christus propter incredulitatẽ miserabiliter deplorat & plangit. Est aũt nunc desertũ in secũdo lapide à Capharnaũ. Chimarrus, id est torrẽs cedron (de quo & supra diximus) inter montẽ oliueti & Hierusalẽ, ubi dñm saluatorẽ Ioannes euãgelista narrat traditum.

Dassem urbs Assyriorũ nobilis quã extruxit Assur, inter Niniuen & Chalad. Drys, id est quercus Mãre iuxta Chebrõ quæ usq; ad ætatẽ infantię meæ & Cõstãtij regis imperiũ Terebinthus monstrabat peruetus, & annos magnitudine indicãs, sub qua habitauit Abrahã. Miro aũt cultu ab ethnicis habita est uelut quodã insigni numine cõsecrata. Damasc⁹ nobilis urbs Phœnices. eodẽ aũt uocabulo & Masech ancillę Abrahã fili us appellatus est. Porrò Masech quid sibi uelit: in lib. Hebraicarũ quæst. plenius disputa ui, hic tantũ interpretis sum functus officio, nõ quod ancillã Abrahæ Masech nũcupatã probẽ. Dan uiculus est in quarto à Paneade miliario eũtibus Tyrum: qui usq; hodie sic uocatur, terminus Iudęæ prouinciæ cõtra septentrionẽ, de quo & Iordanis flumẽ erumpens, à loco sortitus est nomẽ. Ior quippe ῥεῖθρον, id est fluuiũ siue riuũ Hebræi uocant. Damnaba ciuitas Balach, filij Beor regis Edom. post quẽ regnauit Iob, licet mihi uideat longe aliter, & est usq; hodie uilla Dãnaba in octauo miliario Areopoleos pergentibus Arnonẽ, & altera Damnaba super montẽ Phogor in septimo lapide Esbus. Dothaim, ubi inuenit Ioseph fratres suos pecora pascẽtes, qui & usq; hodie in duodecimo à Sebaste miliario, contra aquilonis plagã ostendit. Debon quæ & dibon, in solitudine castra filiorũ Israel. Est & alia Dibon uilla prægrãdis iuxta Arnonẽ, quæ cũ prius fuisset filiorũ Moab, & post eã Seon rex Amorręorũ belli iure tenuisset, à filijs Israel capta atq; possessa, in partẽ uenit tribus Gad. Meminit huius Hieremias & Esaias in uisione cõtra Moab. Debongad filiorũ Israel castra Dismemoab, id est ad occidentẽ Moab iuxta Iordanem contra Hierichum: ubi Balach rex Moab & maiores natu Madian, Israelem insidijs decepe runt, in quo loco & Moyses Deuteronomium scripsit. Dabira ciuitas in tribu Dan, cuius regem interfecit Iesus. Est autem & alia uillula Iudæorum in monte Tabor regionis ad Diocæsaream pertinentis. Dornapheth quod Symmachus transtulit dor maritima, hæc est Dora in nono miliario Cæsareæ Palęstinæ pergẽtibus Tyrum nunc deserta: quæ cum cecidisset in sortẽ tribus Manasse, eam possidere nõ potuit, quia in ea habitatores pristini permanserunt. Dabir in tribu Iuda, quæ uocabatur ciuitas literarum, hanc præoccupauit Othoniel frater Caleb, interfectis in ea filijs Enakim. Fuit aũt & ipsa sacerdotibus separata. Porrò Othoniel quidam arbitrant filiũ fratris Caleb. Dabor super Iordanem ciuitas Amorræorũ. Dimona in tribu Iuda. Dedan in tribu Iuda. Daenna in tribu Iuda, eadem aũt est, quæ & Dabir ciuitas literarum. Dahiua siue Dahiud in tribu Iuda. Duma in tribu Iuda uicus grandis in Daroma, hoc est ad australẽ plagã in finibus Eleutheropoleos, decẽ & septẽ ab ea miliaribus distans. Damna in tribu Zabulon ciuitas separata leuitis. Dasbath in tribu Zabulon. Dabrath in tribu Issachar urbs separata leuitis. Drys, id est quercus in Ephrata in tribu Manasse, unde fuit Gedeon. De hac qd nobis uisum sit, in libris Hebraicarũ quæst. diximus, Quæritur enim quõ Ephrata in tribu Manasse nunc esse dicatur. Dibon de qua supra diximus, cuius meminit Esaias in uisione contra Moab. Deseth quod Aquila transtulit parietẽ. Symmachus murũ. Dodanim de qua Esaias in uisione scribit Arabiæ. Est aũt iuxta Areopolim. Daron huius meminit Ezechiel, quod Symmach. uertit in Aphricũ. Diospolis ciuitas Aegypti, sicut scribit Ezechiel. Dadan in regione Cedar, de qua scribit Hieremias. Deblathaim in terra Moab, sicut scribit Hieremias. Dedan in regione Idumæa, super qua scribit Hieremias. Est aũt in quarto miliario à Metalloceno cõtra Aquilonẽ. Decapolis, sicut in euangelio legimus. Est aũt regio decẽ urbium trans Iordanẽ circa Hippum & Pellen & Gadaram,

Eden

Eden sacer paradisi locus ad orientẽ, quod in uoluptatẽ deliciasq; transfertur. Euila ubi aurũ purissimũ, quod Hebraice dicitur Zaab, & gẽmæ preciosissimæ carbunculus smaragdusq; nascunt. Est aũt regio ad orientẽ uergens, quam circumit de paradiso phiso egrediẽs, quẽ nostro mutati nomine Gangen uocãt. Sed & unus de minorib. Noe Euila dictus est, quẽ Iosephus refert cũ fratribus suis à flumine Cephene & regiõe Indię, usq; ad eũ locũ qui appellatur Ierie, possedisse. Sed & Ismael in solitudine Euila habitasse scribit: quã scriptura sancta esse ait in deserto Sur cõtra faciẽ Aegypti: & inde tendere usq; ad terrã Assyriorũ. Euphrates fluuius Mesopotamiæ in paradiso oriens. Porrò Salustius autor certissimus asserit tam Tigris q̃ Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Ex quo animaduertimus aliter de paradiso & fluminibus eius intelligendũ. Elleasar ciuitas regis Arioth. Ephrata regio Bethlehem ciuitatis Dauid, in qua natus est Christus. Est aũt in tribu Iuda: licet pleriq; male existimẽt in tribu Beniamin, iuxta uiã ubi sepulta est Rachel quinto miliario ab Hierusalem, in eo loco qui à septuaginta uocat hippodromus. Legimus Ephratã, in Paralipomenõ lib. sicut supra dictũ est. Ebrona in deserto castra filiorũ Israel. Emath quã transierunt exploratores, qui ab Iesu missi sunt. Erma ubi pars populi cæsa est Israelis ab Amalech & Cananæo: quẽ in Deuteronomio Amorræũ scriptura uocat. Esebõ ciuitas Seon regis Amorręorũ in terra Galaad. quæ cũ fuisset ante Moabitarũ, ab Amorræis belli iure possessa est. Meminit huius Hier. Esaias quoq; in uisione cõtra Moab. Porrò nũc uocat Esbus, urbs insignis Arabiæ, in montib. qui sunt cõtra Hiericho, uiginti à Iordane milib us distãs. Fuit aũt in tribu Rubẽ separata leuitis. Edrai ubi interfectus est Og rex Basan, gigas, id est, potẽs, omnisq; illius cæsus exercitus. Nũc aũt est Adara insignis ciuitas Arabiæ, in uicesimo quarto lapide à Bosdra. Eleale ciuitas Amorræorũ in Galaad, quæ cecidit in sortẽ tribus Ruben. Meminit huius & Esaias in uisione cõtra Moab & Hieremias: sed & usq; hodie uilla grãdis ostendit in primo ab Esbus miliario. Enna, quæ est iuxta desertũ Cades. Ermõ, mons Ermõ, quẽ Phœnices cognominãt Sanior: iã supra positus. Emec Achor, quod interpretat uallis Achor, id est tumultus atq; turbarũ: ubi Achã lapidibus oppressus est, eo quod quędã de anathemate sustulisset. Est aũt locus iuxta Hiericho, haud procul à Galgalis. Male ergo quidam putant uallẽ Achor, à nomine eius qui lapidatus est nuncupatã: cũ ille Acham dictus sit, & non Achor uel Achar. Eglon quæ & Odollam in tribu Iudæ: cuius regẽ nomine Dabir interfecit Iesus. Est aũt nunc illa prægrãdis in duodecimo ab Eleutheropoli lapide contra orientẽ: de qua & supra diximus. Efron quæ & Assur, iuxta eremũ in tribu Iuda: de qua supra dictũ est. Enakim, & in hac interfecit Iesus Enakim gigãtes de regione mõtana in Chebron. Sed mihi nõ uidet nomen esse loci, sed habitatorũ Chebron. Ephron in tribu Iuda. Est & uilla prægrãdis Ephrea nomine cõtra septentrionẽ in uicesimo ab Aelia miliario. Edre in tribu Iuda. Etna in tribu Iuda. Ebezinthia in tribu Iuda. Euin in tribu Iuda. Elolath in tribu Iuda. Ereb in tribu Iuda: est hodieq; uilla in Daroma, id est ad austrũ quæ Heromith nuncupatur. Esau in tribu Iuda. Elul in tribu Iuda. Est & hodie in regione ad Aeliã pertinente uilla nomine Alula iuxta Chebron. Elthei in tribu Iuda: est hodieq; Thecua uicus in nono ab Aelia miliario contra meridianã plagam, de quo fuit Amos propheta: cuius sepulchrũ ibidẽ ostenditur. Engaddi in tribu Iuda: ubi absconditus est Dauid in solitudine, quæ est in Aulone Hierichus, hoc est in regione illa campestri, de qua supra diximus. Vocatur aũt usq; hodie uicus prægrandis Iudæorum Engaddi, iuxta mare mortuũ, unde & opobalsamũ uenit, quas uineas Engaddi Solomõ nuncupat. Eschemo ciuitas sacerdotalis, nunc aũt ostenditur prægrandis uicus Iudæorum in Daroma: qui locus ad Eleutheropoleos pertinet regionem. Emec Raphaim, id est uallis Raphaim in tribu Beniamin. Edomia in tribu Beniamin: nũc uero ostenditur uilla Eduma in Acrabatene duodecim fermè milibus distans à Neapoli contra orientalẽ plagam. Erma, & hanc Iesus cepit rege illius interfecto: quæ fuit in sorte Symeonis siue Iuda. Ether sortis Symeonis: & nũc est uilla prægrandis nomine Iethira, in interiore

Daroma iuxta Malatham. Etha in tribu Symeonis. Elehath in tribu Aſer ciuitas leuitis c
ſeparata. Edrai in tribu Neptalim. Eſthaul in tribu Dan, ubi mortuus eſt Sampſon: quę
uſq; hodie oſtenditur in decimo Eleutheropoleos miliario contra Aquilonem pergen-
tibus Nicopolim. Eltheco in tribu Dan ſeparata leuitis. Elba, de hac tribus Aſer acco-
las priſtinos nequiuit expellere. Eremmon uicus Iudæorum prę grandis in decimo ſexto
ab Eleutheropoli miliario contra meridiem in Daroma. Emathdor in tribu Neptalim
ſeparata leuitis. Emath terminus Allophylorum in regione Damaſci. Ergab, ad quem
locum Ionathã filius Saul puerũ dirigit, militaribus iaculis ſe exercẽs. Pro quo Aquila &
Symmachus interpretati ſunt lapidem, licet in alio loco Symmachus pro hoc τὸν πέρμα
τροφ dixerit. Echela, ubi abſconditus eſt Dauid, nunc uero Echela uilla dicitur in ſepti-
mo ab Eleutheropoli miliario: iuxta quã & ſepulchrũ Habacuk prophetæ oſtenditur.
Elmoni locus quiſpiam interpretatur: pro quo Aquila & Theodotion tranſtulerunt τὸν
ἀλλᾶνα, quod nos dicere poſſumus hũc uel illũ. Porrò licet lector agnoſcat, quod in prin
cipio quoq; libri huius aliqua ex parte perſtrinxi, me nõ omnia quæ transfero cõproba
re: ſed idcirco quædã iuxta autoritetẽ Græcam relinquere, quia de his in libris Hebraica
rum quæſt. plenius diſputaui. Eſtema ad quẽ locum miſit Dauid. Eleth quã ædificauit
rex Azarias. Emath, in Eſaia Damaſci ciuitas, quã oppugnauit rex Aſſyriorũ. Meminit
huius Zacharias & Ezechiel. In Amos quoq; Emath rabba ſcribit, quod nobiſcũ ſonat,
Emath magna. Diximus de hac & ſupra, quod nobis uideret hanc eſſe Epiphaniã iuxta
Emeſam: quæ uſq; hodie Syro ſermõe ſic dicitur. Eſer urbs quam ædificauit Solomon.
Elceſe, de quo loco & Nahum propheta fuit, nã appellat Elceſæus. Emacim, quod Sym
machus & Aquila tranſtulerunt uallũ. Emaus de quo loco fuit Cleophas, cuius Lucas
meminit euãgeliſta, hæc eſt nũc Nicopolis inſignis ciuitas Palæſtinæ. Ephraim iuxta de
ſertum, ad quam uenit dñs Ieſus cũ diſcipulis ſuis. Diximus de hac & ſupra ſub Ephron
uocabulo. Hucuſq; per correptam literã e, nominũ ſunt lecta principia. Exinde per Ex-
tenſum legamus elementũ, quod Græce dicitur η. Elat regio principũ Edom, & ciuitas D
Eſau, in decimo à Petra miliario contra orientẽ. Eroim, ciuitas in Aegypto, ad quam Io
ſeph occurrit patri ſuo Iacob. Heliopolis, ciuitas ſolis, urbs in Aegypto pro qua in He-
bræo ſcriptũ eſt On, in qua Petefres ſacerdos fuit. Meminit huius & Ezechiel. Etham ca
ſtra filiorũ Iſrael in deſerto, quæ appellat Ebuthan. Engannim in tribu Iuda, nunc eſt ui
cus iuxta Bethel. Enaim in tribu Iuda, hodieq; uilla eſt Bethenim circa Terebinthũ. En
dor in tribu Manaſſe, ubi Pythoniſſa à Saule rege Iudææ conſulitur. Diximus & ſupra de
Endor, quæ eſt iuxta oppidũ Naim, in cuius portis ſaluator filiũ uiduæ ſuſcitauit. Eſt aũt
circa Scythopolim. Engannim in tribu Iſſachar ciuitas ſeparata leuitis. Sed & alia quædã
ciuitas Enganna dicitur, circa Geraſam trans Iordanẽ. Ennadda. in tribu Iſſachar. Eſt aũt
uſq; hodie quædam uilla Enadda pergentibus de Eleutheropoli Aeliam, quaſi decimo
miliario. Enaſor in tribu Neptalim poſita eſt, & ſupra Aſor. Ereccon, terminus tribus
Dan iuxta Ioppen. Etã ubi habitauit Sampſon, in ſpelunca Etham, iuxta torrentẽ. Elam
legimus uallẽ Ela: quã Aquila & Theodotio interpretant uallẽ quercus. Engaddi deſer-
tum, in quo abſcõditus eſt Dauid. Poſuimus & ſupra Engaddi in tribu Iuda iuxta mare
mortuũ, contra occidentẽ. Emath regio Allophylorũ. Porrò iuxta Hieremiã ciuitas Da
maſci. Eman terminus Damaſci, ſicut in Ezechiel legimus, ad orientem uergens Athe-
mna, & Palmetis, quem cæteri interpretes ædiderunt Thamar.

FIſon quod interpretat caterua, fluuius quẽ noſtri Gangen uocãt, de paradiſo exiens,
& pergẽs ad Indiæ regiões, poſt quas erũpit in pelagus. Dicit aũt ſcriptura circumiri
ab hoc uniuerſam regionẽ Euila, ubi aurũ præcipuũ naſcit & Carbunculus lapis & Pra-
ſinus. Faran nũc oppidũ trãs Arabiã iunctũ Saracenis, qui in ſolitudine uagi errant. Per
hoc iter fecerũt filij Iſrael cũ de mõte Sina caſtra mouiſſent. Eſt ergo ut diximus trãs Ara
biã cõtra auſtralẽ plagã, & diſtat ab Aula cõtra orientẽ, itinere triũ dierũ. In deſerto autẽ
Pharã ſcriptura cõmemorat habitaſſe Iſmaelẽ. Vnde & Iſmaelitæ qui nũc Saraceni. Legi
mus

A mus quoq; Chordolaomor regẽ percuſſiſſe eos, qui erant in deſerto Pharan. Filiſtim,
quæ nunc dicitur Aſcalon: & circa eam regio Palæſtinæ. Fanuel locus in quo Iacob to-
ta nocte colluctãs, Iſraelis uocabulũ meruit iuxta torrentẽ Iaboch. Fanuel aũt interpreta
tur facies dei, ab eo quod Iacob ibi deũ uiderit. Fogo ciuitas Adad regis, quę eſt in regio
ne Gabalitica. Fenon caſtra filiorũ Iſrael in deſerto. Fuit aũt quõdam ciuitas principum
Edom, nunc uiculus in deſerto: ubi æris metalla, damnatorũ ſupplicijs effodiuntur, in-
ter ciuitatẽ Petram & Zoaram, de quo & ſupra diximus. Fithon ciuitas Aegypti, quam
ædificauerunt filij Iſrael. Fin caſtra filiorum Iſrael in deſerto. Fatura ciuitas trans Me-
ſopotamiam, unde fuit Balaam hariolus: ſed & iuxta Eleutheropolim quædã uilla nomi
ne Fatura nuncupatur euntibus Gazam. Fogor & Bethphogor mons Moabitarum, ad
quẽ Balach rex adduxit Balaam hariolum in ſupercilio Liuiadis. Sed & alia uilla Fogor
haud procul à Bethlehẽ cernitur: quæ nunc Phaora nuncupat. Faſga ciuitas Amorræo-
rum. Eſt aũt & mons cõtra orientalẽ plagã Faſga, pro quo Aquila interpretat exciſum.
Sed & Septuaginta interpretes Faſga in quodã loco exciſum tranſtulerunt. Fanuel ciui-
tas quã ædificauit Hieroboã. Fanuel turris quã ſubuertit Gedeon. Sed & unus de filijs
Or uocatus eſt Fanuel. Fraaton unde fuit Abdon iudex populi Iſrael in mõte Amalech.
Felmonialmon, quod Aquila interpretat illũ uel iſtum. Symmachus uero neſcio quẽ lo
cum. Theodotion, illũ locũ. Felmoni, de quo in libris Hebraicarũ quæſt. plenius diſpu-
tatum eſt. Fogo ciuitas regni Edom. Farfar fluuius Damaſci. Fature regio Aegypti iu-
xta Ezechielem & Hieremiam, in qua profugi habitauerunt Iudæi.

GEon fluuius, qui apud Aegyptios Nilus uocat, in paradiſo oriẽs, & uniuerſam Ae-
thiopiã circũiens. Gomorra, una de quinq; ciuitatib. Sodomorũ, quæ cũ reliquis
diuina ultione ſubuerſa eſt. Gerara, ex cuius nomine nũc Geraritica uocat regio trans
Daroma procul ab Eleutheropoli uiginti milib. & quinq; ad meridiẽ. Erat aũt olim ter-
minus Cananæorũ ad auſtralẽ plagã & ciuitas metropolis Palæſtinæ. Scriptura cõmemo
B rat fuiſſe eã inter Cades & Sur, hoc eſt inter duas ſolitudines, quarũ una Aegypto iungi-
tur. ad quẽ populus trans fretum rubri maris peruenit. Altera uero Cades, uſq; ad Sara-
cenorũ eremũ extẽditur. Galaad, mons ad quẽ ſeptimo die profectionis è Charris Iacob
profugus uenit. Eſt aũt ad tergũ Phœnices & Arabiæ, collibus Libani copulatus: exten-
diturq; per deſertũ uſq; ad eum locũ, ubi trans Iordanẽ habitauit olim rex Seon Amor-
ręorũ. Cecidit ſupradictus mons in ſortẽ filiorũ Ruben, Gad & dimidię tribus Manaſſe.
Sed & Hieremias loquit: Galaad tu mihi initiũ Libani: à quo mõte & ciuitas in eo condi
ta, ſortita eſt uocabulũ, quam & cepit de Amorræorum manu Galaad filius Machir, filij
Manaſſe. Gader turris, ubi habitante Iacob, Ruben patris uiolauit thorũ, quæ abſq; g, li
tera in Hebræo Ader ſcribit. Geſſem regio Aegypti quã inhabitauit Iacob cũ liberis ſu-
is. Gaſiongaber caſtra in ſolitudine filiorũ Iſrael: ſicut in Numerorũ lib. ſcriptũ eſt. Por
rò iuxta Deuteronomiũ ciuitas eſt Eſau, quam nunc Eſſiam nuncupari putãt iuxta mare
rubrum & Ailam. Gethaim, pro qua in Hebręo poſitũ eſt Auith, ciuitas Adad, qui quar
tus regnauit in Idumæa terra, quæ nũc Gabalene dicit. Gai in ſolitudine caſtra filiorum
Iſrael, & uſq; hodie Gaia urbs dicitur Palæſtinæ iuxta ciuitatẽ Petrã. Gelmon de Blatha-
im caſtra, id eſt manſio filiorũ Iſrael in deſerto. Galdad mons in deſerto, ubi caſtrameta
ti ſunt filij Iſrael. Gaza ciuitas Aeueorũ, in qua habitauere Cappadoces, priſtinis cultori
bus interfectis. Apud ueteres aũt erat terminus Cananæorũ iuxta Aegyptũ, ceciditq; in
ſortẽ tribus Iudæ: ſed eã tenere nõ potuit: quia Enakim, id eſt gigantes fortiſſimi Allo-
phylorũ reſtiterunt: & uſt uſq; hodie inſignis ciuitas Palæſtinæ. Quærit aũt quõ in quo
dam Prophetæ dicatur Gaza futura in tumulũ ſempiternũ. Quod ſoluit ita, antiquæ ciuita
tis locũ uix fundamẽtorũ præbere ueſtigia, hãc aũt quæ nũc cernit in alio loco, quo illa
quæ corruit ædificatã. Gargaſi ciuitas trans Iordanẽ iuncta mõti Galaad quã tenuit tri-
bus Manaſſe. Et hæc eſſe nunc dicitur Geraſa urbs inſignis Arabiæ. Quidã aũt ipſam eſſe
Gadaram exiſtimant, Sed & euangelium meminit Geraſenorum. Gaggada, ubi aqua-

rum torrẽtes ſunt. Eſt aũt locus in ſolitudine. Gaulõ ſiue Galon in tribu Manaſſe ciuitas c
ſacerdotalis & fugitiuorũ in regione Baſanitide. Sed & nũc Gaulon uocat uilla pręgrandis in Bethania, ad cuius nomẽ & regio ſortita uocabulũ eſt. Gebal, mons in terra repromiſſionis, ubi ad imperiũ Moyſi altare cõſtructũ eſt. Sunt aũt iuxta Hierichũ duo mõtes uicini cõtra ſe inuicẽ reſpiciẽtes. E quib. unus Garizim, alter Gebal dicit. Porrò Samaritani arbitrant hos duos mõtes iuxta Neapolim eſſe, ſed uehemẽter errãt: plurimũ enim inter ſe diſtant, nec poſſunt inuicẽ, benedicentiũ, ſiue maledicẽtiũ inter ſe audiri uoces. Quod ſcriptura cõmemorat. Garizim mõs ſuper quẽ ſteterũt hi qui maledicta reſonabant, iuxta ſupra dictũ montẽ Gebal. Golgol, quæ & Galgal, iuxta quã montes eſſe ſcribunt Garizim et Gebal. Galgal aũt locus eſt iuxta Hiericho. Errãt igit Samaritani, q iuxta Neapolim Garizin & Gebal mõtes oſtẽdere uolunt, cũ ipſos iuxta Galgal eſſe ſcriptura teſtetur. Gai in Moab, quod interpretat uallis Moab, iuxta Phogor, ubi ſepultus eſt Moyſes. Galgala, hæc eſt quã ſupra poſuimus Golgol ad orientalẽ plagã antiquæ Hierichus cis Iordanẽ, ubi Ieſus ſecũdo populũ circũcidit, & paſcha celebrauit, & deficiẽte mãna, triticeis panibus uſus eſt Iſrael. In ipſo loco lapides quoq; quos de alueo Iordanis tranſtulerunt, ſtatuerũt, ibi & tabernaculũ teſtimonij fixũ multo tẽpore fuit. Cecidit aũt in ſortẽ tribus Iudæ, & oſtendit uſq; hodie locus deſertus in ſecũdo Hierichus miliario ab illius regiõis mortalib. miro cultu habitus. Sed & iuxta Bethel quidã aliã Galgalã ſuſpicãtur. Gai iuxta Bethã & Bethel, quã expugnauit Ieſus rege illius interfecto: & habitauit in illa quondã citra Iordanẽ Amorręus: nũc deſertus tantũ oſtendit locus. Gabaõ unde Gabaonitæ ſupplices uenerũt ad Ieſum, erat olim Metropolis ciuitas & regalis Aeueorũ, ce ciditq; in ſortẽ tribus Bẽiamin: & nũc oſtendit uilla eodẽ nomine in quarto miliario Bethelis cõtra orientalẽ plagã, iuxta Rama & Rẽnon, ubi Solomon hoſtijs immolatis, diuinũ meruit oraculũ. Fuit aũt & ipſa ſeparata leuitis. Gabe ſortis Beniamin, & hæc leuitis ciuitas ſeparata. Gazer in ſorte tribus Ephraim, urbs ſeparata leuitis: quã & ipſam expugnauit Ieſus rege illius interfecto. Aedificata eſt aũt poſtea à Solomone, nũc Gazara uil- D
la dicit in quarto miliario Nicopoleos cõtra ſeptentrionẽ. Veruntamẽ ſciendũ, quod alienigenas ex ea Ephraim nõ potuit expellere. Goſon, & hãc expugnauit Ieſus. Geth, in hac gigantes qui uocabant Enakim & Philiſtinorũ accolæ permanſerũt. Oſtendit uicus in quinto miliario ab Eleutheropoli eũtibus Dioſpolim. Gerſon ciuitas alienigenarũ, quæ eſt & Gergaſſi in Baſanitide: de qua filij Iſrael expellere nõ ualuerũt Geſſuri. Gader, & huius regẽ interfecit Ieſus. Legimus quod Iacob trãs turrim Gader fixerit tabernaculum ſuũ. Goim in Gelgel: quod Aquila & Symmach. interpretant, gẽtes in Gelgel. Gelgel, & hãc cepit Ieſus, & nũc oſtendit uilla nomine Galgulis ab Antipatride in ſexto miliario contra ſeptentrionẽ. Golathamaim, locus qui interpretat poſſeſſio aquæ. Gadda in tribu Iuda. Eſt aũt hodieq; uilla in extremis finibus Daromæ cõtra orientẽ, imminẽs mari mortuo. Gaddera in tribu Iuda: nunc appellat uilla ad regionẽ ciuitatis Aelienſis pertinens, nomine Gadora, circa Terebinthũ. Gaedur in tribu Iuda, hodieq; uacatur Gedrus, uicus prægrandis in decimo miliario Dioſpoleos pergẽtibus Eleutheropolim. Getremmon in tribu Manaſſe, ciuitas ſeparata leuitis. Gai uallis ſiue præruptum. Geennon, quod interpretatur uallis Ennon, & ab hac quidam putant appellatã gehennam. Cecidit autẽ in ſortem tribus Beniamin iuxta murum Hieruſalem contra orientem: ſuper qua in libris Hebraicarum quæſtionum plenius dictum eſt. Gabli terra Allophylorum. Giſon in tribu Iuda. Gethefer in tribu Zabulon. Gabathon in tribu Dan ciuitas ſeparata leuitis. Eſt quoq; oppidum, quod uocatur Gabe in ſextodecimo miliario Cæſareæ: & alia uilla Gabatha in finibus Diocæſareæ iuxta grandem cãpum legionis: necnon Gabaa & Gabatha uiculi contra orientalem plagam Daromæ. Sed & alia Gabatha in tribu Beniamin, ubi fuit domus Saul: alienigenarum quoq; in Regnorum libris quædam Gabatha ſcribitur, & iuxta Bethlehem in tribu Iuda. Getremmon alia ciuitas in tribu Dan ſeparata leuitis. Eſt autẽ nunc uilla prægrandis in duodecimo miliario Dioſpoleos

pergen

A pergentibus ad eam de Eleutheropoli. Galiloth locus iuxta Iordanẽ in tribu Beniamin. ubi altare dño conſtruxerunt filij Ruben. Gaas mons in tribu Ephraim: in cuius ſeptentrionali plaga ſepultus eſt Ieſus filius Naue: & uſq; hodie iuxta uicum Thamnam ſepulchrum eius inſigne monſtrat. Gabaath in tribu Beniamin, urbs Phinees filij Eleazari: ubi ſepultus eſt Eleazarus. Eſt aũt nunc Gabaatha uilla in duodecimo miliario Eleutheropoleos, ubi & ſepulchrũ prophetæ Habacuk oſtenditur. Gabaan, uſq; ad hanc bellatum eſt contra tribum Beniamin, ſicut in libro Iudicum ſcribitur. Getha, ad quem locum tranſtulerunt arcam teſtamenti de Azoto: nũc uicus grandis uocatur Gitam, inter Antipatridem & Iamniam. Sed & alia uilla appellatur Gethim. Gallim unde fuit Phalthi, qui poſt fugam Dauid Michol uxorẽ eius acceperat. Meminit & huius loci Eſaias: dicitur aũt eſſe quidã Accarõ uicus qui uocetur Gallim. Gelamſur regio Allophylorum. Gelbue montes alienigenarũ: in ſexto lapide à Scythopoli, in quibus etiã uicus eſt grandis qui uocatur Gelbus. Gedud ad quã deſcendit Dauid, pro quo Aquila τὸν εὔξωνον, id eſt expeditũ uel accinctũ, Symmach. latronũ cuneũ tranſtulerũt. Gazera. ubi Dauid percuſſit alienigenas. Poſuimus & ſupra Gazer. Geſſuri regio alienigenarũ in Syria. Gilon unde fuit Achitophel. Gob, ubi cõmiſſum eſt prælio. Galilæa. Duæ ſunt Galilææ ex quibus una Galilæa gentiũ uocatur, uicina Tyriorũ finibus. ubi & Solomon uiginti quinq; ciuitates donauit Hiram regi Tyri in ſorte tribus Neptalim. Altera Galilæa dicit circa Tyberiadẽ & ſtagnũ Genaſereth in tribu Zabulon. Gion, ubi Solomon unctus eſt in regem Geri locus, in quo percuſſit Hieu rex Iſrael Ochoziam regẽ Iuda iuxta Ieblaam. Gethacopher. unde Ionas propheta fuit. Gaddi, quã percuſſit Azael rex Damaſci. Poſita eſt & ſupra Gadda. Gemela regio Idumæorũ, pro quo Aquila & Symmach. interpretantur uallem Salis. Gebin, meminit huius Eſaias, & eſt uilla Geba in quinto miliario à Guſnis eũtibus Neapolim. Gozon in regione Emath, & huius meminit Eſaias, Eſt aũt in finibus Damaſci. Gareb collis iuxta Hieruſalẽ, ſicut ſcribit Hieremias. Gabath,
B pro quo Aquila interpretat in ſepibus, Symmach. uero in colonijs. Lege Hieremiam. Gepha nomen regionis, ut in Eſaia ſcriptũ eſt. Gamen ſiue Gamon, regio Moabitarum iuxta Eſaiam. Gadara urbs trans Iordanẽ contra Scythopolim & Tyberiadẽ ad orientalem plagam ſita in monte, ad cuius radices aquæ calidæ erumpũt, balneis deſuper ædificatis. Gergeſa, ubi eos qui à dæmonibus uexabant, ſaluator reſtituit ſanitati: & hodieq; ſuper montem uiculus demonſtratur iuxta ſtagnum Tyberiadis, in quod porci præcipitati ſunt. Diximus de hoc & ſupra. Gethſemani, locus ubi ſaluator ante paſſionem orauit. Eſt aũt ad radices montis Oliueti nunc eccleſia deſuper ædificata. Golgatha, locus Caluariæ, in quo ſaluator pro ſalute omnium crucifixus eſt, & uſq; hodie oſtenditur in Aelia ad ſeptentrionalem plagam montis Sion.

IAboc fluuius, quo trãſmiſſo, luctatus eſt Iacob, aduerſus eũ qui ſibi apparuerat: uocatusq; eſt Iſrael. Fluit aũt inter Ammã, id eſt Philadelphiã & Geraſã in quarto miliario eius: & ultra procedens, Iordani fluuio cõmiſcetur. Idumæa regio Eſau: quæ ex eo quod ille Edom uocabat nomen accepit. Eſt aũt circa urbem Petram, quæ nunc dicitur Gabalene. Iethet regio principũ Edom, in eadem de qua ſupra diximus Gabalene. Iroth locus deſerti, ad quem uenerunt filij Iſrael mare rubrũ trãsfretantes. Iebata caſtra in ſolitudine filiorũ Iſrael. Incendiũ, id eſt ἐμπυρισμὸς, locus in deſerto, ubi quandã partẽ populi flãma cõbuſſit. Inthaath caſtra in deſerto Iſrael. Ianua, quæ eſt in cãpo Moab, ſubter uerticẽ Faſga, id eſt exciſi quod reſpicit ad deſertũ iurta Arnon. Iaſſa, ubi aduerſus Seon Amorræorũ regem dimicatur. Meminit huius Eſaias in uiſione contra Moab: ſed & Hieremias. Et uſq; hodie oſtenditur inter Medabã & Deblatai. Iazer ciuitas Amorræorũ in decimo lapide Philadelphiæ ad ſolis occaſum, trãs Iordanẽ quę fuit terminus trib. Gad, extenditq; uſq; Aroer, quæ & ipſa reſpicit uſq; Rabbã. Meminit urbis Iazer & Eſaias in uiſione contra Moab, ſed & Hieremias. Fuit aũt ſeparata leuitis, & diſtat ab Eſebon quindecim milibus: è qua magnũ flumẽ erũpens, à Iordane ſuſcipitur. Iordanis fluuius

diuidens

diuidẽs Iudęã, Arabiã, & Aulonẽ de quo ſupra diximus: qui uſq; ad mare mortuũ fluẽs, C
poſt multos circumitus iuxta Hiericho, mortuo cõmixtus mari, nomen amittit. Iethaba
tha locus in deſerto, ubi torrẽtes aquarũ demonſtrant. Iericho urbs, quã Iordane trãſ-
greſſo ſubuertit Ieſus rege illius interfecto: pro quo extruxit aliã Ozam de Bethel ex tri-
bu Ephraim, quã dñs noſter atq; ſaluator ſua prẽſentia illuſtrare dignatus eſt. Sed & hęc
eo tẽpore quo Hieruſalẽ oppugnabatur à Romanis propter perfidiã ciuium capta atq;
deſtructa eſt, pro qua tertia ædificata eſt, quæ uſq; hodie permanet, & oſtenduntur utri
uſq; urbis ueſtigia uſq; in præſentẽ diem. Ieruſalem, in qua regnauit Adonibezech, &
poſt eũ tenuere Iebuſæi, è quibus ſortita eſt uocabulũ, quos multo poſt tẽpore Dauid ex
terminãs, totius eã Iudęæ prouinciæ Metropolim fabricatus eſt, eo quod ibi locũ tẽpli
emerit, & impenſas ſtructuræ Solomoni filio dereliquerit. Hãc eſſe Ioſephus refert quę
in Geneſi ſcribit Salẽ ſub rege Melchiſedeck. Fuit aũt in tribu Beniamin. Iebus ipſa eſt
quæ & Hieruſalẽ. Iarim ciuitas Gabaonitarũ. Iarimuth ciuitas quã ſubuertit Ieſus in tri
bu Iuda, quarto diſtãs ab Eleutheropoli lapide, iuxta uillã Eſchaol. Iſimoth, ubi abſcon
ditus eſt Dauid, de qua & ſupra qd nobis uideret diximus, ponẽtes Bethſimuth. Sed &
in Regnorũ lib. j. pro Iſimuth Aquila interpretat diſſipatã. Symmachus uero deſertam.
Iedna inſexto ab Eleutheropoli lapide pergẽtib. Chebron. Iethonã ciuitas Carmeli, quã
cepit Ieſus, rege illius interfecto. Iair ciuitas tribus Manaſſe. Iamuel in tribu Iuda. Eſt aũt
uſq; hodie oppidũ Palæſtinæ. Iamnia inter Dioſpolim & Azotũ. Iabir ciuitas literarũ
uſq; hodie oppidũ Palæſtinæ. Iagur in tribu Iuda. Iermus in tribu Iuda. Eſt aũt uſq; hodie uilla Ierму-
cha in decimo ab Eleuteropoli lapide aſcẽdẽtibus Aeliã. Iethael in tribu Iuda. Iettan in
tribu Iuda. Iether in tribu Iuda, ciuitas ſacerdotalis. Et nũc eſt uilla prẽgrãdis Iethira no
mine, in uiceſimo miliario Eleutheropoleos, habitatores quoq; eius oẽs Chriſtiani ſunt.
Sita eſt aũt in interiori Daroma iuxta Malathan. Diximus de hac & ſupra. Ianum in tri-
bu Iuda, eſt uilla Ianua in tertio miliario legionis cõtra meridiẽ. Sed nõ uidetur ipſa eſſe
quæ ſcribitur. Iethan in tribu Iuda, ciuitas ſacerdotalis eſt hodieq; uicus prægrãdis Iu- D
dæorum in decimo octauo lapide ab Eleutheropoli ad auſtralẽ partẽ in Daroma. Iezra
el in tribu Iuda, ſed nõ eſt ipſa quæ ſupra Iezrael in tribu Manaſſe, hodieq; prægrãdis ui
cus oſtẽditur in cãpo maximo inter Scythopolim & legionẽ. Fuit aũt terminus Iſſachar.
Sed & unus de poſteris Ephrate, ſicut in Paralipomenon legimus, uocatus eſt Iezrael.
Iecdaan in tribu Iuda. Iephleti in tribu Ioſeph. Ianon in tribu Ephraim. Hãc quoq; ce-
pit rex Aſſyriorũ: & hodie uicus oſtendit Ianon in Acrabatena regiõe duodecimo lapi-
de Neapoleos cõtra orientẽ. Iamin pro quo Aquila & Symmach. interpretant dexterã.
Iaſab: pro quo Hebræi habitatores legũt. Inemech pro quo Aquila & Symmach. tranſtu
lerunt in uallẽ. Ieblaã in tribu Manaſſe, de qua alienigenas nõ ualuit expellere. Ierphel
in tribu Bẽiamin. Iecnal in tribu Zabulõ, ciuitas ſeparata leuitis. Iaſchie in tribu Zabulõ,
nunc uſq; Ioppe uocat, aſcẽſus Iapho. Sed & oppidũ Sycaminũ nomine, de Cæſarea Pto
lemaidẽ pergẽtib. ſuper mare, ꝓpter montẽ Carmelũ Epha dicitur. Iepthael in tribu Za
bulon. Iadela in tribu Zabulon. Iermoth in tribu Iſſachar urbs ſacerdotibus ſeparata.
Poſuimus & ſupra Ierimuth, cuius & Oſee propheta meminit. Icoc ſortis Neptalim in
cõfinio triũ tribuũ: id eſt in tribu Zabulon ad auſtralẽ plagã, in tribu Aſer ad occidentẽ,
porrò in tribu Iuda ad ſolis ortũ. Iabnel, in tribu Neptalim. Ieron, in tribu Neptalim.
Iethlan, in tribu Dan. Ielon in tribu Dan. Iud in tribu Dan. Ieracõ in tribu Dan. Inlechi,
pro quo Aquila interpretat in maxilla. Iabis Galaad, & hanc oppugnauerũt filij Iſrael.
Nũc aũt eſt uicus trãs Iordanẽ in ſexto miliario ciuitatis Pellę, ſuper montẽ eũtibus Gera
ſam. Iaar ſaltus, in quo examẽ apũ fuit. Ierameli, regio Allophylorũ. Iether, ad quã mi-
ſit Dauid: nũc eſt uilla in Doroma, nomine Iethira, de qua ſupra diximus. Iecmaan ciui-
tas principũ Solomonis. Itabyriũ, pro qua Aquila & Symmach. in Oſee propheta tran-
ſtulerunt Tabor. Eſt aũt mons Tabor in campo maximo ad occidentalem plagam legio
nis. Iethoel nomen petræ in Regnorum libris. Iethaba, urbs antiqua Iudææ. Imaczeb
pro

A pro quo Symmach. trãſtulit in ualle Zeb. Inachim, ſiue Ibachim, ꝓ quo Aquila & Sym
machus trãſtulerũt in fletu: meminit huius Michæas ꝓpheta. Ioppe, oppidũ Palæſtinæ
maritimũ in tribu Dan. Inaraba, ꝓ quo Aquila trãſtulit in humili uel plano. Porrò Sym
machus in cãpeſtri. Iturea & Trachonitis regio: cuius tetrarcha fuit Philippus: ſicut in
euãgelijs legimus. Trachonitis aũt dicit terra iuxta Arabiæ deſertũ, quod Boſræ iũgitur.

Laſa terminus Cananęorũ circa Sidonẽ. Luza in tribu Beniamin, quã poſtea cogno
minauit Bethel. Eſt aũt uſq; hodie uilla, in ſiniſtra parte uiæ de Neapoli pergẽtibus
Aeliam. Luza, hæc altera eſt, quæ cecidit in ſortẽ filiorũ Ioſeph, iuxta Sichẽ in tertio la-
pide Neapoleos. Lothan, urbs ducum Edom. Lebona in deſerto. caſtra filiorũ Iſrael.
Labon locus ſolitudinis, trans Iordanẽ, in quo Moyſes Deuteronomiũ legit. Lachis
in tribu Iuda, Sed & hanc cepit Ieſus, rege eius interfecto. Meminit huius Eſaias & Hiere
mias, & nũc eſt uilla in ſeptimo miliario ab Eleutheropoli euntibus Daromã. Lebna, in
tribu Iuda, ciuitas ſacerdotalis, quã tenuit Ieſus, rege interfecto, nũc eſt uilla in regione
Eleutheropolitana, quæ appellat Lobna. Scribit de hac Eſaias. Laſaron, & hãc cepit Ie-
ſus rege illius interfecto. Lapis Boen filiorũ Ruben: eſt aũt terminus tribus Iudæ. La-
both, in tribu Iuda. Lamas, in tribu Iuda. Labaoth, in tribu Symeon. Labanath, in tri-
bu Aſer. Lachũ, terminus Neptalim. Laboemath. pro quo Aquila interpretat ingreſ-
ſus Emath. Leſem. hanc filij Dan ui captam cognominauerunt Dan. Luza altera iuxta
Bethel in terra Cethim, quam condidit ille qui abierat de Bethel, ſicut hiſtoria narrat.
Lechi, pro quo Aquila & Theodotion interpretantur maxillam, de qua ſupra diximus.
Laiſa, hanc filij Dan captã manu, poſſederũt, cũ eſſet procul à Sidone, & uocauerũt eam
Dan. Fuit aũt terminus terrę Iuda, cõtra ſeptentrionẽ à Dan uſq; ad Berſabeæ ſe tenden
tis. Meminit huius & Eſaias. Sita eſt aũt iuxta Paneadã, de qua Iordanis fluuius erumpit.
Lamathara, ad quẽ locum Ionathan iacula dirigebat: pro quo Aquila interpretat ad
ſignum. Symmachus ad condictum. Ladabar, ubi erat Miphiboſeth. Lodabar, unde
B fuit Machir. Libanus, mons Phœnices altiſsimus. Luith, huius meminit Eſaias, & eſt
uſq; hodie uicus inter Areopolim & Zoaram nomine Luitha.

Meſſe regio Indiæ, in qua habitauerunt filij Iectan, filij Heber. Mamre, hæc eſt Che-
bron iuxta quam ſepultus eſt Abraham cum Iſaac & Iacob. de qua ſupra diximus.
Mamre autem & unus uocabatur amicorum Abraham. Madian, urbs ab uno filio
rum Abraham ex Cethura ſic uocata. Eſt autem trans Arabiam ad meridiem in deſerto
Saracenorum contra orientem maris rubri, unde uocantur Madianæi & Madianæa re-
gio. Legimus & filias Obab ſeceri Moyſi, filias Madian: ſed hæc alia ciuitas eſt ὁμώνυμος
eius iuxta Arnonem & Areopolim, cuius nunc ruinæ tantummodo demonſtrantur.
Moab ab uno filiorum Lot qui uocabatur Moab, urbs Arabiæ, quæ nunc Areopo-
lis dicitur, ſic uocata eſt: cuius & ſupra meminimus. Appellatur autem Moab ex nomi-
ne urbis & regio. Porrò ipſa ciuitas quaſi propriũ uocabulum poſſidet Rabbath Moab,
id eſt grandis Moab. Maſraca ciuitas regni Edom, circa Gabalenen. Mabſar, uſq;
ad præſentem diem uicus grãdis in regione Gabalena, & appellatur Mabſara ad urbem
Petram pertinens. Magdiel: & hæc in regione Gabalena poſſeſſa olim à ducibus E-
dom. Magdalus, ad quam filij Iſrael cum exiſſent de Aegypto peruenerunt, ante-
quam tranſirent mare rubrum. Legimus & Ezechiel de Magdalo uſq; Sienem. Porrò
Hieremias Iudæos, qui ſecum fugerant, Babyloniorum impetum declinantes, in hac
urbe Aegypti habitſſe refert Merra, quod interpretatur amaritudo. Eſt autem locus,
in quo amaras aquas iactu ligni Moyſes in dulcem uertit ſaporem. Memoriæ, id eſt
ſepulchra concupiſcentiæ, caſtra filiorum Iſrael in deſerto, ubi poſt eſum carnium
aſcendit ira dei ſuper illos. Maceloth caſtra filiorum Iſrael in ſolitudine. Me-
theca caſtra filiorum Iſrael in ſolitudine. Maſurith caſtra filiorum Iſrael in deſerto.
Mathane, quæ nunc dicitur Mathana: ſita eſt autem in Arnone. duodecimo mi-
liario procul contra orientalem plagam Medebæ. Miſor ciuitas Og regis Baſan.

Significat

Significat autē Misor loca plana atq; cāpestria, Machanarath terminus urbis Amman c
quæ & Philadelphia dicitur. Madbares quā nos uocamus eremū, hanc Hebræi Madbarim nominant. Misaida filiorū Iacin locus in solitudine, in quo obijt Aaron. Maceda, in hac concluſit Ieſus quinq; reges in ſpelunca, quos interfecit cum rege Maceda, quæ fuit in tribu Iuda: & nunc eſt in octauo miliario Eleutheropoleos contra ſolis ortum. Madon, ciuitas in qua rex fuit Iobab, aduerſus quem bellum geſsit Ieſus. Maſſefa in tribu Iuda, apud quam habitabat Iepte iuxta Chariathiarim, ubi quondā arca teſtamenti fuit, & Samuel populum iudicauit. Meminit huius & Hieremias. Merrom, aquæ ad quas exercitu præparato, caſtra ſunt poſita. Eſt autem nunc uicus Merrus nomine in duodecimo miliario urbis Sebaſtæ iuxta Dothaim. Maſrephothmaim, pro quo Aquila Maſrephoth aquæ, Symmachus Maſrephoth maris interpretati ſunt. Machathi, urbs Amorræorū ſuper Iordanē iuxta montem Ermon, de qua exterminare non ualuerūt filij Iſrael Machathæum. Marom, & hanc cepit Ieſus rege illius interfecto: poſita eſt & ſuprà Marrus. Mageddo, & hanc cepit Ieſus, rege illius interfecto: quæ cum cecidiſſet in ſortem tribus Manaſſe, nequaquā poſſedit eam, quia priſtinos habitatores nequiuit expellere. Miſor, pro quo Aquila & Symmachus humilem interpretati ſunt. Eſt autem ciuitas tribus Ruben, ſeparata leuitis in regione Gabalena. Medaba, uſq; hodie urbs Arabiæ, antiquum nomē retinēs iuxta Eſebon. Mephaath in tribu Beniamin. Sed & alia eſt trans Iordanē, in qua præſidiū Romanorū eſt militū propter uicinā ſolitudinem. Maſpha in tribu Gad ſeparata leuitis. Eſt autē & alia nunc Mapha in finibus Eleutheropoleos contra ſeptentrionē pergentibus Aeliam, pertinens ad tribum Iuda. Manaim in tribu Gad ſeparata leuitis in regione Galaaditide. Medemana in tribu Iuda, cuius meminit Eſaias, & nunc eſt Menois oppidū iuxta ciuitatē Gazam. Magdala in tribu Iuda. Maſera in tribu Iuda: cuius nunc tantūmodo ſunt ruinæ in ſecundo lapide Eleutheropoleos. Maon in tribu Iuda cōtra ſolis ortū Daromæ. Maroth in tribu Iuda. p
Maddi in tribu Iuda. Maſſa in tribu Beniamin. Macoth in tribu Manaſſe. Marala aſcenſus Zabulon. Moladab in tribu Iuda uel Symeonis. Maſan in tribu Aſer iuxta Carmelum ad mare, ciuitas ſeparata leuitis. Mare Salinarum, quod uocatur mortuū, ſiue Aſphalti, id eſt bituminis inter Hiericho & Zoaram. Meeleb terminus Neptalim. Magdiel in tribu Neptalim, & hodie paruus uicus oſtenditur in quinto miliario Doræ pergentibus Ptolemaidem. Mons Oliuarum ad orientem Hieruſalem, in quo diſcipulos erudiebat Ieſus. Moſphetaim, pro quo Aquila interpretatur ſortium, Symmachus uiciniarum. More nomen eſt collis, de quo in libris Hebraicarum quæſtionum plenius diſputatur. Mennit, ubi Iepte præliatus eſt: nunc autem oſtenditur Mannith uilla in quarto lapide Esbus pergentibus Philadelphiam. Macmas, uſq; hodie uicus grandis oſtenditur in finibus Aeliæ, antiquum nomen retinens, nouem ab ea milibus diſtans iuxta uillam Rama. Meſſab hoſtile oppidū iuxta Gabaa. Magdon ſiue Magron, ubi ſedit Saul. Maſſepha in Moab, ad quam profugus Dauid cum Saulis inſidias declinaret uenit. Maſareth, in qua ſedit Dauid, nunc deſerta, pro qua Aquila interpretatur munitiones, Symmachus refugia, Theodotion ſpeluncas. Masbach, ciuitas hoſtilis regis Adrazar. Mela, id eſt Gemela, quam Aquila & Symmachus transferunt uallem Salis. Diximus de hac & ſuprà. Maacha regio regis Geſſur. Modim uicus iuxta Dioſpolim, unde fuerunt Machabæi: quorum hodieq; ibidem ſepulchra monſtrantur. Sat itaque miror quomodo Antiochiæ eorum reliquias oſtendant, aut quo hoc certo auctore ſit creditum. Mabſar Tyri, pro quo Aquila & Symmachus interpretātur munitam Tyrum. Magao urbs quam ædificauit Solomon. Meeber, pro quo Aquila tranſtulit ἀνηπόραν, Symmachus ξενανπίας, id eſt, trans uel de contra. Maces urbs unius principum Solomonis. Mello ciuitas quam ædificauit Solomon. Porrò Symmachus & Theodotion ad impletionem tranſtulerunt, & de hac in libris Hebraicarum quæſtionum plenius dicitur. Medam ciuitas quam ædificauit Solomon. Memphis ciuitas Aegy

A pti, cuius Oſee, Ezechiel, & Hieremias prophetæ recordantē. ſed & Iudæi q cū Hieremia de Hieroſolymis ꝓfugi exierāt, habitauerūt in Mēphis. Machaas in Oſee, ꝓ quo Aquila & Symmachus cōcupiſcētias interpretantē. Miletus ciuitas Aſiæ, de qua Ezechiel ſcribit. Mariboth, cuius meminit Ezechiel dicēs: uſq; ad aquā Mariboth, pro quo Aquila lites, Symmachus iurgia uel cōtradictiones interpretantur. Moraſthi, unde fuit Micheas propheta. Eſt aūt uicus contra orientē Eleutheropoleos. Maſagan regio Moabitarū, ut ſcribit Hieremias. Miſor regio Moabitarū iuxta Hieremiā. Mophat regio Moabitarū: ſicut in Hieremia legimus. Poſita eſt & ſupra Mephra. Maon regio Moabitarū, iuxta Hieremiam. Melchom idolum Ammonitarū, ſicut ſcribit Hieremias. Magedan, ad cuius fines Matthæus euangeliſta ſcribit dominū peruenisſe, ſed & Marcus eiuſdem nominis recordatur: nunc autem regio dicitur Magedena circa Geraſam.

NAid terra in qua habitauit Cain: uertitur autem in ſalum: id eſt motum, ſiue fluctuationē. Niniue urbs Aſſyriorū, quam ædificauit Aſſur egrediens de terra Sennaar. Eſt & alia uſq; hodie ciuitas Iudæorū nomine Niniue in angulo Arabiæ, quam nūc corruptæ Neneuen uocant. Naaliel iuxta Arnonem caſtra filiorū Iſrael. Naban, quod Hebraice dicitur Nebo, mons ſupra Iordanē contra Hierichū in terra Moab, ubi Moyſes mortuus eſt, & uſq; hodie oſtenditur in ſexto miliario urbis Esbus contra orientalem plagam. Nabo ciuitas filiorū Ruben in regione Galaad: cuius meminit Eſaias in uiſione contra Moab, & Hieremias. Eſt & cuiuſdam uiri uocabulum Naban, qui Caan & cæteros uicos qui circū eum erant, ex ſuo nomine nuncupauit Naboth. Sed & uſq; hodie oſtenditur locus deſertus Naba, diſtans à ciuitate Esbus milibus octo contra meridianam plagam. Negeb auſter, apud Hebræos Nageb dicitur, quod Symmachus interpretatur meridiem. Sciendum autē quod eadem plaga apud Hebræos tribus uocabulis appellatur, Nageb, Theman, Darom, quod nos poſſumus auſtrum aphricū & meridiem, ſiue Eurum interpretari. Nephendor, quod Symmachus interpretat maritimā. Dor au
B tem eſt oppidū iam deſertū in undecimo miliario Cæſareæ pergentibus Ptolemaidem. Naptho, nomē fontis in tribu Beniamin. Naama ciuitas tribus Iudæ. Neeſib in tribu Iuda, quæ nunc uocat Naſib in ſeptimo miliario Eleutheropoleos pergentibus Chebron. Nepſam in tribu Iuda. Naaratha in tribu Ephraim, & nūc eſt Naorath uilla Iudæorum in quinto miliario Hierichus. Napheth in tribu Manaſſe. Naaloth in tribu Zabulon ciuitas ſeparata leuitis. Nezeb in tribu Neptalim. Neela, de hac alienigenas Zabulon non ualuit expellere. Eſt hodieq; in regione Batanea uiculus nomine Neila. Nabbe ſiue Noba, ad quam aſcendit Gedeon, urbs ſacerdotibus ſeparata, quam poſtea legimus furore Saulis ſubuerſam. Nemra ciuitas tribus Rubē in terra Galaad: & uſq; hodie uicus grandis. Narama in regione Batanea. Namoth locus in Rama, ubi ſedit Dauid: & de hoc in libris Hebraicarum quæſtionum diximus. Nachon, Area Nachon, pro quo Aquila interpretatur Area præparata. Nephath ciuitas unius principis Solomonis. Neriger, & hanc extruxerūt in regione Iuda Samaritani qui de Babylonia ſunt profecti. Nezab quā condiderunt Aeuei in terra Iuda. Neſereth idolū Aſſyriorū. Nemrim, cuius meminit Eſaias in uiſione contra Moab & Hieremias, nunc autē eſt uicus nomine Benameriū ad ſeptētrionalē plagā Zoaræ. Nabeoth regio, de qua ſcribit Eſaias. Nazareth unde & dominus noſter ſaluator Nazaræus uocatus eſt: ſed & nos apud ueteres, quaſi opprobrio Nazaræi dicebamur quos nunc Chriſtianos uocant. Eſt aūt uſq; hodie in Galilæa uiculus cōtra legionē in quintodecimo eius miliario ad orientalē plagā iuxta montē Tabor nomine Nazara. Naim oppidum, in quo filium uiduæ à mortuis dominus ſuſcitauit, & uſq; hodie in ſecundo miliario Tabor montis oſtēditur contra meridiem iuxta Endor.

OReth ciuitas regni Nemrod in Babylone. Oolibama ciuitas principū Edom. Odollā, diximus de hac & ſupra, cuius meminit Eſaias. Othon, ubi ſecūdo filij Iſrael caſtrametati ſunt, egrediētes de Sochoth iuxta deſertū, quādo ꝓfecti ſunt de Aegypto. Opher. & hanc cepit Ieſus rege illius interfecto. Ooli, ciuitas in tribu Aſer. Ophera, uia

Ophra ducens ad terram Saal. Hucusq; per o breuem literam legimus: exinde per exten c
sum legamus elementum. On urbs in Aegypto quæ Heliopolis Græce dicitur, id est ciuitas solis, quam ædificauerunt filij Israel, sicut Septuaginta interpretes arbitrantur. Alioqui in Hebraicis uoluminibus non habetur. Et recte, siquidem antequã Iacob ingrederetur Aegyptum erat extructa iam ciuitas, quæ & sacerdotem Petefrem patrem Asseneth habuit. Or mons, in quo mortuus est Aaron, iuxta ciuitatem Petram, ubi usq; ad præsentem diem ostenditur rupes, qua percussa, Moyses aquas populo dedit. Oboth in deserto castra filiorum Israel. Osa in tribu Aser. Oram in tribu Neptalim. Ophir, sicut in Regnorum libris legimus est insula, unde aurum afferebatur Solomoni: Fuit autem unus de posteris Heber nomine Ophir, ex cuius stirpe uenientes à fluuio Cophene, usq; ad regionem Indiæ, quæ uocatur Ieria habitasse refert Iosephus: à quo puto regionẽ uocabulum consecutam. On ciuitas Samariæ, pro qua in Hebraico scriptũ est Aun, quod & Aquila & Symmachus interpretantur, inutile: Theodotion, iniquitatem. Ocho ciuitas sacerdotalis. Oronaim urbs Moabitarum, sicut in Hieremia scriptum est.

PVteus iuramenti, quem fodit Abraham, id est Bersabeæ in regione Geraritica. Dixi mus de hac & supra. Puteus uisionis in deserto, apud quem habitauit Isaac. Puteus iudicij usq; in præsentem diem in regione Geraritica. Vocatur autem uilla Berdan nomine quod Latine dicitur puteus iudicij. Puteus iuramenti, ubi iurauerunt Isaac & Abimelech, uocaturq; oppidum Isaac. Sunt autẽ & alij plures putei in sanctis scripturis, qui hodieq; in Geraritica regione, & iuxta Ascalonem demonstrantur. Petra ciuitas Arabiç in terra Edom, quæ cognominata est Iectael, & à Syris Recem dicitur.

RObohoth ciuitas Assyriorũ, quã ædificauit Assur, egrediẽs de terra Sennaar. Et de hac in libris Hebraicarũ quæstionũ plenius diximus. Robohoth urbs alia iuxta fluuiũ ubi erat rex Edom: & usq; hodie est præsidiũ in regione Gabalena, & uicus grãdis q hoc uocabulo nũcupat Ramesse, urbs quã ædificauerũt filij Israel in Aegypto: olim aũt & uniuersa prouincia sic uocabat, in qua habitauit Iacob una cũ liberis suis. Roob quã d
trãsierũt exploratores q ab Iesu filio Naue missi sunt: & usq; hodie uicus Rooba in quarto lapide Scythopoleos sic uocat q & leuitis separatus fuit. Raphaca in deserto, ubi filij Israel castrametati sunt. Raphidim locus in deserto, iuxta montẽ Coreb, in quo de petra fluxere aquæ, cognominatusq; est tentatio: ubi & Iesus aduersus Amalech dimicat prope Pharan. Rathma in deserto castra filiorũ Israel. Remmon phares, ubi filij Israel castrametati sunt. Ressa, castra filiorũ Israel. Rãmoth in tribu Gad ciuitas sacerdotalis & fugitiuorũ in terra Galaaditide. Nunc aũt est uicus in quintodecimo miliario Philadelphiæ contra orientẽ. Recẽ, hæc est Petra ciuitas Arabiæ, in qua regnauit Rocan, quem interfecerunt filij Israel. Dicitur aũt ipse quoq; rex Madian. Remmon in tribu Symeonis uel Iudæ: hodieq; est uicus Rẽmon iuxta Aeliã contra Aquilonẽ in quintodecimo eius miliario. Rogel, nomen fontis in tribu Beniamin. Rama in tribu Beniamin ciuitas Saulis: in sexto miliario ab Aelia ad septentrionalẽ plagã cõtra Bethel. Meminit huius & Hieremias. Recem in tribu Beniamin. Remmon, petra. Remmon, in tribu Symeonis uel Zabulon. Rabboth in tribu Issachar: est usq; hodie alia uilla Rebbo in finibus Eleutheropoleos ad solis ortũ. Rethom in tribu Issachar. Roob in tribu Aser ciuitas separata leuitis. Rama in tribu Aser usq; ad ciuitatẽ munitã Assyriorum. Rama in tribu Neptalim. Ideirco eadẽ nomina uiculorũ tribubus uarijs assignantur, quia cum apud nos unum nomẽ sonare uideantur, apud Hebræos diuersis literis scribuntur. Reccath in tribu Neptalim. Ruma quæ & Aarima, ubi sedit Abimelech sicut in libro iudicũ scriptũ est, quæ nũc appellat Remphtis. Est autẽ in finibus Diospoleos, & à plerisq; Arimathea nunc dicitur. Remmath, ad quã Dauid prædæ partẽ misit. Rachel, & hãc Dauid spoliorũ partẽ misit. Rammoth Galaad, uilla trans Iordanẽ iuxta fluuiũ Iaboch. Diximus de hac supra. Rabbath ciuitas regni Ammon nunc Philadelphia: cuius meminit Hieremias. Roos quam pertransiuit Dauid, pro quo Aquila & Symmachus interpretãtur arcẽ. Rogellim, unde fuit

A fuit Berzelai Galaadites amicus Dauid. Raphaim uallis Allophylorũ ad septẽtrionalẽ plagã Hierusalẽ. Remman ciuitas regũ Syriæ iuxta Damascũ. Reth, hanc percussit Asa rex. Rethem, pro qua Aquila interpretat' ἐρικύθου, id est iuniperũ, Symmachus umbraculũ. Rẽmõ, huius meminit Esaias in uisione cõtra Moab. Reseph, ciuitas Syriç. Raphet urbs Assyriorũ in regione Themã, de qua in Esaia scribit'. Rebla in terra Emath: unde uictor Pharao adductũ Ioachas transtulit in Aegyptũ. Remma mons in Esaia, pro quo Aquila interpretat' mons Emona, Symmachus in Armenia. Est autẽ & uilla Remmus in Daroma. Porrò in regnorũ libris, Rema domus dicit' idoli Damasceni. Reblata regio Babyloniorũ, uel urbs quã nũc Antiochiã uocãt. Ramale, pro quo Aquila interpretat' exaltabitur: scriptũ est in Zacharia. Est aũt & alius locus in tribu Beniamin iuxta Bethlehem, de quo dicit': Vox in Rama audita est: de hoc in libris Hebraicarũ quæstionũ plenius dicit'. Rhinocorura ciuitas Aegypti, cuius meminit Esaias. Sciendũ aũt, ꝙ hoc uocabulũ in libris Hebraicis non habet': sed à Septuaginta interpretibus, ꝓpter noticiã loci additũ est. Quod in libro Hebraicorũ nominũ diximus: hoc etiã nũc in s, literç uidet' titulo prẽnotandũ: apud Hebræos tria esse s, hoc est, samech, zade & sin. Quæ cum apud Græcos & Latinos sono simili proferantur: in sua lingua aliter atq; aliter resonant. Vnde accidit ut eadem nomina apud nos diuersum sonare uideant', & plus quàm cæteræ literæ hæc habeat. Non enim ex una, sed ex tribus literis loca & urbes & uiculi describuntur.

SIdon urbs Phœnices insignis, olim Cananæorũ terminus ad Aquilonẽ respiciens: & postea regionis Iudææ. Cecidit autem in sortẽ tribus Aser, sed non eam possedit: quia hostes nequaq̃ ualuit expellere. Senaar campus Babylonis, in quo turris extructa est. Vnde egressus Assur ædificauit Niniuem. Meminit huius loci Iosephus in primo antiquitatũ libro, ita scribens. De campo qui in Babylonia regione uocatur Sannaar, narrat Hestiæus historicus, dicens: Quidam sacerdotũ profugi de templo Gemalij Iouis sacra rapientes, in Sennaar campũ Babyloniæ peruenere. Sichem & Salem, quæ Latine &
B Græce Sicima uocata est, ciuitas Iacob, nunc deserta est. Ostenditur autem locus in suburbanis Neapoleos iuxta sepulchrũ Ioseph, quam subuertit Abimelech, & seminauit in ea salem: sicut in libro Iudicũ scriptũ est. Postea uero instaurata est à Hieroboã, ut Regnorũ narrat historia, & sita est in finibus tribus Ephraim. Sed & filius Emmor appellabatur Sichem, à quo & locus nomen acceperat. Fuit autem & altera Sichem in monte Ephraim ciuitas fugitiuorũ. Sennaar unde fuit Amraphel qui aduersus reges Sodomorum bellum gesit. Sodoma ciuitas impiorũ diuino igne consumpta, iuxta mare mortuum. Seboim & hæc ciuitas impiorũ in æternos cineres dissoluta iuxta urbẽ quondam Sodomã. Sophera mons orientis in India, iuxta quẽ habitauerũt filij Iectam, filij Heber. quos Iosephus refert à Cophene flumine, & Indiæ regionibus usq; ad id locorũ peruenisse, ubi appellat' regio Ieria: sed & classis Solomonis per trienniũ hinc quædã cõmercia deportabat. Seora, urbs iuxta Sodomã, quæ & Segor & Zoara: de qua & supra diximus. Saue ciuitas antiqua in qua habitauerunt Ommei gẽs ualida sup regionẽ Sodomæ quã excidit Chodorlaomor. Seir mõs in terra Edom, in qua habitauit Esau in regiõe Galena: quæ ex eo ꝙ Esau pilosus esset & hispidus, Seir, id est pilosi nomẽ accepit. In quibus locis prius habitauit Chorræus, quẽ interfecit Chodorlaomor. Meminit mõtis Seir & Esaias in uisione Idumææ. Salẽ ciuitas Sicimorũ, quę est Sichẽ: sed & alia uilla ostẽdit' usq; in præsentẽ diẽ iuxta Aeliã cõtra occidentalẽ plagã hoc nomine: in octauo quoq; lapide à Scythopoli in campo uicus Salumias appellat'. Iosephus uero Salẽ esse affirmat, in qua regnauit Melchisedek, quæ postea dicta est Solyma: & ad extremũ Hierosolymæ nomen accepit. Sur ubi inuenit angelus ancillã Saræ Agar inter Cades & Barad. Extenditur autẽ desertũ Sur usq; ad mare rubrũ, quod ad Aegypti cõfinia ꝓuenit. Porrò Cades solitudo est ſuper urbẽ Petrã: sed & scriptura desertũ Cades cõtra faciẽ Aegypti extendi memorat: ad quod primum uenere Hebræi rubro mari transuadato. Segor quæ & Bala & Zoara, una de quinq; ciuitatibus Sodomorum ad preces Lot de incendio reseruata,

quæ uſq; nunc oſtenditur. Meminit huius & Eſaias in uiſione cõtra Moab, de qua & ſu c
pra diximus. Scenæ,id eſt tabernacula, locus in quo habitauit Iacob regreſſus de Meſo
potamia,qui lingua Hebraica appellatur Sochot. Sochot prima manſio filiorum Iſrael
in deſerto,poſtquã de Aegypto ſunt profecti antequã mare tranſirent rubrum. Sin de-
ſertum inter mare rubrum & ſolitudinẽ Sina. Nam de deſerto Sin filij Iſrael uenerũt in
Raphidim,& à Raphidim in deſertum Sina,iuxta montem Sina, ubi Moyſes tabulas le-
gis accepit. Deſertũ autem Sin idem dicit eſſe ſcriptura quod & Cades:ſed hoc iuxta He
bræos. Cæterum in Septuaginta interpretibus non habetur. Selmona caſtra filiorũ Iſ-
rael in deſerto. Saphar,mons Saphar in deſerto caſtra filiorum Iſrael. Sattim,ubi popu
lus pollutus eſt fornicatione filiarum Moab. Eſt autem iuxta montem Phogor: unde &
Ieſus exploratores ad inueſtigandam & noſcendam terram miſit Hiericho. Sabama ci-
uitas Moab in terra Galaad:quæ cecidit in ſortẽ tribus Ruben: meminit & huius Eſaias
in uiſione contra Moab. Senna terminus Iudæ,& uſq; hodie oſtenditur in ſeptimo lapide
Hierichus contra ſeptentrionalem plagam uilla nomine Magdalſenna: quod interpreta
tur turris Senna. Selcha ciuitas regis Og in regione Baſanitide. Sephama terminus Iu-
dæ ad ſolis ortum. Sadada terminus Iudæ. Semeron, & hanc cepit Ieſus rege illius in-
terfecto. Dicunt autẽ nunc pro ea Sebaſten uocari oppidũ Palæſtinæ:ubi ſancti Ioannis
Baptiſtæ reliquiæ cõditæ ſunt. Legimus in regnorũ libris, quod Amri rex Iſrael emerit
montẽ Semeron à quodam Semer: & ædificauerit in uertice eius ciuitatẽ: quam ex no-
mine domini appellauerit Semeron. Seira & hanc cepit Ieſus filius Naue. Selcha ciui-
tas in regione Baſanitide. Sihor locus cõtra faciẽ Aegypti:ſed & hodie oſtenditur uilla
nomine Sihor inter Aeliã & Eleutheropolim in tribu Iuda: ſuper hoc in libris Hebrai-
carũ quæſtionũ plenius diximus. Saorth in tribu Ruben,ſuper Iordanẽ. Sachoth in tri
bu Gad ſuper Iordanẽ. Saphon in tribu Gad ſuper Iordanem. Sacharona in tribu Iuda.
Samen in tribu Iuda. Saal in tribu Iuda uel Symeon. Sicelech quam Achis rex alienige
narum dedit ad inhabitandum Dauid. Eſt autem in Daroma ſortis Iudæ uel Symeonis. D
Sanſanna in tribu Iuda. Selei in tribu Iuda. Saara uicus in finibus Eleutheropoleos con
tra ſeptentrionẽ pergentibus Nicopolim, quaſi in decimo miliario in tribu Dan ſiue Iu
da. Socho in tribu Iuda. Sunt autẽ uſq; hodie uiculi duo pergentibus Aeliam de Eleu-
theropoli in nono miliario uiæ publicæ,unus in monte,alter in campo ſitus,q Sochoth
nuncupantur. Sarain in tribu Iuda. Senam in tribu Iuda. Saphir uilla in montanis ſita
inter Eleutheropolim & Aſcalonem in tribu Iuda. Socho de qua ſupra dictum eſt. Di-
cuntur autem Samaritani qui de Babylone profecti ſunt,hunc uiculum condidiſſe. Sca
tha in tribu Iuda. Selo in tribu Ephraim, in quo loco arca teſtamenti manſit,& taberna
culum domini uſq; ad tempora Samuelis. Eſt autẽ in decimo miliario Neapoleos in re-
gione Acrabitena,ſed & Iudæ patriarchæ filium Selon appellatum legimus. Sichem in
tribu Manaſſe ciuitas ſacerdotalis & fugitiuorũ in monte Ephraim,ubi ſepelierunt oſſa
Ioſeph,de qua & ſupra diximus. Sames,id eſt fons. Sames in tribu Beniamin, pro quo
Aquila interpretatur fontẽ ſolis. Semri in tribu Beniamin. Sela in tribu Beniamin. Sa-
beæ in tribu Symeon. Sarith terminus Zabulon. Samas pro quo Theodotio & Sym-
machus tranſtulerunt ſolis. Semron in tribu Zabulon. Sulem in tribu Iſſachar, & uſq;
hodie uicus oſtenditur nomine Sulem, in quinto miliario Tabor montis contra auſtra
lem plagã. Seon ſiue Soen in tribu Iſſachar, hodieq; oſtenditur uilla iuxta montẽ Tabor.
Saſima terminus Iſſachar. Sior in tribu Aſer. Sienaim quercus pertinens ad terminum
Neptalim. Soreth in tribu Dan, ubi Sampſon fuiſſe legimus iuxta Eſtaol, de qua ſupra
diximus. Samis in tribu Dan,de qua & ſupra memoriã feci ſub nomine Bethſamis. Se-
lab in tribu Dan,uſq; hodie grandis uicus oſtẽditur in finibus Sebaſtenis nomine Sela-
ba. Sephet Cananæorũ locus. Sirotha quo confugit iudex Ahod. Diximus aũt ſupra de
Seira. Sur Oreb,quod Aquila interpretatur petra Oreb. Selmon mons quem conſcen
dit Abimelech aduerſus Sicimã dimicãs. Sephina ꝓ quo Aquila & Symmachus inter-

pretantur

A pretantur Aquilonem. Sorech nomẽ torrentis, de quo loco fuit Dalila illa Sampſonis,
ſed & uſq; hodie ad ſeptentrionalem plagam Eleutheropoleos uicus oſtẽditur nomine
Capharſorech iuxta uillã Saraa,unde fuit Samſon. Sophim mons Ephraim in loco Ar-
mathem. Saliſa quam Saul tranſijt. Senna nomen petræ. Saalim uilla quam pertranſijt
Saul in finibus Eleutheropoleos contra occidentẽ,ſeptem ab ea milibus diſtans. Sciph,
ubi Samuel inuenit Saulem. Sabim, ubi Saul præliatus eſt. Sonam, ubi fuit illa mulier
Sunamitis:eſt autẽ hodie uicus in finibus Sebaſtæ in regione Acrabitena uocabulo Sa-
nim. Saphamoth,ad quem locum miſit Dauid. Seira nomen putei,à quo Ioab fecit re-
uerti principem exercitus Abner. Suba cuius regem percuſsit Dauid. Sarthan, quæ eſt
ad radices Iezrael. Sophera,quæ eſt & Sophir,unde ueniebãt naues Salomonis:de qua
ſupra diximus. Eſt aũt mons orientis pertinens ad Indiæ regionem. Sarara,ciuitas per-
gentibus Edom. Saba, ciuitas regalis Aethiopiæ, quam Ioſephus à Cambyſe rege Me-
roen cognominatam ex ſororis uocabulo refert. Sela, ubi percuſſus eſt Ioas. Sapharn-
naim, de quibus locis Aſſyrij tranſmigrantes, habitauerunt in Samaria: & ab ipſis Sa-
maritanorum gens ſumpſit exordium. Meminit horum & Eſaias. Sademoth, ubi O-
zias rex idolorum ſigna combuſsit. Sarepta, oppidum Sidoniorum in uia publica ſi-
tum: ubi habitauit quondam Elias. Saron, cuius & Eſaias meminit,dicens: In paludes
uerſus eſt Saron. Vſq; in præſentẽ autem diem,regio inter montem Tabor & ſtagnum
Tyberiadis Saronas appellatur. Sed & à Cęſarea palęſtinæ,uſq; ad oppidũ Ioppe omnis
terra quæ cernitur,dicitur Saronas. Sephela, ſicut ſcribit Eſaias, pro quo Aquila cam-
peſtrẽ, Symmachus uallem interpretat. Vſq; hodie omnis regio iuxta Eleutheropolim
campeſtris & plana,quæ uergit ad Aquilonẽ & occidentẽ, Sephela dicit. Sennaar, pro
quo Aquila Sennan, Symmachus interpretat uberẽ:meminit huius & Micheas ꝓpheta.
Sedrach,terra Damaſci,legimus in Zacharia. Sion,mõs urbis Hieruſalẽ. Samaria,ciui
tas regalis in Iſrael,qua nunc Sebaſte dicitur. Sed & omnis regio quæ fuit circa eam,à ci
B uitate quondam nomẽ acceperat. Sor, Tyrus,metropolis Phœnices in tribu Neptalim.
Soene,ciuitas Thebaidis,ſicut ſcribit Ezechiel. Sabarim, inter Damaſcũ & Emath: ſi-
cut ſcribit Ezechiel. Sais, ciuitas Aegypti: cuius meminit Ezechiel, à qua & Saites pa-
gus. Sadala,terminus Iudæ:ſicut ſcribit Ezechiel. Saliſa,pro quo Aquila interpretatur
triennalem: meminit huius Hieremias. Sichar,ante Neapolim iuxta agrum quem dedit
Iacob filio ſuo Ioſeph, in quo dominus noſter atq; ſaluator ſecundum euangeliũ Ioan-
nis, Samaritinæ mulieri ad puteum loquitur,ubi nunc eccleſia fabricata eſt.

TIgris,fluuius de paradiſo exiens iuxta ſcripturæ fidem, pergensq; contra Aſſyrios:
& poſt multos circuitus,ut uult Ioſephus,in mare rubrũ influens. Vocatur aũt hoc
nomine propter uelocitatẽ,inſtar beſtiæ nimia pernicitate currẽtis. Terebinthus,in Si-
cimis,ſub qua abſcõdit Iacob idola,iuxta Neapolim. Tina,in tribu Iuda. Talem,in tri-
bu Iuda. Teſan, in tribu Iuda. Tyrus, in tribu Neptalim. Tabath, ubi pugnatũ eſt ad-
uerſus Madian. Tob terra, in qua habitauit Iepte. Tophet, in ualle filiorũ Ennon: ubi
populus Iſrael, gentiũ ſimulacra uenerabatur. Eſt autẽ locus in ſuburbanis Hieruſalem.
Tanis,ciuitas Aegypti, ſicut Eſaias & Ezechiel ſcribunt. Tafnas, ciuitas Aegypti. Lege
Oſee,Ezechiel & Hieremiã. In hac habitauerũt Iudæi,qui ob metũ Babyloniorũ cũ Hie
remia fugerũt. Trachonitis regio ſiue ſiue Ithurea:cuius Tetraches fuit Philippus iuxta
euangeliũ Lucæ. Diximus de hac & ſupra, Eſt aũt trãs Boſrã Arabiæ ciuitatẽ in deſerto,
cõtra auſtralẽ plagã quaſi ad Damaſcũ reſpiẽs. Hucuſq; per t, ſimplicẽ literã legerimus.
Verũ quoniã quæ ſequunt apud Hebræos non ex Thet,ſed ex Thau,id eſt Theta Græ-
co ſcribuntur,cum aſpiratione legere debemus. Theman regio principũ Edom in ter-
ra Gebalitica,à Theman filio Eliphaz filij Eſau ſortita uocabulum: ſed & uſq; hodie eſt
